BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
32 L
Π 28

12
H
G - 31.

ARGVMENTVM QVINARII .III.

Expoſita ſuperiore quinario aĩalium hiſtoria, mox ordine conuenienti plantarũ hiſtoriam aggreditur Plinius: ꝙ plantæ uidelicet, ꝓxime cum aĩalibus uita participent, utpote quæ nec ipſæ aĩa qua uegetantur destitutæ ſint, licet ſentiendi potẽtia ab illis differant. Scripturus itaq; ſequẽtibus libris aliquot de naturis et ꝓprietatibus plantarum, eas tali inter ſe diſcrimine diſiũgit, ut ſint ex his quæ hoĩm ingenijs (ut ipſe ait) fiunt uerius q̃ naſcuntur, ac ꝑinde domeſticæ dici poſſunt, quaſi domi natæ: de qbus ſequẽti ab hoc quinario agit, quemadmodũ de ijs, quæ partim peregrinæ atq; aliũde aduectæ ſunt, partim naturæ ſponte ꝓueniũt, in hoc quinario

T potiſſimũ

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Ex libris Ambroſij Lauri

potiſſimũ tractat, atq; ita quidem, ut nactus occaſionẽ, multa obiter interſerat (quod et aliâs ſubinde facit ubicunq; occaſio datur) quæ quidẽ ut ſunt lectu dignisſima, ita lectoris aĩm ĩterim nouitate ueluti quadam demulcẽt atq; reficiunt: qbus ſimul ut priſcorũ frugalitatem & parſimoniã, et cæteras hmõi uirtutes et laudat et miratur, ita poſterorũ inſectatur deteſtaturq; et auaritiã et luxuriã, & alia pleraq; id genus uitia, ut uel hoc pacto nos ad priſcorũ mores amplectendos utcunq; incitare conetur. Cæterũ quæ in hoc qnario à Pli. tractãtur, hac ſerie ferè digeſta ſunt: In primo quidẽ libro agit de arboribus et fruticibus odoriferis. In ſcđo de unguentorũ uaria cõpoſitione, hinc ſumpta occaſiõe, q aromatũ, ex qbus unguenta cõfici ſoleãt, bonã partẽ priori libro attigiſſet: necnõ et de ijs plãtis, quarũ fructus partim eſui, partim alijs humanis uſibus excogitati ſunt, magis tamen ad delicias et uoluptatem q̃ ad neceſſitatẽ. In tertio de uitium generibus, & earum uarijs liquoribus, hoc eſt de uinis. In quarto de oliuis et de oleo, & de cæteris frugiferis (ſic enim ipſe eas appellat) arboribus fruticibusq;. In quinto uero de arboribus ſylueſtribus & glandiferis, quarum prouentus humanis neceſſitatibus magis commodi ꝓbantur, tum ad ipſum uictum, tum ad reliquos uſus, ſine quibus humana uita uix degi poteſt.

NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XII.

PROOEMIVM.

ANIMALIVM OMNIVM quæ noſci potuere, naturæ generatim mēbratimq́; ita ſe habent. Reſtant neq; ipſa anima carentia (quandoqdem nihil ſine ea uiuit) terra edita, ut inde eruta dicantur, ac nullū ſileatur rerū naturæ opus. Diu fuere occulta eius beneficia, ſummumq́; munus homini datū, arbores ſyluæq; intelligebantur. Hinc primū alimentū, harū frōde mollior ſpecus, libro ueſtis. Etiamnum gētes ſic degūt. Quo magis ac magis admirari ſubit, ab ijs principijs cædi mōtes in marmora, ueſtes à Seribus peti: unionē in rubri maris ꝓfundo, ſmaragdū in ima tellure quæri. Ad hoc excogitata ſunt auriū uulnera: nimirum quoniā parū eſt collo crinibusq; geſtari, niſi infoderentur etiam corpori. Quamobrē ſeq par eſt ordinē uitæ, & arbores ante alia dicere, ac * honoribus primordia īgerere.

De arborū honore, & quando platanus primū in Italia, et de natura earū. Ca. .I.

HAc fuere numinum templa, priſcoq́; ritu ut ſimplicia rura, etiam nunc deo præcellentē arborē dicāt. Nec magis auro fulgentia atq; ebore

Hic locus uarie legitur, nec ſatis ſibi exēplaria conſtant. Honoribus tamē legēdū fortaßis rectius uideri poteſt, qa ſequēti mox titulo legitur, de honore arborū, & ſequēti itē ca. de plat: Tantumq́; honoris īcreuit, ut meroīfuſo enutriantur. Poteſt etiam legi odoribus. Nā ſcripturus de arboribus, primū de odoriferis id facit.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ſimulacra q̃ lucos, & in ijs ſilentia ipſa adoramus. Arborũ genera numinibus ſuis dicata perpetuo ſeruantur, ut Ioui eſculus, Apollini laurus, Mineruæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus. Quin & Syluanos Faunosq; & deorũ genera, ſyluis ac ſua numina tanq̃ è cælo attributa credimus. Arbores poſtea grandioribus fruge ſuccis hominem mitigauere. Ex iis recreans membra olei liquor, uiresq; potus uini, tot deniq; ſapores annui ſponte uenientes, & menſæ, depugnetur licet earũ cauſa cum feris, & paſti naufragorum corporibus piſces expectantur, etiam num tamen ſecundæ. Mille præterea ſunt uſus earũ, ſine quis uita degi non poſſit. Arbore ſulcamus maria, terrasq; admouemus, arbore exædificamus tecta. Ex arbore & ſimulacra numinũ fuere, nondum pretio excogitato beluarum cadaueri, atq; ut à dijs nato iure luxuriæ, eodem ebore numinũ ora ſpectarentur & menſarũ pedes. Produnt Alpibus coercitas, et tam inexuperabili munimẽto Gallias, hãc primum habuiſſe cauſam ſuperfundẽdi ſeſe Italiæ, q̃ Elico ex Heluetijs ciuis eorũ fabrilem ob artẽ Romæ commoratus, ficũ ſiccã et uuã, oleiq; ac uini p̃miſſa remeãs ſecũ tuliſſet. Quapropter hæc uel bello q̃ſiſſe uenia ſit. Sed qs non iure miretur arborẽ umbræ gratia tantũ ex alieno petitã orbe? Platanus ea eſt. Hæc p̃ mare Ioniũ in Diomedis inſulã eiuſdem tumuli gratia primũ inuecta, inde in Siciliã tranſgreſſa,

atq; inter

atq; inter primas donata Italiæ, etiã ad Morinos uſque puecta, ad tributariũ etiã ptinens ſolum, ut gentes uectigal & pro umbra pendãt. Dionyſius prior Siciliæ tyrannus regiã in urbẽ tranſtulit eas, domus ſuæ miraculũ, ubi poſtea factũ gymnaſiũ, nec potuiſſe in amplitudinem adoleſcere: et alias fuiſſe in Italia, ac noĩatim in Hiſpania apud autores inuenitur. Hoc actũ circa captæ urbis ætatẽ, tantumq; poſtea honoris increuit, ut mero infuſo enutriantur: compertum id maxime prodeſſe radicibus, docuimusq; etiã arbores uina potare. Celebratæ ſunt primũ in ambulatione Academiæ Athenis cubitorũ. XXXVI, unius radicis ramos antecedẽtẽ. Nunc eſt clara ĩ Lycia ſocia gelidi fontis amœnitate, itineri appoſita, domicilij modo caua. LXXX. atq; unius pedũ ſpecu, numeroſo uertice, et ſe uaſtis ptegens ramis, arborũ inſtar, agros longis obtinens umbris: ac ne qd deſit ſpeluncæ imagini, ſaxea intus crepidinis corona muſcoſos cõplexa pumices extat: tã digna miraculo, ut Licinius Mutianus ter coſ. & nũp puinciæ eius legatus, prodendũ etiam poſteris putarit, epulatũ intra eam ſe cum duodeuiceſimo comite (large ipſa toros præbẽte frõde) ab oĩ afflatu ſecurũ, optãtem imbrium p folia crepitus, lætiorem q̃ marmorũ nitore picturæ uarietate, laquearĩũ auro cubuiſſe in eadẽ. Aliud exemplũ Caij principis in Veliterno rure mirati unius tabulata, laxiſq; ramorum trabibus ſca-

Annotauit hoc de Hortenſio Macro. li. ſatur. 3. Is, inquit, Hortenſius platanos ſuas uino irrigare conſueuit.

mna patulâ, & in eo epulati, cum ipſe pars eſſet umbræ. XV. conuiuarũ ac miniſterij capace triclinio, quam cœnã appellauit ille nidũ. Eſt Gortinæ in inſula Creta iuxta fonte platanus una, inſignis utriuſq; linguæ monumẽtis, nunq̃ folia dimittens: Statimq; ei Græciæ fabuloſitas ſupfluit, Iouem ſub ea cum Europa cõcubuiſſe: ceu uero non alia eius generis eſſet in Cypro, ſed ex ea primũ in ipſa Creta (ut eſt natura hoĩm nouitatis auida) platani ſatæ regenerauere uitium: quãdoq; dem cõmendatio arboris eius non alia maior eſt, q̃ ſolem æſtate arcere, hyeme admittere. Inde in Italiã quoq; ac ſuburbana ſua Claudio principe Marcelli Eſernini libertus, ſed q ſe potẽtiæ cauſa Cæſaris libertis adoptaſſet, ſpado Theſſalicus prædiues, ut merito dici poſſet is quoq; Dionyſius, tranſtulit id genus. Durantq; etiã in Italia portenta terrarum, præter illa ſcilicet quæ ipſa excogitauit Italia.

De chamæplatano, & quis totonderit uiridaria. Caput .II.

NAnq; & chamæplatani uocãtur coactæ breuitatis, quoniam arborum etiam abortus inuenimus. Hæc ergo in genere pumilionũ infelicitas dicta erit. Fit aũt & ſerẽdi genere et recidendi. Primus Cn. Martius ex equeſtri ordĩe, diui Auguſti amicus, inuenit nemora tõſilia intra hos. LXXX. annos.

De peregrinis arboribus, & malo Aſſyria. Caput .III.

Peregri-

PEregrinæ ceraſi, perſicæq́;, & omnes quarum græca nomina aut aliena: ſed quæ ex his incolarum numero eſſe cœpe, dicētur inter fructiferas. In præſentia externa ꝓſequemur, à ſalutari maxīe orſi. Malus Aßyria, quam alij uocant Medicā, uenenis medetur. Foliū eius eſt unedonis intercurrētibus ſpinis. Pomū ipſum alias nō manditur, odore præcellit foliorū quoq;, qui tranſit in ueſtes unà conditus, arcetq́; aīalium noxia. Arbor ipſa oībus horis pomifera eſt, alijs cadētibus, alijs matureſcentibus, alijs uero ſubnaſcētibus. Tentauere gētes trāſferre ad ſe ꝓpter remedij præſtantiā fictilibus ī uaſis, dato ꝑ cauernas radicibus ſpiramēto: Qualiter oīa trāſitura lōgius, ſeri arctißime trāſferriq́; q̄ meminiſſe couēniet, ut ſemel quæq; dicātur. Sed niſi apud Medos & in Perſide naſci noluit. Hæc eſt aūt, cuius grana Parthorū ꝓceres incoquere diximus eſculētis, cōmēdandi halitus gratia. Nec alia arbor laudatur ī Medis. Lanigeras Serū in mētione gētis eius narrauimus.

De Indiæ arboribus, uel quando primum Romæ ebenus. Caput .IIII.

ITē Indiæ arborū magnitudinē. Vnā quā peculiarius Virgilius celebrauit ebenum, nuſq̄ alibi naſci ꝓfeſſus, Herodotus eā Aethiopiæ intelligere maluit, tributi uice regibus Perſidis è materie eius centenas phalāgas tertio quoq; anno penſitaſſe Aethiopas cum auro et ebore, ꝓdendo. Non omittēdum id

Virgi. in 2. geor. his uerbis: Sola India nigrū Fert ebenum. &c.

quoq;, uicenos dẽtes elephantorũ grandes, quoniam ita ſignificauit, Aethiopas eadẽ cauſa pendere ſolitos. Tanta ebori autoritas erat urbis noſtræ trecenteſimo decimo anno: tunc enim autor ille hiſtoriam eam condidit Thurijs in Italia. Quo magis mirum eſt, quod eidem credimus, qui Padũ amnẽ non uidiſſet, nemini ad id tempus Aſiæ Græciæq;, aut ſibi cognitũ. Aethiopiæ forma, ut diximus, Meroen uſq;. A Meroe uſq; à Syenem finem imperij ꝑ nongenta XCVI. M. paſſ. nuper allatã Neroni principi rarã arborẽ ebenum: nullamq; aliã niſi palmarũ generis eſſe docuit. Ideo fortaſſis in tributorũ autoritate tertia res fuerit ebenus. Romæ eã Mag. Põpeius in triumpho Mithridatico oſtẽdit. Accẽdi eã Fabianus negat: uritur tamẽ odore iucũdo. Duo genera eius. Rarũ, id quod melius, arboreũ, trunco enodi, materie nigri ſplẽdoris, ac uel ſine arte ꝓtinus iucũdi. Alterũ fruticoſum cytiſi modo, et tota India diſperſum eſt.

De arbore pala & arboribus Indicis ſine noĩe &c. Vide Theophraſtũ li. 4. de plãtarũ hiſto. c. 4. unde hæc Plinius de

De ſpina et ficu Indicis. Caput .V.

IBi & ſpina ſimilis, ſed deprehenſa uel lucernis igni ꝓtinus tranſiliente. Nunc eas exponã quas mirata eſt Alexan. Magni uictoria, orbe eo patefacto. Ficus ibi exilia poma habet. Ipſa ſe ſemp ſerẽs, uaſtis diffunditur ramis: quorũ pondera adeo in terram curuantur, ut annuo ſpatio infigantur, nouamq; ſibi propaginem faciant circa parentẽ in orbes, quodam opere topiario. Intra ſepem eam æſtiuant paſto

res, opacã

res, ꝓpacam pariter et munitã uallo arboris, decora ſumpſiſſe uide ſpecie ſubter intuẽti ꝓcúluc fornicato ambitu. Supe tur, cũ ferè ca riores ciuſdem rami in excelſum emicant, ſyluoſa dem ab utroq; multitudine, uaſto matris corpe, ut. LX. p. pleræq; de Indicis ar orbẽ colligant, umbræ uero bina ſtadia operiant. Fo boribus refe liorũ latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet: ea rantur. cauſa fructũ integẽs, creſcere ꝓhibet. Rarusq; eſt, nec fabæ magnitudinẽ excedẽs. Sed per folia ſolibus coctus prædulci ſapore digno miraculo arboris gignitur, circa Aceſinem maxime amnem.

De arbore pala, et arboribus Indicis ſine nominibus, & laniferis. Ca. .VI.

MAior alia, pomo & ſuauitate præcellentior, quo ſapientiores Indorũ uiuunt. Foliũ alas auiũ imitatur longitudine triũ cubitorũ, latitudine duũ. Fructũ è cortice mittit, admirabilẽ ſucci dulcedine, ut uno quaternos ſatiet. Arbori nomen pa læ, pomo arienæ. Plurima eſt in Cidracis, expeditio Non Cidracis num Alexandri termino. Eſt et alia ſimilis huic, dul ſed Oxydracis cior pomo, ſed interaneorũ ualetudini infeſta. Edixe potius legẽdũ rat Alexander ne quis agminis ſui id pomũ attinge- uidetur, ut de ret. Genera arborũ Macedones narrauere, ex ma- qbus ſuprà li. iore parte ſine noĩbus. Eſt & terebintho ſimilis cæ 6. c. 23. mẽtio tera pomo amygdalis, uel minore tantum magnitu- nẽ ipſe facit. dine, præcipuæ ſuauitatis in Bactris. Utiq; hãc aliq terebinthũ eſſe ꝓprij generis potius q̃ ſimilẽ ei puta uerunt. Sed unde ueſtes lineas faciũt, folijs moro ſimilis, ca-

milis, calyce pomi cynorhodo. Serunt eam in campis, nec eſt gratior ullarum proſpectus. Oliua Indiæ ſterilis, præterquam oleaſtri fructu.

De piperis arboribus, & garyophylo, et aliis pluribus. Caput .VII.

PAßim uero quæ piper gignunt, iunipis noſtris ſimiles: quanq̃ in fronte Caucaſi ſolibus oppoſita gigni tantũ eas aliq tradidere. Semina à iunipero diſtant paruulis ſiliqs, quales in phaſeolis uidemus. Hæ priuſquã dehiſcant decerptæ, toſtæq; ſole, faciũt quod uocatur piper longũ. Paulatim uero dehiſcentes per maturitatẽ, oſtendunt candidum piper: quod deinde toſtum ſolibus, colore rugisq; mutatur. Verũ & ijs ſua iniuria eſt, atq; cæli intemperie carbunculantur, fiuntq; ſemina caſſa & inania, qđ uocãt brechmaſin, Indorũ lingua ſic ſignificante abortũ. Hoc ex omni genere aſprimum leuißimumq; & pallidũ. Gratius nigrum, leniusq; utroq; candidum. Non eſt huius arboris radix, ut aliqui exiſtimauere, quã uocant zingiberim, alij uero gingiberim, quanq̃ ſapore ſimili. Id enim in Arabia atq; Troglodytica in uillis naſcitur: paruæ herbæ, radice candida. Celeriter ea cariẽ ſentit, q̃uis in tanta amaritudine. Pretiũ eius in libras ſex. Pip longũ facillime adulteratur Alexandrino ſinapi. Emitur in libras. XXV. Album. XVII, nigrum. XIIII. Vſum eius adeo placuiße mirũ eſt. In alijs quippe ſuauitas cepit, in alijs ſpecies inuitauit:

tauit: huic nec pomi nec baccæ commendatio eſt ali qua: ſola placere amaritudine, & hanc in Indos pe- ti. Quis ille qui primus cibis expiri uoluit? aut cui appetēda auiditate eſurire non fuit ſatius? Vtrunq; ſylueſtre gentibus ſuis eſt, & tamē pondere emitur ut aurum uel argentū. Pipis arborē iam etiā habet Italia, maiorē myrto, nec abſimilē. Amaritudo gra no eadē quæ pipi muſteo creditur eſſe. Deeſt toſta il la maturitas, ideoq; et rugarū colorisq; ſimilitudo. Adulteratur iunipi baccis mire uim trahentibus. In pondere quidē multis modis. Eſt etiamnū in India pi peris grani ſimile, qđ uocatur garyophylon, grādi us fragiliusq;. Tradūt in Indico luco id gigni. Adue hitur odoris gratia. Fert et ī ſpinis pipis ſilitudinē, præcipua amaritudine, folijs paruis dēſisq; cypi mo do, ramis triū cubitorū, cortice pallido, radice lata lignoſaq;, buxei coloris. Hac in aqua cū ſemine exce pta ī æreo uaſe medicamentū fit, qđ uocatur lycion. Ea ſpina et in Pelio mōte naſcitur, adulteratq; medi camentū. Item aſphodeli radix aut fel bubulum, aut abſynthiū, uel thus, uel amurca. Lycium aptiſſimum medicinæ, quod eſt ſpumoſum. Indi in utribus came- lorum aut rhinocerotum admittunt. Spinam ipſam in Græcia quidam pyxacanthum Chironiū uocant.

De macir, & ſaccaro, & arboribus Amanæ gentis. Caput .VIII.

ET macir in India aduehitur, cortex ru- Macir legēdū

bens,

bens radicis magnæ, noĩe arboris ſuæ. Qualis ſit ea, incõpertum habeo. Corticis melle decocti uſus in medicina ad dyſentericos præcipuus habetur. Saccarõ & Arabia fert, ſed laudatius India. Eſt autẽ mel in harũdinibus collectũ, gummiũ modo candidũ, dẽtibus fragile. Amplißimũ nucis auellanæ magnitudĩe ad medicinæ tantum uſum. Contermina Indis gens Ariana appellatur, cuius ſpina lachrymarũ pretioſa, myrrhæ ſimilis, acceſſu ꝓpter aculeos anxio. Ibi et frutex peſtilens raphani, folio lauri, odore equos inuitãte, q penè eqtatu orbauit Alexandrũ prĩo introitu, qđ et in Gedroſijs accidit. Itẽ laurĩo folio. Et ibi ſpina tradita eſt, cuius liquor aſpſus oculis, cæcitatem infert aĩalibus oĩbus. Necnõ & herba præcipui odoris, referta minutis ſerpẽtibus, quarũ ictu ꝓtinus moriendũ eſſet. Oneſicritus tradit in Hyrcaniæ conuallibus ficis ſiĩes eſſe arbores, quæ uocentur Occhi, ex quibus defluat mel horis matutinis duabus.

non machir, græce μάκερ Dioſcorides: μάκερ φλοιός ἐςι κομιζόμενος ἐκ τ βαρβάρου ὑπόξανθος.

De bdellio et arboribus Perſici maris. Ca. IX.

Vicina eſt Bactriana, in qua bdelliũ noĩatiſſimum. Arbor nigra eſt, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, naturaq; gummi. Alij brochon appellãt, alij malachrã, alij maldacon. Nigrum uero et in offas conuolutũ hadrobólũ. Eſſe aũt debet tranſlucidũ ſimile ceræ, odoratũ, et cũ fricatur pingue, guſtu amarũ citra acorẽ. In ſacris uino ꝑfuſum odoratius. Naſcitur & in Arabia, Indiaq;,

& Media

& Media, ac Babylone. Aliqui peraticũ uocant ex Media aduectũ. Facilius hoc et cruſtoſius, amariúsq; et gũmoſum. Adulteratur amygdalá nuce. Cætera eius genera cortice ſcordaſti. Ita uocatur arbor æmula gummi. Sed deprehenduntur (quod ſemel dixiſſe et in cæteros odores ſatis ſit) odore, colore, põdere, guſtu, igne. Bactriano nidor ſiccus, multiq; cãdidi ungues. Præterea ſuũ pondus, quod grauius eſſe aut leuius nõ debeat. Pretium ſyncero in libras. X. tantũ. Gentes ſupradictas Perſis attingit, rubro mari, (quod ibi Perſicũ uocauimus) longe in terra æſtus agente. Mira arborũ natura. Nanq; eroſæ ſale, inuectis derelictisq; ſiles, ſicco littore radicibus nudis polyporũ modo amplexæ ſteriles harenas ſpectantur. Eædẽ mari aduenĩete fluctibus pulſatæ, reſiſtunt immobiles. Quin & pleno æſtu operiuntur totæ: appãretq; rerũ argumentis, aſperitate aquarũ illas ali. Magnitudo mirãdá eſt, ſpecies ſimilis unedonis, pomum amygdalis extrà, intus contortis nucleis.

De arboribus Perſicæ inſulæ, & lanigeris arboribus. Caput .X.

Tilos inſula in eodẽ ſinu eſt, repleta ſyluis quá ſpectat orientem, quanq̃ & ipſa æſtu maris ꝑfunditur. Magnitudo ſingulis arboribus fici, flos ſuauitate inenarrabili, pomum lupino ſimile, propter áſperitatẽ intactũ omnibus aĩalibus. Eiuſdem inſulæ excelſiore ſuggeſtu lanigeræ arbores alio modo q̃

Serum.

Serũ. Iis folia infœcũda: quæ ni minora eſſent, uitiũ poterãt uideri. Ferunt cotonei mali amplitudine cucurbitas, quæ maturitate ruptæ oſtendũt lanuginis pilas, ex quibus ueſtes precioſo linteo faciunt.

De goſſampinis, & arboribus ex quibus ueſtes fiunt, & quibus modis conſtent arborum fructus. Caput .XI.

ARbores uocãt goſſampinos fertiliores etiam Tylo in minore, quæ diſtãt. X. mil. paſ. Iuba circa fruticẽ lanugines eſſe tradit, linteaq́; fieri Indicis præſtãtiora. Arabiæ aũt arbores ex quibus ueſtes faciant, cynas uocari, folio palmæ ſimili. Sic Indos ſuæ arbores ueſtiunt. In Tylis aũt & alia arbor floret albæ uiolæ ſpecie, ſed magnitudine quadrupli ci, ſine odore, quod miremur. In eo tractu eſt & alia ſimilis, folioſior tamẽ roſeiq́; floris: quem noctu comprimẽs, aperire incipit ſolis exortu, meridie expandit. Incolæ dormire eum dicunt. Fert eadẽ inſula & palmas, oleasq́; ac uites, & cum reliquo pomorũ genere ficos. Nulli arborum folia ibi decidunt. Rigaturq́; gelidis fontibus, & imbres accipit. Vicina his Arabia flagitat quandam generũ diſtinctionem, quoniam fructus his conſtat radice, frutice, cortice, ſucco, lachryma, ligno, ſurculo, flore, folio, pomo.

Strab. l. 6. ~~ubi Sabæorũ diuitias recẽſent~~ p fecto, iqt, apd' Arabes aro-

De coſto & nardo, & differentijs nardi. Caput .XII.

RAdix & foliũ Indis eſt maximo precio. Radix coſti

dix coſti guſtu feruens, odore eximio, frutice aliâs mata, ut p fru
inutili. Primo ſtatim introitu amnis Indi in Patale in ctibus et cæte
ſula, duo ſunt eius genera, nigrũ, et quod melius can ra cõbuſtibili
dicans. Pretiũ in libra. XVI. De folio nardi plura di materie, cina
cere par eſt, ut principali in unguentis. Frutex eſt momo, caſia,
graui et craſſa radice, ſed breui ac nigra, fragiliq́;, cæteriſq́; utã-
q̃uis pingui, ſitum redolente ut cyperi aſpero ſapo- tur.
re, folio paruo denſoq́;. Cacumina in ariſtas ſe ſpar-
gũt, ideo gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrãt.
Alterum eius genus apud Gangẽ naſcens damnatur
in totum, ozenitidis nõie, uirus redolens. Adultera-
tur ex pſeudonardo herba, quæ ubiq; naſcitur, craſ-
ſiore atq; latiore folio, & colore languido in candi-
dum uergẽte. Item ſua radice pmixtura põderis cau
ſa, et gũmi, ſpumaq́; argẽti aut ſtibio, cyperiue cor-
tice. Syncerũ quidẽ leuitate deprehẽditur, et colore
ruffo, odoriſq́; ſuauitate, & guſtu maxíe ſiccãte os,
ſapore iucũdo. Pretiũ ſpicæ in libras. XC. Folia di-
uiſere annonã ab amplitudĩe, qđ hadroſphærũ uoca
tur, maioribus folijs. X. XXX. Qđ minore folio eſt
meſophærũ appellatur, emitur. X. XL. Laudatiſſi-
mũ microſphærũ è minimis foliũ, preciũq; eius. X.
LXXV. Odoris gratia oĩbus maior recẽtibus. Nar
do color q̃ iueterauerit nigriori melior. In noſtro or
be pxime laudatur Syriacũ, mox Gallicũ, tertio lo
co Creticũ, qđ alij quidẽ agriũ uocãt, alij phu, folio
oluſatri, caule cubitali, geniculato, in purpura al-
bicante,

bicante, radice obliqua uilloſaq́ꝫ, & imitãte auium pedes. Baccaris uocatur nardũ ruſticũ, de quo dicemus inter flores. Sunt aũt ea oĩa herbæ præter Indicum. Ex ijs Gallicũ & cum radice uellitur, abluiturq́ꝫ uino. Siccatur in umbra, alligatur faſciculis ĩ charta, non multũ ab Indico differẽs, Syriaco tamẽ leuius. Pretiũ ſicli. XIII. In his ꝓbatio una, ne ſint fragilia, & arida potius q̃ ſicca folia. Cum Gallico nardo ſemꝑ naſcitur herba, quæ hirculus uocatur, à grauitate odoris & ſimilitudine, qua maxĩe adulteratur. Diſtat, ꝙ ſine cauliculo eſt, & ꝙ minoribus folijs, quodq́ꝫ radicis neque amaræ, neque odoratæ.

De aſaro, amomo, amomide & cardamomo.
Caput .XIII.

NArdi uim habet & aſarũ, qđ & ipſum aliqui ſyluestre nardũ appellant. Eſt aũt ederæ folijs, rotundioribus tantum mollioribusq́ꝫ, flore purpureo, radice Gallici nardi: Semen acinoſum, ſa poris calidi ac uinoſi. Mõtibus in umbroſis bis anno floret. Optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico. Foditur cum folia mittere incipit. Et in ſole ſiccatur, celeriter ſitũ trahens ac ſeneſcens. Inuenta nuꝑ & in Thracia herba eſt, cuius folia nihil ab Indico nardo diſtant. Amomi uua in uſu eſt, Indica uite labruſca, ut alij exiſtimauere frutice uenoſo, palmi altitudine, carpiturq́ꝫ cum radice, manipulatim leniter cõponitur, ꝓtinus fragile. Laudatur q̃ ma

Dioſcorides σπάρμα ἐοι-κὸς γιγάρ-τῳ.

tur q̃ maxime Punici mali folijs ſimile, nec rugoſis, colore ruffo. Secũda bonitas pallido. Herbaceũ pe ius, peſſimumq́; candidũ, quod & uetuſtate euenit. Pretiũ uuæ. i libras ſicli. LXX, friato uero amomo XLVIII. Naſcitur & in Armeniæ parte, quæ uoca tur Otenæ, & in Media, & in Ponto. Adulteratur folijs Punicis, & gummi liquido ut cohæreat, cõuol uatq́; ſe in uuæ modũ. Eſt & quæ uocatur amomis, minus uenoſa atq; durior, ac minus odorata: quo ap paret, aut aliud eſſe, aut colligi immaturum. Simile his et nomĩe et frutice cardamomũ, ſemine oblõgo. Metitur eodẽ modo et in Arabia. Quatuor eius ge nera: Viridiſſimũ ac pingue acutis angulis cõtumax fricãti, quod maxime laudatur. Proximũ eius ruffo candicans. Tertium breuius atq; nigrius. Peius ta-men uariũ et facile tritu, odoriſq; parui, quod ueri-us coſto uicinius eſſe debet. Hoc et apđ Medos naſci tur. Pretium optimi in libras duodecim. Cinnamo-mo gentilitas ꝓxima erat Nilus, ni prius Arabiæ di uitias indicari cõueniret, cauſaſq́; quæ cognomen illi felicis ac beatæ dedere. Prĩcipalia ergo in illa thus & myrrha. Hæc & cum Troglodytis communis.

De thure, & arboribus thuris. Ca. .XIIII.

THura præter Arabiam nullis, ac ne Arabiæ quidẽ uniuerſæ. In medio eius ſunt ferè Atra-mitæ pago Sabæorum capite regni Sabota, in monte excelſo, à quo octo manſionibus diſtat regio eorum

thurifera. Saba appellatur, quod ſignificare græci myſteriũ dicunt, ſpectans ortus ſolis æſtiui, undique rupibus inuia, & à dextra maris ſcopulis inacceſſa. Id *ſolum è rubro lacteum traditur. Syluarum longitudo eſt ſchœnorũ.* XX. *latitudo dimidiũ eius. Schœnus patet* Eratoſthenis *ratione, ſtadia.* XL. *hoc eſt, paſſus quinq;.* M. Aliq. XXII. *ſtadia ſingulis ſchœnis dedere.* Attolluntur *colles alti, decurruntq; et in plana arbores ſpõte natæ.* Terram *argilloſſam eſſe conuenit, raris fontibus ac nitroſis.* Attingũt & Minæi *pagus alius, per quos euehitur uno tramite anguſto.* Hi *primi commercium thuris fecere, maximeq; exercent.* A *quibus &* Minæum *dictũ eſt.* Nec *præterea* Arabũ *alij thuris arborẽ uident, ac ne horum quidem omnes.* Feruntq; .CCC. *non amplius eſſe familiarum, quæ ius per ſucceſſiones id ſibi uendicent.* Sacros *uocari ob id, ne ullo congreſſu fœminarum funerũq; , cum incidant eas arbores aut metant, pollui: atque ita religione merces augeri.* Quidam *promiſcuum ius ijs populis eſſe tradũt in ſyluis, alij per uices annorum diuidi.* Nec *arboris ipſius quæ ſit facies conſtat.* Res *in* Arabia *geſſimus, &* Romana *arma in magnam partem eius penetrauere.* C. *etiam* Cæſar Augusti *filius inde gloriam petijt, nec tamen ab ullo (quod equidem ſciam) latino arborum earum tradita eſt facies.* Græcorum *exempla uariant.* Alij *folio piri minore duntaxat, & herbidi coloris prodidere.*

didere. Alij lẽtiſco ſimilem ſubrutilo folio. Quidam terebinthum eſſe, & hoc uiſum Antigono regi allato frutice. Iuba rex ijs uoluminibus quæ ſcripſit ad C. Cæſarẽ Auguſti filium ardentem fama Arabiæ, tradit cõtorti eſſe caudicis, ramis aceris maxĩe Pontici. Succũ amygdalæ modo emittere, talesq; in Carmania apparere, & in Aegypto ſatas ſtudio Ptolemæorum regnãtium. Cortice lauri eſſe conſtat. Quidam & folium ſimile dixere. Talis certe fuit arbor Sardibus. Nam & Aſiæ reges ſerendi curam habuerunt. Qui mea ætate legati ex Arabia uenerunt, omnia incertiora fecerunt, quod iure miremur, uirgis etiam thuris ad nos commeantibus: quibus credi poteſt, matrem quoque teretem, & enodi fructificare trunco. Meti ſemel anno ſolebat, minore occaſione uendendi. Iam quæſtus aliam uindemiam affert. Prior atque naturalis uindemia circa canis ortum flagrantiſſimo æſtu, incidentibus qua maxime uideatur eſſe prægnans, tenuiſſimúsque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur. Inde proſilit ſpuma pinguis. Hæc cõcreta dẽſatur, ubi loci natura poſcat tegete palmea excipiẽte. Aliubi area circumpauita. Purius illo modo, ſed hoc ponderoſius. Quod in arbore hæſit, ferro depectitur, ideo corticoſum. Sylua diuiſa certis portionibus, mutua innocentia tuta eſt. Neque ullus ſaucias arbores cuſtodit. Nemo furatur alteri. At Hercule Alexandriæ ubi thura

*interpollantur, nulla ſatis cuſtodit diligentia offici-nas. Subligaria ſignantur opifici. Perſona adijcitur capiti, demptiſue reticulis nudi emittuntur. Tanto minus fidei apud hos pœna, quã apud illos ſyluæ hã bent. Autumno legitur ex æſtiuo partu. Hoc puriſſimum candidum. Secunda uindemia eſt uere, ad eam hyeme corticibus inciſis. Ruffum hoc exit, nec comparandum priori. Illud carpheotũ, hoc dathiathum uocant. Creditur & nouellæ arboris cãdidius eſſe, ſed ueteris odoratius. Quidã & in inſulis melius putant gigni. Iuba in inſulis negat naſci. Quod ex eo rotũditate guttæ pependit maſculum uocamus, cum aliâs non fere mas uocetur, ubi non ſit fœmina. Religioni tributum ne ſexus alter uſurparetur. Maſculũ aliqui putãt à ſpecie teſtium dictũ. Præcipua autem gratia eſt mammoſo, cum hærente lachryma priore conſecuta alia miſcuit ſe. Singula hæc manum implere ſolita inuenio, cum minori diripiẽdi auiditate lentius naſci liceret. Græci ſtagoniam & atomum tali modo appellant, minorẽ autem * arabiam. Micas concuſſu eliſas mannam uocamus. Etiamnum tamen inueniuntur guttæ, quæ tertiam partẽ minæ, hoc eſt, XXXIX. denariorum pondus æquent. Alexandro Magno in pueritia ſine parſimonia thura ingerenti aris, pædagogus Leonides dixerat, ut illo modo cũ deuiciſſet thuriferas gentes ſupplicaret. At ille Arabia potitus, thure onuſtam nauim miſit ei, large exhortatus,*

Alij orobiã.

hortatus, ut deos adoraret. Thus collectum Sabotam camelis conuehitur, porta ad id una patente. Digredi uia capitale leges fecere. Ibi decimas deo (quem uocãt Sabin) menſura non pondere ſacerdotes accipiunt. Nec ante mercari licet. Inde impenſæ publicæ tolerantur. Nam & benigne certo itinerum numero deus hoſpites paſcit. Euchi non poteſt niſi per Gebanitas, itaque & horum regi penditur uectigal. Caput eorum Tamna abeſt à Gaza noſtri littoris Iudææ oppido. LXXX.XXXVII.M. paſſus: quod diuiditur in mãſiones camelorũ. LXII. Sunt et quæ ſacerdotibus dantur portiones, ſcribiſq; regum certæ. Sed præter hos & cuſtodes, ſatellitesq;, et hoſtiarij, & miniſtri populantur. Iam quacunque iter eſt, alibi pro aqua, alibi pro pabulo, aut pro manſionibus, uarijsq; porterijs pendũt, ut ſumptus in ſinglos camelos denariũ. DC.LXXXVIII. ad noſtrũ littus colligat Iterũq; impij noſtri publicanis penditur. * Itaq; optimi thuris libra ſiclorum. VI. pretiũ habet, ſecũda. XII. tertia. XIIII. Apud nos adulteratur reſinæ candidæ gẽma perq̃ ſimili, ſed deprehenditur qbus dictum eſt modis. Probatur candore, amplitudine, fragilitate, carbone, ut ſtatim ardeat. Item ne dentẽ recipiat potius q̃ in micas frangatur.

Tomna.

Ita quidẽ paſſim legitur, at rectius fortaſſe hoc mõ: Itaq; optimi thuris libra ſiclorũ. 16. ſecũda 15. tertia 14. id quod parte aliqua à Bud. annotatum reperio.

De myrrha, & arboribus myrrhæ. Caput .XV.

MYrrham in iiſdem ſyluis pmixtam arborẽ

 naſci

naſci tradidere aliq,plures ſeparatim. Quippe mul tis in locis Arabiæ gignitur, ut apparebit in generi bus. Cum uehitur & ex ſyluis laudata,petũtq; eam etiã à Troglodytis Sabæi trãſitu maris. Satiua quo q; prouenit multũ ſyluestri prælata. Gaudet raſtris & ablaqueationibus. Melior radice refrigerata. Arbori altitudo ad quinq; cubita,nec ſine ſpina,cau dice duro & intorto,craſſiore q̃ thuris, & ab radi ce etiam q̃ reliqua ſui parte. Corticẽ leuẽ ſimilemq; unedoni,ſcabrum alij ſpinoſumq; dixere. Folium oli uæ,uerũ criſpius,et aculeatum. Iuba oluſatri,aliqui ſimilem iunipero,ſcabriorẽ tantũ,ſpiniſq; horridã, folio rotundiore,ſed ſapore iuniperi. Nec non fuere qui è thuris arbore utrunq; naſci mentirentur. Inci- duntur bis & ipſæ,iiſdemq; tẽporibus, ſed à radice uſq; ad ramos,qui ualent. Sudant aũt ſponte priuſq̃ incidãtur,ſtacten dictã,cui nulla præfertur. Ab hac ſatiua & in ſylueſtri quoq; melior æſtiua. Non dant ex myrrha portiones deo,quoniã et apud alios naſci tur. Regi tamen Gebanitarum quartas partes eius pendunt. Cætero paſſim ac uulgo coemptam in fol- les confarciunt, ipſi que unguentarij digerunt haud difficulter odoris atque pinguedinis argumentis.

De generibus myrrhæ, & natura, & pretio eius. Caput .XVI.

GEnera complura. Troglodytica ſylueſtrium prima, Erythræa ſequens & Minæa, in qua

ſtacta

ſtactea & Atramitica eſt, Gebanitica et Auſiritis Gebanitarũ regno. Tertia Dianitis. Quarta Collatia. Quinta Sembracena, à ciuitate regni Sabæorũ mari proxima. Sexta quam Duriſitin uocant. Eſt et candida uno tantũ loco, quæ in Meſſalũ oppidum cõfertur. Probatur Troglodytica pinguedine, et quod aſpectu aridior eſt, ſordidaq; atq; barbara, ſed acrior cæteris. Sembracena prædictis caret uitijs, ante alias hilaris, ſed uiribus tenuis. In plenũ autẽ probatio eſt minutis glebis, nec rotũdis, in cõcretu albicãtis ſucci & tabeſcentis, utq; confracta candidos ungues habeat, guſtu leniter amara. Secunda bonitas intus uaria. Peſſima quæ intus nigra. Peior ſi ſit etiã foris. Pretia ex occaſione ementiũ uaria. Stacteæ uero à .VI. ad .L. Satiuæ ſummũ ad .XXII. Erythræa ad .XVI. Hanc uolũt Arabicã intelligi. Troglodyticæ nucleo ad .XIII. * Seæ quã odorariã uocãt ad XIIII. Adulteratur lẽtiſci glebis, et gũmi. Itẽ cucumeris ſucco amaritudinis cauſa, ſicut põderis ſpuma argẽti. Reliqua uitia deprehẽduntur ſapore gummi dẽte lẽteſcẽtis. Facillime ãt adulteratur Indica myrrha, quæ ibidẽ quadã è ſpina colligitur. Hoc ſolũ peius India affert facili diſtinctione, tãto deterior eſt. * Sextæ.

De maſtice, ladano, et bruta, enhæmo, & ſtrobo, & de ſtyrace. Ca. .XVII.

ERgo tranſit ĩ maſticen, quæ ex alia ſpina fit in India. Itẽq; in Arabia lamã uocãt. Sed maſtice eſt [illegible] In μαςίχη græcis

quoq; gemina eſt, quoniã et in Aſia Græciaq; herba reperitur è radice folia emittens, et carduũ ſimilem malo, ſeminis plenũ, lachrymaq; erumpit inciſa parte ſumma, uix ut dignoſci poſſit à maſtice uera. Nec non & tertia in Ponto eſt bituminis ſimilior. Laudatiſſima aũt Chia cãdida, cuius pretiũ in libras XX. nigræ uero XII. Chia è lentiſco traditur gigni gummi modo. Adulteratur ut thura reſina. Arabia etiãnum et ladano gloriatur, forte caſuq; hoc et iniuria fieri odoris plures tradidere. Capras maleficũ aliâs frondibus aĩal, odoratorũ uero fruticũ expetentius, tanquã intelligant pretia, carpere germinũ caules prædulci liquore turgentes, diſtillantẽq; ab his caſus mixtura ſuccũ improbo barbarũ uillo abſtergere. Hunc glomerari in puluerẽ, & incoqui ſole. Et ideo in ladano caprarũ pilos eſſe. Sed hoc non alibi fieri q̃ in Nabatæis, qui ſunt ex Arabia cõtermini Syriæ. Recentiores ex autoribus ſtrobon hoc uocant. Traduntq; ſyluas Arabum paſtu caprarũ infringi, atq; ita ſuccũ uillis inhæreſcere, uerum autem ladanum Cypri in inſula eſſe: ut obiter quæq; genera odorum dicantur, q̃uis non terrarum ordine. Similiter et hoc ibi fieri tradunt, et eſſe ceſyphum, hircorũ barbis genibusq; uilloſis inhærens. Sed ederæ flore deroſo, paſtibus matutinis, cũ eſt rorulẽta Cypros. Deinde nebula ſole diſcuſſa in puluerẽ madentibus uillis adhæreſcere, atq; ita ladanũ depecti. Sunt qui herbam in

μαςιχινὸν, *ut Suidas exponit, quã uoculã tamẽ apd Theoph. li. 9. ca. 1. Maſticã uertit Theodorus ſine aſpiratione. Vnde cõijcere poſſum à noſtris maſtice et ſcribi & legi ultĩa longa nõ maſtix. Quamuis non ignorẽ Serenũ locis aliquot ſui carmĩs de medic. ultimã corripuiſſe, q̃ ſi ſit à maſtix caſus auferen di: ut, Rugarũ ſulcos lentiſci maſtice tẽdes: et cõtritumq; ſit cũ maſtice cõfer anethũ.*

Cypro ex qua id fiat, ladam appellĕt. Etenim illi la danũ uocant, huius pingue inſidĕs. Itaq; attractis fu niculis herbam eam conuolui, atq; ita offas fieri. Er go in utraq; gente bina genera, terrenũ & factitiũ. Id quod terrenũ eſt, friabile: factitiũ, lentũ. Nec non & fruticĕ eſſe dicũt in Carmania, & ſup Aegyptũ per Ptolemæos tranſlatis plantis: Aut (ut alij) gene-rari, & id in his, ut thuris arbore, colligiq; ut gum mi inciſo cortice, & caprinis pellibus excipi. Pretia ſunt laudatiſſimo in libras aſſes. XL. Adulteratur myrti baccis et alijs aĩalium ſordibus. Synceri odor debet eſſe ferus, et quodãmodo ſolitudinĕ redolens. Ipſum uiſu aridũ, ſtatim tactu molleſcere, accenſum fulgere, odore iucundo gratuitũ. Myrtata deprehĕ duntur, crepitãtq; in igne. Præterea ſyncero calculi potius è rupibus inhærĕt q̃ puluis. In Arabia et olea dotatur lachryma, qua medicamẽtũ cõficitur à græ cis enhæmõ dictũ, ſingulari effectu contrahĕdis uul nerũ cicatricibus. In maritimis ex fluctibus æſtuq; opiuntur. Nec baccæ nocet, cũ conſtet & in folijs ſa lem relĩqui. Hæc ſunt peculiaria Arabiæ. Et pauca præterea alibi coĩa dicĕda, quoniã in ijs uĩcit, pegri nosq; ipſa myrrhæ odores et ab exteris petit. Tãta mortalibus ſuarũ rerũ ſatietas eſt, alienarũq; auidi tas. Petunt igitur in Helimæos arborĕ brutam, cu-preſſo fuſæ ſimilem, ex albidis ramis, iucundi odoris accenſam, & cum miraculo hiſtorijs Claudij Cæſa ris præ-

ris prædicatã. Folia eius inſpergeee potionibus Par thos tradit. Odorem ꝓximum eſſe cedro, fumumq́; eius contra ligna alia remedio. Naſcitur ultra Paſitigrin in finibus oppidi Sitacæ, monte Zagro Petũt & in Carmanos arborem ſtrobũ ad ſuffitus, perfuſam uino palmeo accendentes. Huius odor redit à cameris ad ſolum iucundus, ſed aggrauans capita, citra dolorem tamen. Hoc ſomnũ ægris quærunt. His commercijs Carras oppidum aperuere, quod eſt illis nundinarium. Inde Gabbam omnes petere ſolebant, dierũ. XX. itinere, et Palæſtinã Syriã. Poſtea Characem peti cœptũ, ac regna Parthorũ ex ea cauſa: Iuba autor eſt. Mihi & ad Perſas etiam prius iſta portaſſe, q̃ in Syriã aut Aegyptũ uidentur, Herodoto teſte, qui tradit ſingula milia talentûm thuris annua penſitaſſe Arabas regibus Perſarum. Ex Syria reuehunt ſtyracem, acri odore eius in focis abigẽtes ſuorũ faſtidium. Cætero non alia genera ſunt in uſu q̃ odorata. Ciboſq́; Sabæi coquunt thuris ligno, alij myrrhæ, oppidorum uicorumq́; non alio q̃ ex aris fumo atq; nidore. Ad hunc ergo ſanandũ urunt ſtyracẽ in pellibus hircinis, ſuffiuntq́; tecta. Adeò nulla eſt uoluptas, quæ non aſſiduitate ſui faſtidium pariat. Eundem & ad ſerpentes fugãdas urunt, in odoriferis ſyluis frequentiſſimas.

De felicitate Arabiæ. Caput .XVIII.

NOn ſunt eorũ cinnamomũ aut caſſia: et tamẽ

felix ap-

felix appellatur Arabia falſò, & ingrati cognoīs: Quæ hoc acceptum ſuperis ferat, cũ plus ex eo inferis debeat? Beatam illam fecit hoīm etiam in morte luxuria: quæ dijs intellexerat genita, adhibẽs urẽdis defunctis. Periti rerũ aſtruxerũt, non ferre tantum annuo fœtu, quantum Nero princeps nouiſſimo pompæ ſuæ die concremauit. Aeſtimentur poſtea toto orbe ſingulis annis tot funera, aceruatim cõgeſta honori cadauerum, quæ dijs per ſingulas micas dantur. Nec minus ꝓpicij erant mola ſalſa ſupplicantibus, imò uero (ut palàm eſt) placatiores. Verũ Arabiæ etiam nunc felicius mare eſt. Ex illo nanq; margaritas mittit. Minima queq; computatione milies centena milia ſeſtertiũ annis omnibus India et Seres peninſulaq; illa imperio noſtro adimunt. Tanto nobis deliciæ & fœminæ conſtant. Quota enim portio ex illis ad deos quæſo iam uti ad inferos pertinet?

Arabiã felicẽ haud dubie intelligit, de qua ſuprà li. 6. ca. 28. Ipſa uero, peninſula Arabia, inqt, inter duo maria, ru brũ Perſicũq; ꝓcurrẽs, &c. Hæc quoq; in illo ſitu felix.

De cinnamomo, & xylocinamomo, et caſſia. Caput .XIX.

Cinnamomum et caſſias fabuloſa narrauit antiquitas, princépsue Herodotus auiũ nidis, & priuatim phœnicis, in quo ſitu Liber pater educatus eſſet, ex inuijs rupibus arboribusq; decuti, carnis quam ipſi inferrent pondere, aut plumbatis ſagittis. Item caſſiam circa paludes propugnante unguibus diro ueſpertilionum genere, aligeriſq; ſerpentibus: his cõmentis augẽtes rerũ pretia. Commutata uerõ

fabula eſt,

fabula eſt, ad meridiani ſolis repercuſſus inenarrabilem quendã uniuerſitatis halitũ è tota peninſula exiſtere, tot generũ auris ſpirãte cõcentu, Magniq; Alexandri claſſibus Arabiã odore primũ nunciatã in altũ. Oĩa falſa, ſiquidẽ cinnamomũ, idemq; cinnamũ naſcitur in Aethiopia Troglodytis cõnubio ꝑmixta. Ii mercãtes à cõterminis, uehũt per maria uaſta ratibus, quas neq; gubernacla regãt, neq; remi trahãt uel impellant, nõ uela, non ratio ulla adiuuet, cũ oĩm inſtar ibi ſint homo tantum et audacia: Præterea hybernũ mare exigãt circa brumã, euris tũ maxĩe flantibus. Hi recto curſu ꝑ ſinus impellũt, atq; à ꝓmontorij ambitu argeſte deferunt in portũ Gebanitarũ, q uocatur Ocyla. Quamobrẽ illi maxime id petũt, ꝓduntq; uix quinto anno reuerti negociatores, & multos interire. Contrà reuehũt uitrea, & ænea, ueſtes, fibulas cũ armillis ac monilibus. Ergo negociatio illa, fœminarum maxime fide cõſtat. Ipſe frutex duorũ cubitorũ altitudine ampliſsimus, palmiq; minimus. IIII. digitorũ craſſitudinis, ſtatim à terra ſex digitis ſurculoſus arido ſilis. Cum uiret nõ odoratur, folio origani, ſiccitate gaudẽs, ſterilior imbre ceu diræ naturæ. Gignitur quidẽ in planis, ſed denſiſſimis in uepribus rubiſq; difficilis collectu. Metitur non niſi permiſerit deus, Iouem hunc intelligunt aliqui. Aſſabinum illi uocant: XLIIII boum caprarũq; et arictũ extis impetratur uenia metendi. Non tamen

aut ante

duit ante ortum ſolis, aut poſt occaſum licet. Sarmẽtã haſta diuidit ſacerdos, deoq; partem ponit: reliquũ mercator in naſſas condit. Eſt & alia fama, cũ ſole diuidi, ternasq; ptes fieri, deinde ſorte germina diſcerni: Quodq; ſoli ceſſerit relinqui, ac ſponte cõflagrare. Præcipua bonitas uirgultorũ tenuiſſimis partibus, ad longitudinẽ palmi. Secunda pximis breuiorẽ menſura atq; ordine. Viliſſimum quod radicibus pximũ, quoniã ibi minimum corticis, in quo ſumma gratiæ. Quã de cauſa præferũtur cacumina, ubi plurimus cortex. Ipſum uero lignũ in faſtidio eſt pꝑter origani acrimoniã: xylocinnamũ uocatur. Pretium eſt in libras: XX. Quidã cinnami duo genera tradidere, candidũ, nigricansq;. Et quondã præferebatur candidũ, nũc cõtrà nigrũ laudatur. Atq; etiã uariũ præferunt candido. Certiſſima tamen æſtimatio ſi ſit ſcabrum, atq; ut inter ſeſe tritum tarde frictur. Damnatur ĩ primis molle, aut cui albet cortex. Ius eius à Gebanitarũ rege ſolo pficiſcitur, is edicto mercatu uendit. Pretia quondã fuere in libras denariorum mille: Auctũ id parte dimidia eſt, incenſis (ut ferunt) ſyluis ira barbarorũ. Id acciderit ne ob iniquitatem præpotentiũ, an forte, nõ ſatis cõſtat. Auſtros ibi tam ardẽter flare, ut æſtatibus ſyluas accendãt, inuenimus apud autores. Coronas ex cinamomo interraſili auro incluſas, primus oĩum in tẽplis Capitolij atq; Pacis dicauit imperator Veſpaſianus Auguſtus.

guſtus. Radicem eius magni ponderis uidimus in palatij tẽplo (quod fecerat diuo Auguſto cõiunx Auguſta) aureæ pateræ impoſitã, ex qua guttæ editæ annis omnibus in grana durabantur, donec id delubrũ incendio conſumptũ eſt. Frutex et caſſia eſt, iuxtaq; cinnami campos naſcitur, ſed in montibus, craſſiore ſarmẽto, tenui cute uerius q̃ cortice, quẽ cõteri, atq; in cinnamomo leuari, et exinaniri pretiũ eſt. Amplitudo fruticis triũ cubitorũ. Colos triplex. Cum primum emicat, candidus pedali menſura: deinde rubeſcit addito ſemipede: ultrà nigricans. Hæc pars maxĩe laudatur, ac deinde ꝓxima: damnatur uero candida. Tum ſecãt ſurculos lõgitudine binũ cubitorũ. Mox præſuunt recẽtibus corijs quadrupedũ ob id interemptorũ, ut ijs putreſcẽtibus uermicli lignũ erodant, et excauẽt corticẽ tutũ amaritudĩe. Probatur recens maxĩe et quæ ſit odoris molliſſimi, guſtúue q̃ maxĩe feruẽs, potius q̃ lento tepore leniter mordẽs, colore purpureo, quæq; plurima minimũ põderis faciat, breui tunicarũ fiſtula et non fragili. Lactam uocant talẽ barbaro nomine. Alia eſt balſamoides ab odore ſimili appellata, ſed amara, ideoq; utilior medicis, ſicut nigra unguentis. Pretia nulli diuerſiora. Optimæ in libras. XL, cæteris. XV.

Hunc locũ Budæus aliter legendũ cenſet: nẽpe hoc mõ, Quem contra atq; in cinnamomo labare, & exinaniri pretiũ eſt. Priorem tamẽ lectionẽ Hermola. approbare uidetur ex Theophra. ut quẽ Plini. ſecutus ſit, ut ipſe ait.

De iſocinnamo, et cancamo, ac taro.

Caput .XX.

HIs addidere mangones quam daphnoiden uocant iſocinna

uant iſocinnamon cognominatam, pretiumq́; eius faciunt. CCC. Adulteratur ſtyrace, & ꝓpter ſimilitudinem cortice lauri tenuiſſimis ſurculis. Quin et in noſtro orbe ſeritur, extremoq́; in margine imperij, qua Rhenus alluit. Viuit in aluearijs apum ſata. Color abeſt ille torridus ſole, & ob id ſimul idem odor. Ex confinio caſſiæ cinnamiq́; & cancamum ac tarum inuehitur, ſed per Nabathæos, Troglodytasq́; confines qui conſidere ex Nabathæis.

De ſerichato & gabalio, & de myrobalano. Caput .XXI.

EO comportatur et ſerichatũ, et gabaliũ, quæ citra ſe cõſumũt Arabes, noſtro orbi tantũ nominibus cognita, ſed cũ cinnamomo caſſiaq́; naſcentia. Peruenit tamen aliquando ſerichatum, & in unguenta additur ab aliquibus. Permutatur in libras VI. Myrobolanũ Troglodytis et Thebaidi et Arabiæ, quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat, cõmune eſt, naſcẽs unguẽto, ut ipſo nõie apparet. Quo itẽ indicatur & glandẽ eſſe arboris, heliotropio, quã dicemus inter herbas, ſimili folio. Fructus magnitudine auellanæ nucis. Ex his in Arabia naſcẽs Syriaca appellatur, et eſt cãdida. Cõtrà ĩ Thebaide nigra. Præfertur illa bonitate olei quod exprimitur: ſed copia Thebaica. Inter hæc Troglodytica uiliſſima eſt. Sũt q Aethiopicã ijs præferãt, glandẽ nigrã nec pinguẽ, nucleoq́; gracili, ſed liquore q exprimitur odoratiori, naſcen

ri, naſcentẽ in cãpeſtribus. Aegyptiã pinguiorẽ eſſe, et craſſiori cortice rubentẽ: et q̃uis in paluſtribus naſcatur, breuiorẽ ſicciorem'q;. E diuerſo Arabicã uiridem ac tenuiorẽ: et quoniã ſit montoſa, ſpißiorẽ. Longe autem optimam Petream, ex quo diximus oppido, nigro cortice, nucleo candido. Vnguentarij autem tantum cortices premunt. Medici nucleos tundunt, affuſa eis paulatim calida aqua.

De phœnicobalano, & calamo odorato.

Caput XXII.

MYrobalano in unguẽtis ſimilẽ ꝓximumq; uſum habet palma in Aegypto quæ uocatur adipſos, uiridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem pauloante q̃ incipiat matureſcere. Quod relinqtur phœnicobalanus uocatur, et nigreſcit, ueſcẽteſq; inebriat. Myrobalano pretium in libras binas. Inſtitores & fecem unguenti hoc nomine appellant. Calamus quoq; odoratus in Arabia naſcens, cõmunis Indis atq; Syriæ eſt. In qua uincit omnis à noſtro mari centũ. L. ſtad. Inter Libanũ montẽ aliumq; ignobilẽ, nõ (ut quidã exiſtimauere) Antilibanum in cõualle modica iuxta lacũ, cuius paluſtria æſtate ſiccãtur, tricenis ab eo ſtadijs calamus & iuncus odorati gignuntur. Sanè enim dicamus et de iunco, q̃uis alio herbis dicato uolumine, quoniã tamen hic unguentorũ materia tractatur. Nihil ergo à cæteris ſui generis differunt aſpectu: ſed calamus

De calamo & cæteris odoratis fruticibus, ex qbus unguẽta cõficiũtur, uide Theoph. li. 9. ca. 7.

præſtantior

præſtantior odore, ſtatim è longinquo inuitat, mollior tactu, meliorq́; q minus fragilis, et q aſſuloſe potius q̃ qui raphani mõ frãgitur. Ineſt fiſtulæ araneũ, qđ uocãt florẽ. Præſtãtior eſt cui numeroſius. Reliqua ꝓbatio ut niger ſit. Dãnatur aliubi. Melior quo breuior et craßior, lẽtusq́; in frangẽdo. Calamo pretium in libras. XI. iunco. XV. Tradúntque iuncum odoratũ & in Campania inueniri. Diſceßimus à terris oceanũ ſpectãtibus ad cõuexas in noſtra maria.

De ammoniaco & ſphagno Ca. XXIII.

ERgo Aethiopiæ ſubiecta Africa ammoniaci lachrymã ſtillat in harenis ſuis: inde & nomen ei ab Ammonis oraculo, iuxta qđ gignitur arbor, quam metopion uocant, reſinæ modo aut gummi. Genera eius duo: Thrauſton, maſculi thuris ſimilitudine, quod maxime probatur. Alterum pingue & reſinoſum, quod phyrama appellant. Adulteratur harenis uelut naſcẽdo apprehẽſis. Igitur q̃minimis glebis ꝓbatur, et q̃purißimis. Pretiũ optimi ĩ libras aſſes. XL. Sphagnos inter eos ſitus in Cyrenaica ꝓuincia maxime probatur. Alij bryon uocant. Secundum locũ obtinet Cyprius, tertium Phœnicius. Fertur in Aegypto naſci. Quin et in Gallia, nec dubitauerim. Sunt enim hoc nõie cani arborũ uilli, quales in quercu maxĩe uidemus, ſed odore præſtãtes. Laus prima candidißimis atq; altiſſimis, ſecunda rutilis, nulla nigris. Et in inſulis petriſq́; nati improbantur,

omneſq; quibus palmarum atque non ſuus odor eſt.

De cypro, et aſpalatho, et maro. Ca. XXIIII.

CYprus in Aegypto eſt arbor ziziphi folijs, ſemine coriandri, flore candido odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturq; poſtea quod cyprus uocatur. Pretium ei in libras quinq;. Optimũ habetur è Canopica in ripis Nili nata, ſecundũ Aſcalone Iudææ, tertium Cypro inſula odoris ſuauitate. Quidam hanc eſſe dicũt arborem, quæ in Italia liguſtrũ uocetur. In eodem tractu aſpalathos naſcitur, ſpina candida, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ. Radix unguentis expetitur. Tradunt in quocunque frutice curuetur arquus cæleſtis, eandem quæcunque ſit aſpalatho, ſuauitatem odoris exiſtere, ſed in aſpalatho inenarrabilem quãdam. Quidam eum Eryſi ſceptrum uocant, alij ſceptrum Eliſei. Cuius ꝓbatio eſt in colore ruffo uel igneo, tactuq; ſpiſſo, et odore caſtoreo. Permutatur in libras. XV. In Aegypto naſcitur & maron, peius q̃ Lydium, maioribus folijs ac uarijs. Illa breuia ac minuta & odorata.

Theop. l. 5. de cauſis plãtarũ c. 15. Referũt inquit, de arcu cæleſti ubicunque cõſtiterit, arbores & loca reddere odorata.

De balſamo, et opobalſamo, et xylobalſamo, et ſtyrace, et galbano. Caput .XXV.

SEd omnibus odoribus præfertur balſamũ, uni terrarum Iudææ cõceſſum. Quondã in duobus tantũ hortis utroq; regio, altero iugerum. XX. nõ amplius, altero pauciorũ. Oſtendêre arbuſculã hanc urbi imꝑatores Veſpaſiani. Clarumq; dictu, à Pom

Teſtatur & hoc Iuſt. hiſtoricus ex Trogo Pom. l. 36.

peio Ma-

peio Magno in triumpho arbores quoque duximus. Seruit nunc hæc, & tributa pēdit cum ſua gente. In totum alia eſt natura q̃ noſtri externiq; ꝓdiderant. Quippe uiti ſimilior eſt q̃ myrto. Malleolis ſeri dicitur, nuper uincta ut uitis: & implet colles uinearū modo, quæ ſine adminiculis ſe ipſæ ſuſtinent. Tondetur ſimiliter fruticans, ac raſtris niteſcit. Propat naſci, intra tertiū annum fructifera. Folium ꝓximum rutæ perpetua coma. Sæuiere in eandem Iudæi ſicut in uitā quoq; ſuam. Contrà defendêre Romani, et dimicatū pro frutice eſt. Seritq; nunc eā fiſcus: nec unq̃ fuit numeroſior aut ꝓcerior. Proceritas ītra bina cubita ſubſiſtit. Arbori tria genera. Tenui & capillacea coma, quod uocāt eutheriſton. Alterū ſcabro aſpectu, incuruum, fruticoſum, odoratius: hoc trachi appellāt. Tertiū eumeces, qa eſt cæteris procerius, leui cortice. Huic ſecunda bonitas, nouiſſima eutheriſto. Semen eius eſt uino proximū guſtu, colore ruſfum, nec ſine pingui, peius in grano quod leuius atq; uiridius. Ramus craſſior myrto. Inciditur uitro, lapide, oſſeiſue cultellis. Ferro lædi uitalia odit. Emoritur ꝓtinus, eadem amputari ſupuacua patiens. Incidētis manus libratur artifici tpamēto, ne qd ultrà corticē uiolet. Succus è plaga manat, quē opobalſamū uocāt, eximiæ ſuauitatis, ſed tenui gutta, ploratu lanis parua colligitur in cornua. Ex ijs nouo fictili conditur, craſſiori ſimilis oleo, et ī muſto cādida. Ru

---

Apud quos, inqt, hic mos fuit, ut eoſdem et reges et ſacerdotes haberēt: quorū iuſtitia religione pmixta, incredibile quātum coaluere: opes gēti ex uectigalibus opobalſami creuere, qd' ī his tātū regionibus gignitur. Dioſco. tamē præterq̃ in Iudæa et in Aegypto naſci tradit: Theophraſtus uero ī ualle q̃dā Syriæ: ſed hæc Iudææ ꝓxima eſt.

beſcit deinde,ſimulq́; dureſcit et tranſlucida. Alexandro Magno res ibi gerēte, toto die æſtiuo unā concham impleri iuſtum erat. Omni uero fœcūditate ē maiore horto congios ſenos,minore ſingulos:et cum duplo rependebatur argento. Nunc etiā ſingularum arborū largior uena,ter omnibus percutitur æſtatibus,poſtea deputatur. Et ſarmenta quoque in merce ſunt. DCCC. Amputatio ipſa ſurculusq́; uenit intra quintū demum annū. Xylobalſamū uocatur,et coquitur in unguētis. Pro ſucco ipſum ſubſtituēre officiæ. Corticis etiam ad medicamēta pretiū eſt. Præcipua autem gratia lachrymæ,ſecunda ſemini,tertia cortici,minima ligno. Ex hoc buxoſum eſt optimū,quod eſt odoratiſſimū: ex ſemine aūt maximū & ponderoſiſſimū,mordens guſtu,feruēsq́; in ore. Adulteratur Petreo hyperico,quod coarguitur magnitudine, inanitate,latitudine,ſeu lōgitudine,odoris ignauia, ſapore piperis. Lachrymæ ꝓbatio ut ſit pinguis,tenuis,ac modice ruffa,et in fricādo odorata. Secūdus candido colos. Peior uiridis,craſſusq́;. Peſſimus niger. Quippe ut oleum ſeneſcit. Ex oī inciſura maxime ꝓbatur qđ antè ſemel fluxit. Et aliàs adulteratur ſemine ſuo, uixq́; maleficiū deprehēditur guſtu amariore. Eſſe enim debet lenis,nō ſubacidus,odore tantū auſterus. Vitiatur et oleo roſæ,cypi,lētiſci,balani,terebinthi,myrti,reſina,galbano,cera Cypria, ꝓut quæq; res fuit. Neqſſime autē gummi,quoniam

ipſum

ipſum quoque inhæreſcit manu inuerſa, & in aquā ſidet. Probatio eius gemina eſt. Debet ſyncerū et inhæreſcere, ſed hoc et gūmi addita fragili cruſta euenit. Et guſtu deprehēditur. Carbōe uero qđ cera reſinaq; adulteratū eſt nigriori flāma. Nam melle mutatū ſtatī cōtrahit muſcas. Præterea ſyncere dēſatur in tepida aqua gutta ſidēs ad ima uaſis. Adulterata olei mō innatat: & ſi metopio uitiatū eſt, circulo candido cīgitur. Sūma ꝓbatio eſt ut lac coagulet, et in ueſte maculas nō faciat, nec manifeſtior alibi fraus. Quippe milibus denariorum ſextarij empti uendente fiſco. CCC denarijs ueneunt. In tantum expedit augere liquorē. Xylobalſamo pretiū in libras ſex.

Proxīa Syria Iudææ ſupra Phœnicen ſtyracē gignit, circa Gabala et Marathūta et Caſiū Seleuciæ montem. Arbor eſt eodē noīe, cotoneo malo ſitīs, lachrymæ ex auſtero iucūdioris, intus ſītitudo harūdinis, ſuccoq; prægnās. In hanc circa canis ortū aduolant pēnati uermiculi erodētes, ob id ī ſcobe ſordeſcit. Styrax laudatur poſt ſupradicta ex Piſidia, Sidone, Cypro, Cilicia, Creta minime. Ex Amano Syriæ medicis, ſed unguētarijs magis. Colos ī quacūq; natione præfertur ruffus, et pīguiter lētus: deterior furfuroſus, et cano ſitu obductus. Adulteratur cedri reſina, uel gūmi, aliâs melle, aut amygdalis amaris: omniaq; ea deprehenduntur guſtu. Pretium optimo XIX. Exit & ī Pamphylia, ſed acrior, minuſq; ſuc-

coſus. Dat & galbanum Syria in eodem Amano monte è ferula, quam eiuſdem nōis reſinæ modo ſtagonitin appellant. Quod maxime laudant, cartilaginoſum, purum, ad ſimilitudinem ammoniaci, miniméque lignoſum. Sic quoque adulteratur faba aut ſagopeno. Syncerum ſi uratur, fugat nidore ſerpētes. Permutatur in libras quinq;: medicinæ hoc tantum.

De panace, & ſpondylio, & malabathro.
Caput .XXVI.

Sicī qbuſdam legitur exemplaribus: ī quibuſdā Pſophide: apđ Dioſcoridem uero in Phocide.

PAnacen et unguētis eadē gignit, naſcentē et in ipſo Pheneo Arcadiæ, circaq; Erimāthi fontes et ī Africa, et ī Macedōia. Ferula ſui generis. V. cubitorū, folijs prīo q̄ternis, mox ſenis in terrā iacētibus, ampla magnitudine rotūdis, ī cacumē uero oleagineis, ſemine in muſcarijs depēdente, ut ferulæ. Excipitur ſuccus inciſo caule meſſibus, radice in autumno. Laudatur cādor eius coacti. Sequēs pallido ſtatera. Niger color improbatur. Pretiū optimo in libras bini aſſes. Ab hac, ferula differt q̄ uocatur ſpōdylion, folijs tantū, q̄a ſunt minora, et platani diuiſura. Non niſi in opacis gignitur. Semen eodē nōie ſilis ſpeciē habet, medicinæ tantū utile. Dat et malabathron Syria, arborem folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad unguenta: fertiliore eiuſdem Aegypto, laudatius ex India uenit. In paludibus ibi gigni tradūt lētis modo, odoratius croco, nigricans, ſcabrūq; quodam ſalis guſtu. Minus probatur can-

Dioſc. Seſelis: σπέρμα δὲ ἐπ᾽ ἄκρῳ ὅμοιον σεσέλεω.

tur candidum. Celerrime ſitum in uetuſtate ſentit. Sapor eius nardo ſimilis eſſe debet ſub lingua. Odor uero in uino ſufferueſacti antecedit alios. In pretio quidem prodigio ſimile eſt, à ſingulis ad. CCC. peruenire libras: Oleum autem ipſum in libras. LX.

De oleo omphacio. Caput .XXVII.

OLeum & omphaciũ eſt. Fit duobus generibus, & totidẽ modis, ex oleo et uite. Olea ad huc alba expreſſa, deterius ex druppa (ita enim uocatur priusq̃ cibo matura ſit) iam tum colorẽ mutãs. Differẽtia quod hoc uiride eſt, illud candidũ. E uite fit pſytia aut aminæa, cum ſint acini ciceris magnitudine ante canis ortũ. In prima lanugine demetitur uua, eiusq; melligo. Reliquũ corpus ſole coqtur. No cturni rores cauẽtur. In fictili cõdita melligo colligitur, ſubide Cyprio ære ſeruatur. Optĩa q̃ ruffa, acri orq;, & aridior. Pretiũ omphacio in libras ſex. Fit et alio modo, cum in mortarijs uua immatura teritur: ſiccatáque in ſole, poſtea digeritur in paſtillos. Dioſco. E uite fit Taſia.

De bryo & œnanthe, & de elate arbore, & cinnamo caryopo. Caput .XXVIII.

FOdem & bryon ptinet uua pópuli albæ. Optima circa Gnidũ aut Cariã, in ſitiẽtibus aut ſic cis aſperisque, ſecunda in Lycia cedro. Eodem & œnanthe pertinet. Eſt aũt uitis labruſcæ uua. Colligitur cum flore cum optime olet. Siccatur in umbra ſubſtrato linteo, atq; in cados conditur. Præcipua ex

Parapotamia,ſecunda ab Antiochia,atq; Laodicea Syriæ,tertia ex montibus Medicis. Hæc utilior medicinæ. Quidã oĩbusijs præferunt eã,quæ in Cypro inſula naſcitur. Nam quæ in Africa fit,ad medicos tantũ ptinet,uocaturq; maſſaris. Oĩs aũt ex alba labruſca præſtantior q̃ è nigra. Eſt præterea arbor ad eadẽ unguẽta pertinẽs,quã alij elatẽ uocant,qđ nos abietẽ,alij palmã,alij ſpathẽ. Laudatur Ammoniaca maxĩe,mox Aegyptia. Dein Syriaca,dũtaxat in locis ſitiẽtibus odorata,pingui lachryma,quæ in unguenta additur ad domandũ oleũ. In Syria gignitur et cinnamũ,quod caryopon appellant. Hic eſt ſuccus nuci expreſſus,multum à ſurculo ueri cinnami differẽs,uicina tamẽ gratia. Pretiũ in libras aſſes. XL.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XIII.

PROOEMIVM.

De peregrinis arboribus.

HActenus in odoribus habent pretia ſyluæ, erãtq; per ſe mira ſingula,iuuitq; luxuriã ea oĩa miſcere,et è cunctis unum odorẽ facere. Ita reperta ſunt unguenta.

De unguentis,& quando primũ ſunt cognita nobis,& de compoſitione. Ca. .I.

Quis primus

QVis primus inuenerit non traditur, Iliacis Vnguēta licet temporibus non erant, nec thure ſupplicaba ad delicias po tur. Cedri tantū et citri ſuorū fruticū in ſacris fumo tiſſimū excogi conuolutū nidorem uerius q̄ odorē nouerāt, iam ro- tata ſit, habēt ſæ ſucco reperto. Nominatur enim id quoq; in olei tamen & ipſa laude. Perſarū eſſe debet gētis unguentū. Sed et Par ſuū in medicia thi madent eo, et accerſita commendatione ingluuie uſū. Q d' etiā natū uirus extinguūt. Primū, qđ equidē inueniā, ca- à Strab. anno ſtris Darij regis expugnatis, in reliquo eius appatu, tatū eſt li. 15. Alexāder cepit ſcriniū unguentorū. Poſtea uoluptas ubi obiter in- eius à noſtris quoq; inter laudatiſſima atq; etiā hone dicat, qua pte ſtiſſima uitæ bona admiſſa eſt. Honosq; is & ad de- medicina uitæ functos ptinere cœpit. Quapropter plura de eo di- conferat, qua cemus, q̄ quæ etiam hi nouerūt. Fruticū ad præſens nō, plurimū in noībus tantū indicabūtur, natura uero eorū ſuis red quit, medicīæ detur locis. Vnguentis cognoīa dedere alijs patriæ, unctioes pbā- alijs ſucci, alijs arbores, alijs cauſæ. Primūq; id ſci- tur et catapla re cōuenit, mutata autoritate ad peius trāſiſſe glori ſmata: cætera am. Laudatiſſimū fuit antiqtus in Delo iſula, poſtea maleficij exp Mendeſiū. Nec mixtura tantū et cōpoſitione hoc ac tia non ſunt. cidit, ſed ijdē ſucci uarie alibi ad quælibet præualue re, aut degeneraucre. Irinū Corinthi diu maxīe pla cuit, poſtea Cyzici, ſimili mō rhodinū Phaſeli: quam gloriam abſtulere Neapolis, Capua, Præneſte. Cro cinum in ſolis Ciliciæ diu maxīe laudatū, mox Rhodi. Oenāthinum in Cypro, deinde in Aegypto præ- poſitum, poſtea Adramyttio. Amaracinum in Coo.

Poſtea

Poſtea eodem loco prælatum eſt Melinum: Cyprinũ in Cypro, deinde in Aegypto, ubi Mendeſium et metopium gratius factum eſt. Mox hoc abſtulit Phœnice. Et cyprini laudẽ Aegypto reliquit. Panathenaicon ſuum Athenæ perſeueranter obtinuere. Fuerat et pardalium in Tarſo, cuius etiam compoſitio et mixtura obliterata eſt. Narciſſinũ quoq; ex flore narciſſi deſijt cõponi. Ratio faciendi duplex, ſuccus & corpus. Ille olei generibus ferè conſtat, hoc odorum: Hæc ſtymmata uocãt, illa hedyſmata. Tertius inter hæc eſt colos, à multis neglectus. Huius cauda addun tur cinnabari et anchuſa. Sal aſperſus olei naturam coërcet. Quibus anchuſa adiecta eſt, ſal nõ additur. Reſina aut gummi adijciuntur ad continendũ odorẽ in corpore. Celerrime is euaneſcit atq; defluit, ſi non ſit hæc addita. Vnguentorum expeditiſſimũ fuit, primumq́; ut ueriſile eſt è bryo et balanino oleo, de quibus ſupra diximus. Increuit deinde Mendeſium. Balanino reſina mixta, magisq́; etiãnũ Metopiò. Oleũ hoc eſt, amygdalis amaris expreſſum in Aegypto. Cui addidere omphaciũ, cardamomũ, iuncum, calamũ, mel, uinũ, myrrhã, ſemen balſami, galbanũ, reſinam, terebinthinã. Et è uiliſsimis quidẽ hodie eſt, ob id creditũ et id in uetuſtiſſimis eſſe, quod conſtat oleo myrteo, calamo, cupreſſo, cypro, lentiſco, malogranati cortice. Sed diuulgata maxīe unguẽta crediderim roſa, quæ plurima ubiq; gignitur. Itaq; ſimpliciſſima

ciſſima rhodini mixtura diu fuit additis omphacio, flore roſæ, crocino, cinnabari, calamo, melle, iunco, ſalis flore aut anchuſa, uino. Similis ratio & in crocino, additis cinnabari, anchuſa, uino. Sĩlis et in ſanſucino, admixtis omphacio, calamo. Optimum hoc in Cypro et Mitylenis, ubi plurima ſanſucus. Miſcẽtur & uiliora genera olei myrto, lauro, quibus additur ſanſucinũ, liliũ, fœnũ græcũ, myrrha, caſſia, nardũ, iuncus, cinnamomũ. E malis quoq; cotoneis & ſtrutheis fit oleũ (ut diximus) melinũ, qđ in unguẽta trãſit, admixtis omphacio, cyprino, ſeſamino, balſamo, iunco, caſſia, abrotano. Suſinũ tenuiſſimũ omniũ eſt. Conſtat ex lilijs, balano, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha, aſpalatho. Et idem cyprinũ ex Cypro, & omphacio, & cardamomo, calamo, aſpalatho, abrotano. Aliqui et in Cyprinũ addunt myrrhã & panacen. Hoc optimum Sidone, mox Aegypto, ſi non addatur ſeſaminũ oleum. Durat & quadriẽnio. Excitatur cinnamomo. Telinũ fit ex oleo recenti, cypo, calamo, meliloto, fœnogræco, melle, melino, maro, amaraco. Hoc erat celeberrimũ Menãdri poetæ comici ætate. Poſtea multo ſucceſſit propter gloriã appellatũ megaliũ, ex oleo balanino, balſamo, calamo, iunco, xylobalſamo, caſſia, reſina. Huius proprietas, ut uẽtiletur in coquẽdo donec deſinat olere. Rurſus refrigeratũ, odorẽ ſuũ capit. Singuli quoq; ſucci nobilia unguenta faciunt. In primis malabathrum,

thrum, poſtea iris Illyrica, et Cyzicena amaracus. Herbarij in utraq; pauca, ſed alia alij miſcent. Qui plurima, alterutri mel, ſalis florem, omphacium, agnon, peliam panacen. Externa oĩa. Et ꝓdigioſa cinnamomino pretia. Adijcitur cinnamomino balaninũ oleũ, xylobalſamum, calamus, iuncus, balſami ſemina, myrrha, mel odoratũ. Vnguentorũ hoc craßiſſimũ Pretia ei à denarijs. XXXV. ad. CCCX. Nardinum ſiue foliatũ cõſtat omphacio, balanimo, iũco, coſto, nardo, amomo, myrrha, balſamo. In hoc gene*re cõueniet meminiſſe herbarum, quæ nardũ* Indicũ *imitentur, ſpecies nouẽ à nobis eſſe dictas: tanta materia adulterandi eſt. Omnia aũt acutiora fiunt coſto, amomo, quæ maxĩe nares feriunt: craſſiora myrrha ſuauioraq;, medicinæ aũt utiliora croco, acerrima per ſe amomo.* Hoc *& capitis dolores facit. Quidam ſatis habent aſpergere quæ ſunt pretioſiſſima, cæteris decoctis, impẽdio parcentes: ſed nõ eadem eſt uis, niſi unà decoctis. Myrrha & per ſe unguentũ facit ſine oleo, ſtactea dũtaxat, alioquin nimiam amaritudinem affert. Cyprino uiride fit, Suſino unguinoſum, Mendeſio nigrũ, rhodio candidũ, myrrha pallidũ. Hæc ſunt antiquæ inuentionis genera, & poſtea officinarum furta. Nunc dicetur cumulus iſte deliciarum, & ſumma autoritas rei.*

• Agnon, polion, panacen.

Quod unguentũ regale uocetur, et quæ diapaſmata, et qualiter ſeruentur. Ca. II.

Ergo re-

ERgo regale unguentũ appellatũ, quod Parthorum regibus ita tẽperatur. Conſtat myrobalano, coſto, amomo, cĩnamomo, comaro, cardamomo, nardi ſpica, maro, myrrha, caſſia, ſtyrace, ladano, opobalſamo, calamo, iuncoq; ſyrio, œnanthe, malabathro, ſerichato, cypero, aſpalatho, panace, croco, cypro, amaraco, colato melle, uino. Nihilq; eius rei cauſa in Italia uictrice omniũ, in Europa uero tota præter irin Illyricã et nardũ gallicũ gignitur. Nam uinũ, et roſa, et myrti folia oleũq;, cõia ferè oĩm terrarũ intelligũtur. Siccis odoribus cõſtãt, quæ diapaſmata uocãtur. Nam feces unguẽti magmata appellant. Inter oẽs potẽtiſsimus odor, q́ſquis nouiſſime additur. Vnguẽta optĩe ſeruãtur in alabaſtris, odores in oleo: quod diuturnitati eorũ tanto utilius eſt, quanto pinguius, ut ex amygdalis. Et ipſa unguenta uetuſtate meliora. Sol inimicus his, quamobrẽ in umbra coquũtur plũbeis uaſis. Experimentũ eorũ inuerſa manu capitur, ne carnoſæ partes calore uitientur.

Quanta in unguentis luxuria, & quando primum Romanis in uſu. Caput .III.

HAec eſt materia luxus è cũctis maxĩe ſuperuacui. Margaritæ enim gẽmæq; ad hæredẽ tamẽ tranſeũt, ueſtes plongant tẽpus: unguẽta ilico expirãt, ac ſuis moriũtur horis. Summa cõmendatio eorum, ut tranſeuntem fœminã odor inuitet, etiam aliud agentem. Exceduntq; quadragenos denarios

librae

libræ. Tanti emitur uoluptas aliena. Etenim odorē qui gerit, ipſe non ſentit. Sed & hæc aliqua differentia ſignanda ſunt. In M. Ciceronis monumentis inuenitur, unguenta gratiora eſſe quæ terram, q̃ quæ crocum ſapiant. Quando etiã corruptiſſimo in genere magis iuuat quædam ipſius uitij ſeueritas. Sed quoſdam craſſitudo maxime delectat, idipſum approbãtes: liniq; iam non ſolum, ſed & perfundi unguentis gaudent. Vidimus etiam ueſtigia pedum tingi: quod M. Othonem monſtraſſe Neroni principi ferebant. Quæſo ut ſentiretur iuuari ab ea parte corporis? Necnon aliquem ex priuatis audiuimus iuſſiſſe ſpargi parietes balnearum unguento. Atq; Caium principem ſolitum lauari. Ac ne principale uideatur hoc bonum, & poſtea quendam ex ſeruis Neronis. Maxime tamen mirum eſt, hanc gratiam penetraſſe & in caſtra. Aquilæ certe, ac ſigna puluerulenta illa, & cuſtodijs horrida, inunguntur feſtis diebus. Vtinamq; dicere poſſemus, quis primus inſtituiſſet iſta. Nimirum hac mercede orbem terrarum corruptæ deuicere aquilæ. Iſta patrocinia quærimus uitijs, ut per hoc ius ſumantur ſub caſſide unguenta. Quando id primum ad Romanos penetrauerit, non facile dixerim. Certum eſt Antiocho rege Aſiaq; deuictis, urbis anno quingenteſimoſexageſimoquinto, P. Licinium Craßum, Iulium cæſarem cenſores edixiße, ne q̃s uenderet unguenta exotica, ſic enim appellaue-

Vt. 3. de oratore libro & alibi.

re. At

re. At hercule iam quidam etiã in potu addunt: tantiq; amaritudo eſt, ut odore prodigo fruantur ex utraq; parte corporis. L. Plotium, L. Plotij bis conſulis cenſoriſue fratrem, proſcriptum à triumuiris, in Salernitana latebra unguenti odore ꝑditum conſtat. Quo dedecori tota abſoluta ꝓſcriptio eſt. Quis enim non merito iudicet perijſſe tales? Cæterum terrarum omnium Aegyptus accommodatiſſima unguentis. Ab ea Campania eſt próxima copia roſæ.

De palmis, & natura earum, & generibus.
Caput .IIII.

IVdæa inclyta eſt, uel magis palmis, quarũ natura nunc dicetur. Sunt quidẽ in Europa, uulgoq; Italia, ſed ſteriles. Ferunt in maritimis Hiſpaniæ fructum, uerum immitem, dulcem in Africa, ſed ſtatim euaneſcentẽ. Contrà in oriẽte ex his uina, gentiumq; aliquibus panis: plurimis uero etiam quadrupedũ cibus. Quamobrem iure dicentur externæ. Nulla eſt in Italia ſponte genita, nec in alia parte terrarũ niſi in calida. Frugifera uero nuſquã, niſi in feruida. Gignitur leui ſabuloſaq; terra, maiore in parte & nitroſa. Gaudet et riguis, totoq; anno bibere cũ amet, anno ſiticẽti. A fimo quidã etiã lædi putãt. Et Aßyriorũ pars aliqua, ſi nõ riuis miſceatur. Genera earũ plurĩa. Et prĩa fruticẽ nõ excedẽtia. Sterilẽ hãc: aliubi et ipſam fertilẽ, breueq; ramis obiri umbra foliorũ. Tectorij uicem hæc parietibus pleriſq; in locis præ-

Vide Theophraſt. li. de plantarũ hiſtoria. 2. ca. 8. Itẽ li. 3. ca. 5. li. 4. ca. 6. & alijs locis aliquot.

ſtat cõtra

ſtat contra aſpgines. Sunt è pcerioribus ſyluæ arbores, ipſa foliorũ aculeo fruticãte, circa totas pectinatim, quas ſylueſtres ĩtelligi neceſſe eſt. Incerta tamẽ libidine etiã mitioribus ſe miſcẽt. Reliqua teretes atque pceræ, dẽſis gradatisq; corticũ pollicibus ut orbibus, faciles ſe ad ſcandendum orientis populis præbẽt, utilẽ ſibi arborisq; induuijs circulũ mira pnicitate tũ hoĩe ſubeũte. Coma oĩs in cacumine, et pomũ eſt, non inter folia, ut in cæteris, ſed ſuos inter ramos palmitibus racemoſum. Vtraq; natura uuæ atq; pomi. Folia cultrato mucrone lateribus in ſe bifidatis, bellas primũ demonſtrauere gemmas. Nunc ad funes uitiliumq; nexus & capitũ leuia umbracula finduntur. Arboribus imò potius omnibus quæ terra gignit, herbisq; etiã, utrunq; ſexũ eſſe diligẽtiſsimi naturæ tradũt. Quod in plenũ ſatis ſit dixiſſe hoc in loco. Nullis tamẽ arboribus manifeſtius: Mas in palmite floret, fœĩa citra florẽ germinat tãtum ſpinæ modo. Vtriſque aũt prima naſcitur pomi caro, poſtea lignũ intus, hoc eſt ſemẽ eius. Argumentũ, ꝙ paruæ ſine hoc repiuntur in eodẽ palmite. Eſt aũt oblongũ, non ut oliuis orbiculatum. Præterea cæſum à dorſo puluinato, & in aluo media fiſſura pleriſq; umbilicatum, unde primũ ſpargitur radix. Seritur aũt pronum, et bina iuxtà cõpoſita ſemina, ſupq; totidẽ, quoniã infirma ſingulis plãta eſt. Quaternæ coaleſcũt. Multis candidiſq; lignũ hoc à carnibus diſcinditur,

tunicis

tunicis alijs corpori adhærētibus, lateq́; diſtans, tan tum à cacuminibus filo adhærens. Caro matureſcit anno. Quibuſdam tamē in locis, ut Cypro, quanq̄ ad maturitatē non pueniat, grato ſapore dulcis eſt: & folium ibi latius, fructusq́; reliqs rotundior. Nec ut deuoretur corpus, uerū ut expuatur ſucco modo expreſſo. Et in Arabia languide dulces traduntur eſſe palmæ. Quanq̄ Iuba apud Scenitas Arabas præfert oībus ſaporibus, quam uocant dabulan. Cætero non ſine maribus gignere fœminas ſponte edito nemore confirmant, circaq́; ſingulos plures nutare in eum pronas blandioribus comis. Illū erectis hiſpidū, affla tu niſuq́; ipſo & puluere etiā reliquas maritare. Hu ius arbore exciſa, uiduas pōſt ſterileſcere fœminas. Adeo eſt Veneris intellectus, uti coitus etiam excogitatus ſit ab homine, & maribus flore ac lanugine, interim uero tantum puluere inſparſo fœminis. Seruntur autē palmæ et trunco, duorū cubitorum lon gitudine, à cerebro ipſo arboris uiridi fiſſuris diuiſo atq́; defoſſo. Et ab radice auulſæ uitalis eſt ſatus, & ramorum tenerrimis. In Aſſyria ipſa quoque arbor ſtrata in ſolo humido tota radicatur, ſed in frutices non in arborem. Ergo plantaria inſtituunt, annicu laſq́; transferunt, et iterū bimas. Gaudent enim mu tatione ſedis, uerna alibi, in Aſſyria aūt circa canis ortū. Nec ferro attingunt ibi nouellas, ſed religant comas, ut in altitudinem exeant. Robuſtas deputant

craßitudinis gratia, ſemipedales ramorũ relinquentes trũcos. Qui deciſi alibi necãt matrẽ. Diximus ſalſum ab his ſolũ diligi. Ergo ubi non eſt tale, ſalẽ aſpgunt, nõ radicibus, ſed lõgius paulo. Quædam in Syria & Aegypto in binos diuidũt ſe trũcos, in Creta & ternos, quædam et in quinos. Feruntſtatim in trimatu. In Cypro uero, Syria, Aegypto, q̃drimæ aliæ, aliæq; quinquennes, aliæ altitudine hominis, nullo intus pomi ligno q̃diu ſunt nouellæ, ob id ſpadonũ accepto noĩe. Genera earũ multa: Sterilibus ad materias operaq; lautiora utitur Aſſyria, et tota Perſis. Sunt & cæduæ palmarum quoq; ſyluæ, germinantes rurſus ab radice ſucciſæ. Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrũ appellãt, exemptaq; uiuunt, q̃d non aliæ. Vocantur autem chamæriphes, folio latiore ac molli, ad uitilia utilißimo. Copioſæ ĩ Creta, ſed magis in Sicilia. E palmis prunæ uiuaces, ignisq; lẽtus. Fructiferarũ alijs breuius lignum in pomo, alijs longius: his mollius, illis durius. Quibuſdam oſſeum lunatũq; dente cõtra faſcinãtes religione politũ. Aliud pluribus ueſtitum paucioribúsue tunicis. Aliud craſſioribus tenuioribúsue. Ita fiũt undequinquaginta genera, ſi quis oĩm perſequi uelit noĩa etiã barbara, uinorũq; ex ijs differẽtias Clarißimæ oĩm quas regias appellauere ab honoribus, quoniã regibus tãtum Perſidis ſeruarẽtur, Babylone natæ uno in horto Bagoi. Ita enim uocãt ſpadones, qui apud eos etiã

regnaue-

regnauere. Hortus ille nunq̃ niſi dominãtis in aula fuit. At ĩ meridiano orbe precipuã obtinẽt nobilitatẽ Syagri, proximamq́; margarides. Eæ breues, candidæ, rotũdæ, acinis q̃ balanis ſimiliores. Quare et nomen à margaritis accepere. Vna earũ arbor ĩ Chora eſſe traditur, una ex Syagrorũ. Mirũq; de ea accepimus cũ phœnice aue, quæ putatur ex huius palmæ argumẽto nomẽ accepiſſe, iterũ mori ac renaſci ex ſeipſa (qđ erat prius) pomis refertã. Ipſum pomũ grãde, durũ, horridũ, et à cæteris generibus diſtãs, ſapore ferino, quem fermè in apris nouimus, euidẽtiſſimeq; cauſa eſt noĩs. Quarta autoritas ſandalidũ, à ſimilitudine appellatarũ. Iam in Aethiopiæ fine qnque earũ nec plures arbores tradũt, nõ raritate magis q̃ ſuauitate mirabiles. Ab his caryotæ maxĩe celebrãtur, et cibo qdem, ſed & ſucco huberrimæ. Ex quibus præcipua uina orienti, iniqua capiti, unde pomo nomẽ. Sed ut copia ibi atq; fertilitas, ita nobilitas in Iudæa, nec ĩ tota, ſed Hiericũte maxĩe. Quanq̃ laudatæ & Archelaidæ, & Phaſelidæ, atque Libyadæ gẽtis eiuſdẽ cõuallibus. Dos his præcipua ſucco pingui lactẽtibus, quodãq; uini ſapore ĩ melle prædulcibus. Sicciores in hoc genere nicolai, ſed amplitudinis præcipuæ, q̃terni cubitorũ longitudinẽ efficiunt. Minus ſpecioſæ, ſed ſapore caryotarũ ſorores, et ob hoc adelphides dictæ, proximam ſuauitatem habent, non tamen eandem. Tertium ex his genus pa-

et reliqua aīalia ex his ſaginātur. Vitiati aut uetuſtę eius pomi ſignū eſt, decidiſſe candidam uerrucā, quæ racemo adhæſerit. Alexandri milites palmis uiridibus ſtrangulati ſunt. In Gedroſis id factum eſt pomi genere, alibi copia euēnit. Eſt enim tāta muſteis ſua uitas, ut finis mandendi non niſi periculo fiat.

De Syriæ arboribus. Ca. .V.

SYria præter hāc peculiares habet arbores. In nucum genere piſtacia nota. Prodeſſe aduerſus ſerpentium traduntur morſus, & potu & cibo. In ficorum autem caricas, & minores eius generis, quæ cottana uocāt. Item pruna in Damaſco monte nata, & myxa, utranque iam familiarem Italiæ. Ex myxis in Aegypto et uina fiunt. Iuniperi ſimilitudinem habent Phœnices & cedrū minorē. Duo eius genera: Lycia et Phœnicia. Differūt folio. Nam quæ durum, acutū, ſpinoſum habet, oxycedros uocatur, ramoſa & nodis infeſta. Altera odore præſtat. Fructū ferūt myrti magnitudīe, dulcē ſapore. Et maioris cedri duo genera: Quæ floret, fructū non fert. Fructifera non floret, & in ea antecedentē fructū occupat nouus. Semen eius cupreſſo ſimile. Quidam cedrelatem uocant. Ex hac reſina laudatiſſima. Materiæ uero ipſi æternitas. Itaq; et ſimulacra deorū ex ea factitauerunt. Cedrinus eſt Romæ in delubro Apollo Soſianus, è Seleucia aduectus. Cedro ſimilis in Arcadia eſt arbor, quæ in Phrygia frutex uocatur.

De terebintho. Caput .VI.

SYria et terebinthum habet. Ex his maſcula eſt ſine fructu. Fœminarũ duo genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus. Cum uite matureſcit, non grandior faba, odore iucũdior, tactu reſinoſus circa Idam Troadis. Sed in Macedonia breuis arbor hæc atque fruticoſa, in Damaſco Syriæ magna. Materies ei admodũ lenta, ac fidelis ad uetuſtatem, eximij ac nigri ſplendoris, flos racemoſus oliuæ modo, ſed rubens, folia denſa. Fert & folliculos emittentes quædam animalia, ceu culices, lentoremq; reſinoſum, qui & cortice erumpit. Etiam rhus Syriæ maſcula fert, ſterili fœmina, folio ulmi paulo longiore & piloſo, foliorũ inter ſe ſemper contrarijs pediculis, gracili breuiq; ramo. Pelles candidæ conficiũtur ijs. Semen lenti ſimile cum uua rubeſcit, quod uocatur rhus, medicamentis neceſſarium.

De ficu Aegyptia et Cypria. Ca. .VII.

ET in Aegypto multa arborũ genera, quæ non alibi. Ante omnia ficus, ob id Aegyptia cognominata. Arbor moro ſimilis folio, magnitudine, aſpectu. Pomum fert nõ ramis, ſed caudice ipſo. Idq; ipſum ficus eſt prædulcis, ſine granis interioribus, ꝓ quàm fœcundo prouentu, ſcalpendo tantum ferreis unguibus, aliter non matureſcit. Sed cum factum eſt quarto die demetitur, alio ſubnaſcente, ſepteno ita numeroſa partu, ꝑ ſingulas æſtates multo lacte abundante.

dante. Subnaſcitur etiamſi non ſcalpatur fœtus qua
ter æſtate, prioremq́; expellit immaturum. Materi
es proprij generis inter utilißimas. Cæſa ſtatim ſta-
gnis mergitur. Hoc eſt eius ſiccari. Et primo ſidit,
poſtea fluitare incipit, certoq́; eam ſugit alienus hu-
mor, q * aluū oēm rigat. Cum innatare cœpit, tēpe
ſtiue habet ſignū. Huic ſimilis quadātenus quæ uoca
tur Cypria ficus in Creta. Nam & illa in caudice
ipſo fert pomum & ramis, cum in craßitudinem ado
leuere. Sed hæc germina emittit ſine ullis folijs radi
ci ſimilia. Caudex arboris pópulo ſimilis, folium ul-
mo. Fructus quaternos fundit, totiens & germinat.
Sed groſſus eius non matureſcit, niſi inciſura emiſſo
lacte. Suauitas & interior fici, magnitudo ſorbi.

De Ceraunia ſiliqua. Ca. .VIII.

SImilis his ſiliqua, quam Iones Cerauniā uocant:
trunco & ipſa fertilis, ſed pomo ſiliquæ. Ob id
quidam Aegyptiā ficum dixere, errore manifeſto.
Non enim in Aegypto naſcitur, ſed ī Syria Ioniaq́;,
& circa Gnidum, atque in Rhodo, ſemper comanti-
bus folijs, flore candido, cum uehemētia odoris. Plan
tigera imis partibus, & ideo ſupficie flaueſcens, ſuc
cum auferente ſobole. Pomo antecedentis anni circa
canis ortus detracto, ſtatim alterum parit. Poſtea
florem per Arcturum, hyeme fœtus enutriente.

De perſica Aegypti, & ſpina Aegyptia. Caput .IX.

*Legēdū fortaſſis aliam, ut arborē ſubaudiamus ex Solino c.40. Dcī de, inqt, cū diu deſcderit in liquore, leuior facta ſuſtollitur, & fit humore ſicca: qđ natura in alio ligni genere non recipit.

Quod tamen Theop. de mo ro Aegyptia ſcribit l.4.ca. 2. Huius, inqt, lignum cæſum cōtinuo uiride eſt, ſiccatur autē in profundo aquæ, cūq́; ſic cūoīno fuerit, ſupfluitat atque innatat.

Thebas hæc, ubi et q̃rcus, et Perſica, et oliua. CCC. à Nilo ſtadijs ſyluestri tractu, & ſuis fontibus riguo.

De pruno & arboribus circa Memphim. Caput .X.

IBi prunus Aegyptia, non diſsimilis ſpinæ proximæ dictæ, pomo meſpili, matureſcẽs bruma, nec folia dimittens. Lignum in pomo grande, ſed corpus ipſum natura copiaq; meſsiũ inſtar incolis. Purgatũ enim tundunt, ſeruãtq; eius offas. Syluestris fuit, & circa Memphim regio tã uaſtis arboribus, ut terni nequirent uel circũplecti, unius peculiari miraculo, nec pomũ ꝓpter, uſum ue aliquẽ, ſed euentũ. Facies enim ſpinæ folia habet ceu pẽnas, quæ tactis ab hoĩe ramis, cadũt ꝓtinus, ac poſtea renaſcuntur.

De gummi generibus, et papyro. Ca. .XI.

GVmmi optimũ eſſe ex Aegyptia ſpina conuenit, uermiculatũ, colore glauco, purum, ſine cortice, dentibus adhærens. Pretium eius in libras XIII. Deterius ex amygdalis amaris & ceraſo, peſſimum ex prunis. Fluit et ex uitibus, infantium ulceribus aptiſſimũ: et aliquando ex olea dentiũ dolori: Vlmo etiã in Corico mõte Ciliciæ, ac iunipero, ad nihil utile. Ex ulmi uero gummi et culices ibi naſcuntur. Fit et ex ſarcocolla (ita uocatur arbor) gũmi utiliſsimũ pictoribus ac medicis, ſimile pollini thuris: et ideo cãdidum q̃ ruffum melius. Pretiũ eius quod ſuprà. Nondũ paluſtria attigimus, nec frutices amnium. Prius

Apud Homerum li. Ilia. 6. γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

um. Prius tamen q̃ digrediamur ab Aegypto & papyri natura dicetur, cum chartæ uſu maxĩe humanitas uitæ cõſtet et memoria. Et hanc Alexandri Magni uictoria repertã, autor eſt M. Varro, condita in Aegypto Alexãdria. Antè nõ fuiſſe chartarũ uſum. Palmarũ folijs primo ſcriptitatũ. Deinde quarundã arborũ libris. Poſtea publica monumenta plumbeis uoluminibus, mox et priuata linteis confici cœpta, aut ceris. Pugillariũ enim uſum fuiſſe ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum. Illo uero ꝓdente ne terrã quidẽ ipſam totã fuiſſe, quæ nunc Aegyptus intelligitur, cũ in Sebennytico ſaltẽ eius nomĩs charta naſcatur. Poſtea adaggeratã Nilo. Siquidem à Pharo inſula quæ nunc Alexãdriæ ponte iungitur, noctis dieiq; uelifico nauigij curſu terram fuiſſe ꝓdidit. Mox æmulatione circa bibliothecas regum Ptolemæi & Eumenis, ſupprimente chartas Ptolemæo, idẽ Varro membranas pergami tradidit repertas. Poſtea ꝓmiſcue patuit uſus rei, qua cõſtat immortalitas hoĩm. Papyrũ ergo naſcitur in paluſtribus Aegypti, aut quieſcentibus Nili aquis, ubi euagatæ ſtagnant, duo cubita non excedẽte altitudine gurgitũ. Brachiali radicis obliquæ craſſitudine, triangulis lateribus, decẽ non amplius cubitorum longitudine in gracilitatẽ faſtigiatũ thyrſi modo cacumẽ includẽs. Semine nullo, aut uſu eius alio q̃ floris ad deos coronandos. Radicibus incolæ ꝓ ligno utuntur: nec ignis

tantum

tantum gratia,ſed ad alia quoq; utenſilia uaſorum. Ex ipſo quidẽ papyro nauigia texũt. Et è libro uela,tegetesq́;,necnon et ueſtẽ,atq; ſtragula ac funes. Mandunt quoq; crudũ decoctũq;,ſuccũ tantũ deuorantes. Naſcitur et in Syria,circa quẽ odoratus ille calamus lacum. Neque ad alios uſus illis,q̃ funibus. Rex Antigonus in naualibus uſus eſt rebus,nondum ſparto cõmunicato. Nup et in Euphrate naſcẽs circa Babylonẽ papyrũ,intellectũ eſt eundẽ uſum habere quẽ chartæ. Et tamen adhuc malunt Parthi ueſtibus literas intexere. Præparantur ex eo chartæ diuiſæ acu in prætenues,ſed q̃ latiſſimas philuras.

De generibus chartarum, & quomodo chartæ fiant,& de chartarum probatione, & uitijs & glutino earum. Caput .XII.

PRincipatus medio, atque inde ſciſſuræ ordine Hieratica appellabatur antiquitus, religioſis tantũ uoluminibus dicata, quæ ab adulatione Augusti nomen accepit,ſicut ſecũda Liuiæ à coniuge eius. Ita deſcendit hieratica in tertium nomen. Proximũ amphitheatricæ datum fuerat à cõfecturæ loco. Excepit hanc Romæ Fannij ſagax officina,tenuatãq; curioſa interpollatione principalem fecit è plebeia, & nomen ei dedit. Quæ non eſſet ita recurata, in ſuo manſit amphitheatrica. Poſt hanc Saitica ab oppido, ubi maxima fertilitas ex uilioribns ramen tis, propiorq; etiamnum cortici. Tæniotica à uicino

loco,pon

loco,pondere iam hæc nō bonitate uenalis. Nam em
poretica inutilis ſcribēdo, inuolucris chartarū ſegę
ſtriumq; in mercibus uſum præbet,et ideo à merca-
toribus cognoīata. Poſt hanc papyrū eſt,extremūq;
eius ſirpo ſilē,ac ne ad funes quidē niſi in humore uti
le. Texūturq; oēs tabulæ madētes Nili aqua. Turbi
dus liquor uim glutini præbet,cū primo ſupina tabu
la ſcheda adlinitur, longitudine papyri, quæ potuit
eſſe ſegminibus utrinq; amputatis. Trāſuerſa poſtea
crates pagitur. Premūtur deindę prælis,et ſiccātur
ſole, atq; inter ſe plagulæ iungūtur,à ꝓximarū ſem
per bonitatis diminutiōe ad deterrias. Nunq̄ plures
ſcapo q̄ uicenæ. Magna in latitudine earū differētia
XIII. digitorū optimis. Duo detrahūtur hieraticæ.
Fanniana denos habet. Et uno minus amphitheatri
ca. Pauciores Saitica,nec malleo ſufficit. Nam em-
poreticæ breuitas ſex digitos non excedit. Præterea
ſpectantur in chartis tenuitas,denſitas,cādor,leuor.
Primatū mutauit Clau. Cæſar. Nimia quippe Augu
ſtæ tenuitas tolerādis nō ſufficiebat calamis. Ad hoc
tranſmittēs literas lituræ metū afferebat aduerſis,
et aliâs indecoro uiſu pertrāſlucida. Igitur et ſecun
do corio ſtatumina facta ſunt è primo ſubtegmine.
Auxit et latitudinē. Pedalis erat mēſura,et cubita-
lis macrocolis. Sed rō deprehendit uitiū,unius ſche-
dæ reuulſione plures infeſtāte paginas. Ob hoc præ
lata oībus Claudia. Auguſtæ in ep̄lis autoritas reli-
cta. Liuia

ſta. Liuiana ſuã tenuit, cui nihil è prima erat, ſed oĩa è ſecũda. Scabritia leuigatur dente cõchâue, ſed caducæ literæ fiũt. Minus ſorbet. Politur et charta magis, ut ſplendeat. Rebellat ſæpe humor incurioſe datus, primoq; malleo deprchẽditur, aut etiã odore cũ fuerit indiligẽtior. Deprehẽditur et lentigo oculis; ſed medijs inſerta glutinamẽtis ceu tenia iũco papyri bibulo, ibi uix litera fundẽte ſe, tantũ ineſt fraudis. Alius igitur iterũ texẽdis labor. Glutinũ uulgare è pollinis flore tẽperatur feruẽte aqua, minio aceti aſpſu. Nam fabrili à gũmi cõmiſſuræ fragiles ſũt. Diligẽtior cura molli panis fermẽtati, colata aqua feruẽte mini mũ hũc modũ intergerit. Atq; etiã Nili leuitas ſuperatur. Omne aũt glutinum, nec uetuſtius eſſe uno die debet, nec recẽtius. Poſtea malleo tenuatur, et iterũ glutino ꝑcurritur, iterũq; cõſtricta erugatur atq; extenditur malleo. Ita ſunt lõginqua monumẽta Tiberij Caijq; Gracchorũ manus, quæ apd̃ Pomponiũ Secundũ, uatem ciuemq; clariſſimũ uidi ánnos ferè poſt. CC. Iam uero Ciceronis ac diui Augusti Virgilijq; ſæpenumero uidemus.

De libris Numæ. Caput .XIII.

INgentia quidẽ exempla cõtra Varronis ſententiam de chartis reperiuntur. Nanq; Caſſius Hemina uetuſtiſſimus autor annaliũ, quarto eorũ libro ꝓdidit Cn. Terentiũ ſcribam agrum ſuũ in ianiculo repaſtinantem offendiſſe arcam, in qua Numa qui Romæ re

Ab hoc Terentio arcã cũ libris inuentam

Romæ regnauit ſitus fuiſſet. In eadem libros eius re pertos P. Cornelio, L. filio Cethego, M. Bebio, Q. filio Pamphilo coſs. Ad quos à regno Numæ colliguntur anni .D.XXXV. et hos fuiſſe è charta. Maiore etiamnum miraculo, q tot infoſsi durauerunt annis. Quapropter in re tanta ipſius Heminæ uerba ponã. Mirabãtur alij quõ illi libri durare potuiſſent. Ille ita rationẽ reddebat: Lapidẽ fuiſſe quadratũ circiter in medio arcte uinctũ candelis quaqua uerſum. In eo lapide inſuper libros impoſitos fuiſſe, ꝓpterea arbitrarier eos nõ computruiſſe. Et libros cedratos, ꝓpterea arbitrarier cũ tineas nõ tetigiſſe. Nulla in his libris ſcripta erãt, niſi philoſophiæ Pythagoricæ. Eosq́; combuſtos à Q. Pœtelio prætore, quia philoſophiæ ſcripta eſſent. Hoc idẽ tradit C. Piſo Cenſorius primo cõmentariorũ libro. Sed libros ſeptẽ iuris põtificij, totidẽq́; Pythagoricos fuiſſe. Tuditanus uero XIIII. Numæ decretorũ libro. XII. fuiſſe. Ipſe Varro humanarũ antiquitatum. VI. Antias duos libros fuiſſe. Ex his. XII. pontificales latinos, totidẽ græcos præcepta philoſophiæ continentes. Idem tres ponit, quo cõburi eos placuerit. Inter oẽs uero cõuenit Sibyllam ad Tarquiniũ ſuperbũ tris libros attuliſſe. Ex quibus igni duo cremati ab ipſa, tertius cũ capitolio Syllanis temporibus. Præterea Mutianus ter conſul ꝓdidit nuper ſe legiſſe cũ præſideret Lyciæ, Sarpedonis à Troia ſcriptam in quodam templo epiſtola

[...]mult & Pli. [...] in uita Numæ, de quo ſic: Morbo in-quit, ſolutus in Ianiculo ſepultus ẽ: ubi poſt multos annos arcula cum libris à Terẽtio quodã exarata eſt. &c.

• Odyſſe. 4.

• Ili. 6. ubi refert quẽadmo dũ Prœtus Abãtis Argiuorũ regis filius cũ Bellerophõ tẽ apud ſe ab uxore accuſatũ, q illam de ſtupro cõpellaſſet, ira ob id ꝓcitus, occi

epiſtolæ chartam. Quod eo magis miror, ſi etiamnū * Homero ꝓdente, Aegyptus nō erat. At cur, ſi iam hic erat uſus, in plumbeis linteiſq́; uoluminibus ſcriptitatū conſtet? Cur et * Homerus in ipſa illa Lycia Bellerophonti codicillos datos non epiſtolas prodidit? Sterilitatem ſentit hoc quoq;. Factumq́; iam Tiberio principe inopia chartæ, ut è ſenatu darentur arbitri diſpenſandi, aliâs in tumultu uita erat.

De arboribus Aethiopiæ. Caput .XIIII.

AEthiopia Aegypto contermina inſignes arbores non ferè habet, præter laniferas, quarum natura ī deſcriptione Indorum atq; Arabiæ dicta eſt. Proprior tamen huic natura lanæ, maiorq́; folliculus granati modo mali Similesq́; et inter ſe arbores ipſæ, præter hanc palmæ, quales retulimus. Inſularum arbores ambitu Aethiopiæ, & nemora odorata, in mentione earum dicta ſunt.

De Atlãtis arboribus et cedrinis mēſis, et quæ in his laudētur, et quæ uituperentur. Ca. .XV.

ATlas mons peculiari ꝓditur ſylua, de qua diximus. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor cedri & menſarū inſania, quas fœminæ uiris cōtra margaritas regerūt. * Extāt hodie M. Ciceronis in illa pauꝑtate, & quod magis mirū eſt illo æuo emptæ libris. XI. Cum his memorãtur et Galli Aſinij libris. XI. uenūdatæ. Sunt et duæ à Iuba rege uendente. Quarum alteri pretium fuit libris, alteri paulo mi-

dere tamen uitaret, illū miſerit in Lyciā: unde ſic ait: πέμπε δὲ μιν λυκίηνδε, πόρε δ᾽ ὅγε σήματα λυγρά. &c.

* Etſi nō ignoro hūc locū à Budæo ānotatū eē .3. lib. de aſſe nō procul à pricipio & ab eodem multo aliter legi, noluitamen in eo quicquā mutare, ſed lectorē potius ad illū remitto. Id autē cur noluerim cauſam lectori cōiectandā relinquo.

paulo minus. Interijt nuper incẽdio, quam Cethegus decedens libris .XIIII. permutauerat latifundij taxatione, ſi qs prædia tanti mercari malit. Magnitudo ampliſsima adhuc fuit unius cõmiſſæ ex orbibus dimidiatis, duobus, a rege Mauritaniæ Ptolemæo quatuor pedum et ſemipedis per mediũ ambitũ craſſitudine quadrantali. Maiusq́; miraculum in ea eſt artis latente iunctura, q̃ potuiſſet eſſe natura, ſolidæ à Nomio Tiberij Cæſaris liberto cognomẽ trahentis, tribus ſicilicis infra quatuor pedes, totidemq́; infra ſemipedẽ craßitudinis. Qua in re nõ omittendũ uidetur Tiberio principi menſam quatuor pedes ſextante et ſicilico excedentẽ, tota uero craſſitudine ſeſcuntiali, opimento cõchylij & laminæ per mediũ ueſtitam fuiſſe, cum tam opima Nomio liberto eius eſſet, cuius materia erat tuber: hoc eſt, radicis uitium. Maximeq́; in eo laudatũ, qđ ſub terra totũ fuerit, et rarius q̃ quæ ſupne, quæq́; gignuntur etiam in ramis: proprieq́; qđ tanti emitur, arborũ uitiũ eſt, quarũ amplitudo ac radices æſtimari poſſunt ex orbibus. Sunt aũt cupreſſoſoæiæ etiamnũ ſylueſtri ſimiles folio, odore, caudice. Anchorarius mons uocatur citerioris Mauritaniæ, q laudatißimã dedit cedrũ iã exhauſtus. Menſis præcipua dos in uena criſpis, uel in uertice uarijs. Illud oblõgo euenit diſcurſu, ideoq́; tigrinæ appellantur. Hoc intorto, & ideo tales pantherinæ uocantur. Sunt & undatim criſpæ, maiore

gratia,

gratia, ſi pauonũ caudæ oculos imitẽtur. Magna uero poſt has gratia extra prædictas criſpis denſa ueluti grani cõgerie, quas ob id à ſĩlitudine apiatas uocant. Sũma uero oĩm in colore. Hic maxĩe mulſi placet ſuis refulgẽs uenis. Poſt hæc amplitudo etiã totius caudicis. Iuuãt plura quoq; in una mẽſa uitia. Lignũ ita uocatur, materia ſurda, et indigeſta ſimplicitas, aut platani foliorũ mõ digeſta. Iligneæ uenæ etiã ſĩlitudo, uel coloris: et quibus maxĩe obnoxias fecere æſtus uentiq́;, rimæ, aut capillamẽta rimas imitata. Poſtea murena nigro tranſcurrens limite, uarijsq́; corticũ pũctis apprehenſus papauerũ mõ, et in totũ atro ꝓpior color, maculæ ue diſcolores. Virides terra condunt barbari, & cera illinunt. Artifices uero frumenti aceruis imponunt ſeptenis diebus, totidem intermiſſis: mirumq́;, ponderi quantũ ita detrahãt. Naufragia docuere nuper quoq; hanc materiã ſiccatam mari, duritie & maturitate incorrupta ſpiſſari, non ullo modo uehementius. Nutriuntur optĩe, ſplẽdeſcuntq́;, manuq́; ſicca fricãtur ab aliẽis maxime, ne ab accolis lædãtur, ut in his genitæ. Inter pauca nitidioris uitæ inſtrumẽta hæc arbor eſt: quapropter inſiſtendum ei quoq; paulum uidetur.

De arbore trogete. Caput .XVI.

Nota etiam Homero fuit, trogete uocatur, ab alijs thia. Hanc igitur inter odores, ut tradit in delicijs Circes, quã deã uolebat intelligi, ma-

Odyſſeas li. 5. πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο, τηλόσε δ' ὀδμὴ κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει δαιομένων. quo tamē in loco Home. non de Circe ut Plini. dicit, ſed de Calypſo loquitur.

gno errore eorum, qui odoramenta in eo uocabulo accipiunt, cum præſertim eodem uerſu cedrum lari cemq; unà tradat. In quo manifeſtum eſt de arboribus tātum locutum. Theophraſtus, qui primus à Magni Alexandri ætate ſcribit quæ circa urbis Romæ quadringenteſimumquadrageſimū geſta ſunt annū, magnū iam huic arbori honorē tribuit, memoratas ex eo referēs templorū ueterū contignationes, quandam immortalitatē materiæ in tectis cōtra uitia oĩa incorruptæ. Radice nihil criſpius, nec aliude pretioſiora opa. Præcipuā aūt eſſe eam arborē circa Ammonis delubrū. Naſci et in inferiore Cyrenaica parte. De mēſis tamē tacuit, et aliàs nullius ante Ciceronianam uetuſtior memoria eſt. Ex quo nouitiæ appatent. Alia eſt arbor eodem noīe, malum ferens exe cratum aliquibus odore & amaritudine, alijs expetitum, domos etiam decorans, nec dicēda uerboſius.

De arbore loto. Caput .XVII.

EAdem Africa quà uergit ad nos, inſignem arborē loton gignit, quā uocant celtin. Et ipſam Italiæ familiarē, ſed terra mutatā. Præcipua eſt circa Syrtes atq; Naſamonas. Magnitudo q̄ piro, quanquam Nepos Cornelius breuem tradat. Inciſuræ in folio crebriores, alioquin ilicis uiderentur. Differentiæ plures, eæq; maxime fructibus fiūt. Magnitudo huic fabæ, color croci, ſed ante maturitatē alius atq; alius, ſicut in uuis. Naſcitur denſus ī ramis myrti modo, non

do,nõ ut in Italia ceraſij. Tam dulcis ibi cibus,ut nomen etiã genti terræq; dederit,nimis hoſpitali aduenarũ obliuione patriæ. Ferũt uẽtris non ſentire morbum,q eum mandant. Melior ſine interiore nucleo, qui i altero genere oſſeus uidetur. Vinũ quoq; exprimitur huic ſimile mulſo,qđ ultra denos dies negat durare idẽ Nepos,baccaſq; contuſas cũ ſiliqua ad cibos dolijs condi. Quin & exercitus paſtos eo accepimus,ultro citroq; commeantes per Africã. Ligno colos niger. Ad tibiarum cãtus expetitur. E radice cultellis capulos breueſque alios uſus excogitauit. Hæc ibi natura arboris. Eſt aũt eodem noĩe et herba,& in Aegypto caulis in paluſtriũ genere. Recedentibus enĩ aqs Nili riguis,puenit ſĩlis fabæ caule, folijſq; dẽſa cõgerie ſtipatis, breuioribus tantũ,gracilioribuſq;:cui fructus ĩ capite papaueri ſĩlis inciſuris,oĩq; alio mõ,intus grana ceu miliũ. Incolæ capita ĩ aceruis putrefaciũt,mox ſeparãt lauãdo & ſiccata tundunt,eoq; pane utuntur. Mirũ eſt quod præter hæc traditur: Sole occidente papauera ea comprimi,& integi folijs. Ad ortum autem aperiri donec matureſcant, flóſque qui eſt candidus, decidat.

De ſcapo ipſo,et radice loti. Ca. .XVIII.

HOc amplius in Euphrate tradunt, & ſcapũ ipſum et florẽ ueſpa mergi uſq; in medias noctes. Totumq; abire in lacum,ut ne dimiſſa quidem manu poſſit inueniri. Verti deinde,paulatimq; ſub-

rigi, et ad exortũ ſolis emergere extra aquã, ac florẽ pateſacere, atq; etiãnũ exurgere, ut planè ab aqua abſit alte. Radicẽ lotos hæc habet mali cotonei magnitudine, optã nigro cortice, qualis et caſtaneas tegit. Interius candidũ corpus, gratũ cibis, ſed crudo gratius decoctum, ſiue aqua, ſiue pruna. Nec aliunde magis, quàm purgamentis eius ſues craſſeſcunt.

De paliuro, & Punico malo, & de flore Punici mali. Caput .XIX.

CYrenaica regio loton ſuæ poſtponit paliuro. Fruticoſior hæc fructuq; magis rubens, cuius nucleus non ſimul manditur. Iucundus per ſe, atque ſuauior eſt uino: quin & uina ſucco ſuo commendans. Interior Africa ad Garamantas uſque, & deſerta, palmarum magnitudine & ſuauitate conſtat. Nobilis maxime circa delubrum Ammonis. Sed circa Carthaginẽ Punicum malũ cognomen ſibi uendicat. Aliqui Granatũ appellant. Diuiſit et in genera: Apyrinon uocando, cui lignoſus nucleus abeſt. Sed candidior ei natura, et blãdiores ſunt acini, minusq; amari, diſtincti membranis. Alia ſtructura eorum, ut in fauis, communis. Nucleos habentium. V. ſpecies, dulcia, acria, mixta, acida, uinoſa. Samia & Aegyptia diſtinguuntur erythrocomis & leucocomis. Corticis maior uſus ex acerbis ad perficiẽda coria. Flos balauſtium uocatur, et medicinis idoneus, et tingendis ueſtibus, quarum color inde nomen accepit.

De Aſiæ et Græciæ fructibus. Ca. .XX.

IN Aſia et Græcia naſcuntur frutices. Epipactis, quē alij elleborinē uocant, paruis folijs, quæ pota contra uenena ꝓſunt, ſicut herices contra ſerpentes.

De thymelea, ſiue chamælea, & tragacāthe, & de tragio, ſiue ſcorpione, & myrice, & brya, & galla. Caput .XXI.

ET in quo naſcitur granū Gnidium, quod aliqui linum uocant. Fruticē uero thymeleā, alij chamæleā, alij pyros achnen, alij cneſtron, alij cneorō. Eſt ſimilis oleaſtro, folijs anguſtioribus, gummoſis ſi mordeantur, myrti magnitudine, ſemine, colore, & ſpecie foris, ad medicinæ tantum uſum. Tragion fruticē ſola Creta inſula gignit, terebintho ſimilē et ſemine, quod cōtra ſagittarum ictus efficaciſſimū tradunt. Eadē et tragacanthen, ſpinæ albæ radice, multum prælatam apud Medos aut in Achaia naſcēti. Pretiū eius in libras .XIII. Tragion & Aſia fert, ſiue ſcorpionē, ueprem ſine folijs, racemis rubētibus, ad medicinæ uſum. Myricen & Italia, quam alij tamaricen uocant, Achaia autem bryan ſylueſtrem, inſignē in ea (quod ſatiua tātum ferat) gallæ ſimilem fructū. In Syria & in Aegypto copioſa hæc eſt, cuius infelicia ligna appellamus, quæ tamen infeliciora ſunt Græciæ. Gignit enim arborem oſtryn, quam & oſtryam uocant, ſolitariā circa ſaxa aquoſa, ſimilem fraxio cortice, et racemis, & folio piri, paulo tamē

Legēdum, in quo: nō ut quidam legūt, in Co: Subauditur enī frutex hoc ſenſu: frutex naſcitur ĩ Aſia et Græcia, ĩ quo etc.

De terebintho. Caput .VI.

SYria et terebinthum habet. Ex his maſcula eſt ſine fructu. Fœminarũ duo genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus. Cum uite matureſcit, non grandior faba, odore iucũdior, tactu reſinoſus circa Idam Troadis. Sed in Macedonia breuis arbor hæc atque fruticoſa, in Damaſco Syriæ magna. Materies ei admodũ lenta, ac fidelis ad uetuſtatem, eximij ac nigri ſplendoris, flos racemoſus oliuæ modo, ſed rubens, folia denſa. Fert & folliculos emittentes quædam animalia, ceu culices, lentoremq; reſinoſum, qui & cortice erumpit. Etiam rhus Syriæ maſcula fert, ſterili fœmina, folio ulmi paulo longiore & piloſo, foliorũ inter ſe ſemper contrarijs pediculis, gracili breuiq; ramo. Pelles candidæ conficiũtur ijs. Semen lenti ſimile cum uua rubeſcit, quod uocatur rhus, medicamentis neceſſarium.

De ficu Aegyptia et Cypria. Ca. .VII.

ET in Aegypto multa arborũ genera, quæ non alibi. Ante omnia ficus, ob id Aegyptia cognominata. Arbor moro ſimilis folio, magnitudine, aſpectu. Pomum fert nõ ramis, ſed caudice ipſo. Idq; ipſum ficus eſt prædulcis, ſine granis interioribus, ꝑquàm fœcundo prouentu, ſcalpendo tantum ferreis unguibus, aliter non matureſcit. Sed cum factum eſt quarto die demetitur, alio ſubnaſcente, ſepteno ita numeroſa partu, ꝑ ſingulas æſtates multo lacte abundante.

dante. Subnaſcitur etiam ſi non ſcalpatur fœtus quater æſtate, prioremq́; expellit immaturum. Materies proprij generis inter utiliſſimas. Cæſa ſtatim ſtagnis mergitur. Hoc eſt eius ſiccari. Et primo ſidit, poſtea fluitare incipit, certoq́; eam ſugit alienus humor, q * aluū oēm rigat. Cum innatare cœpit, tēpeſtiue habet ſignū. Huic ſimilis quadātenus quæ uocatur Cypria ficus in Creta. Nam & illa in caudice ipſo fert pomum & ramis, cum in craſſitudinem adoleuere. Sed hæc germina emittit ſine ullis folijs radici ſimilia. Caudex arboris pópulo ſimilis, folium ulmo. Fructus quaternos fundit, totiens & germinat. Sed groſſus eius non matureſcit, niſi inciſura emiſſo lacte. Suauitas & interior fici, magnitudo ſorbi.

De Ceraunia ſiliqua. Ca. .VIII.

Similis his ſiliqua, quam Iones Cerauniā uocant: trunco & ipſa fertilis, ſed pomo ſiliquæ. Ob id quidam Aegyptiā ficum dixere, errore manifeſto. Non enim in Aegypto naſcitur, ſed ĩ Syria Ioniaq́;, & circa Gnidum, atque in Rhodo, ſemper comantibus folijs, flore candido, cum uehemētia odoris. Plantigera imis partibus, & ideo ſupꝑficie flaueſcens, ſuccum auferente ſobole. Pomo antecedentis anni circa canis ortus detracto, ſtatim alterum parit. Poſtea florem per Arcturum, hyeme fœtus enutriente.

De perſica Aegypti, & ſpina Aegyptia. Caput .IX.

* Legēdū fortaſſis aliam, ut arborē ſubaudianus ex Solino c.40. Dcī de, inqt, cū diu deſederit in liquore, leuior facta ſuſtollitur, & fit humore ſicca: qđ natura in alio ligni genere non recipit. Quod tamen Theop. de moro Aegyptia ſcribit l.4.ca.2. Huius, inqt, lignum cæſum cōtinuo uiride eſt, ſiccatur autē in profundo aquæ, cūq́; ſic cū oīno fuerit, ſupfluitat atque innatat.

Thebas hæc, ubi et q̃rcus, et Perſica, et oliua. CCC. à Nilo ſtadijs ſylueſtri tractu, & ſuis fontibus riguo.

De pruno & arboribus circa Memphim. Caput .X.

TEi prunus Aegyptia, non diſsimilis ſpinæ proximæ dictæ, pomo meſpili, matureſcēs bruma, nec folia dimittens. Lignum in pomo grande, ſed corpus ipſum natura copiaq́; meſsiũ inſtar incolis. Purgatũ enim tundunt, ſeruātq́; eius offas. Sylueſtris fuit, & circa Memphim regio tã uaſtis arboribus, ut terni nequirent uel circũplecti, unius peculiari miraculo, nec pomũ ꝓpter uſum ue aliquē, ſed euentũ. Facies enim ſpinæ folia habet ceu pēnas, quæ tactis ab hoīe ramis, cadũt ꝓtinus, ac poſtea renaſcuntur.

De gummi generibus, et papyro. Ca. .XI.

GVmmi optimũ eſſe ex Aegyptia ſpina conuenit, uermiculatũ, colore glauco, purum, ſine cortice, dentibus adhærens. Pretium eius in libras XIII. Deterius ex amygdalis amaris & ceraſo, peſſimum ex prunis. Fluit et ex uitibus, infantium ulceribus aptiſſimũ: et aliquando ex olea dentiũ dolori: Vlmo etiã in Corico mõte Ciliciæ, ac iunipero, ad nihil utile. Ex ulmi uero gummi et culices ibi naſcuntur. Fit et ex ſarcocolla (ita uocatur arbor) gũmi utiliſsimũ pictoribus ac medicis, ſimile pollini thuris: et ideo cãdidum q̃ ruffum melius. Pretiũ eius quod ſuprà. Nondũ paluſtria attigimus, nec frutices amni um. Prius

Apud Homerum li. Ilia. 6. γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

um.Prius tamen q̃ digrediamur ab Aegypto & papyri natura dicetur, cum chartæ uſu maxĩe humanitas uitæ cõſtet et memoria. Et hanc Alexandri Magni uictoria repertã, autor eſt M. Varro, condita in Aegypto Alexãdria. Antè nõ fuiſſe chartarũ uſum. Palmarũ folijs primo ſcriptitatũ. Deinde quarundã arborũ libris. Poſtea publica monumenta plumbeis uoluminibus, mox et priuata linteis confici cœpta, aut ceris. Pugillariũ enim uſum fuiſſe ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum. Illo uero ꝓdente ne terrã quidẽ ipſam totã fuiſſe, quæ nunc Aegyptus intelligitur, cũ in Sebennytico ſaltẽ eius nomĩs charta naſcatur. Poſtea adaggeratã Nilo. Siquidem à Pharo inſula quæ nunc Alexãdriæ ponte iungitur, noctis dieiq; uelifico nauigij curſu terram fuiſſe ꝓdidit. Mox æmulatione circa bibliothecas regum Ptolemæi & Eumenis, ſupprimente chartas Ptolemæo, idẽ Varro membranas pergami tradidit repertas. Poſtea ꝓmiſcue patuit uſus rei, qua cõſtat immortalitas hoĩm. Papyrũ ergo naſcitur in paluſtribus Aegypti, aut quieſcentibus Nili aquis, ubi euagatæ ſtagnant, duo cubita non excedẽte altitudine gurgitũ. Brachiali radicis obliquæ craßitudine, triangulis lateribus, decẽ non amplius cubitorum longitudine in gracilitatẽ faſtigiatũ thyrſi modo cacumẽ includẽs. Semine nullo, aut uſu eius alio q̃ floris ad deos coronandos. Radicibus incolæ ꝓ ligno utuntur: nec ignis

tantum

tantum gratia,ſed ad alia quoq; utenſilia uaſorum. Ex ipſo quidē papyro nauigia texūt. Et è libro uela,tegetesq́;,necnon et ueſtē,atq; ſtragula ac funes. Mandunt quoq; crudū decoctūq;,ſuccū tantū deuorantes. Naſcitur et in Syria,circa quē odoratus ille calamus lacum. Neque ad alios uſus illis, q̄ funibus. Rex Antigonus in naualibus uſus eſt rebus,nondum ſparto cōmunicato. Nup et in Euphrate naſcēs circa Babylonē papyrū,intellectū eſt eundē uſum habere quē chartæ. Et tamen adhuc malunt Parthi ueſtibus literas intexere. Præparantur ex eo chartæ diuiſæ acu in prætenues,ſed q̄ latiſſimas philuras.

De generibus chartarum, & quomodo chartæ fiant,& de chartarum probatione, & uitijs & glutino earum. Caput .XII.

PRincipatus medio, atque inde ſciſſuræ ordine Hieratica appellabatur antiquitus, religioſis tantū uoluminibus dicata, quæ ab adulatione Auguſti nomen accepit,ſicut ſecūda Liuiæ à coniuge eius. Ita deſcendit hieratica in tertium nomen. Proximū amphitheatricæ datum fuerat à cōfectura loco. Excepit hanc Romæ Fannij ſagax officina,tenuatāq́; curioſa interpollatione principalem fecit è plebcia, & nomen ei dedit. Quæ non eſſet ita recurata, in ſuo manſit amphitheatrica. Poſt hanc Saitica ab oppido, ubi maxima fertilitas ex uilioribns ramentis, propiorq́; etiamnum cortici. Tæniotica à uicino

loco,pon

loco,pondere iam hæc nõ bonitate uenalis.Nam em
poretica inutilis ſcribẽdo, inuolucris chartarũ ſege-
ſtriumq́; in mercibus uſum præbet,et ideo à merca-
toribus cognoĩata.Poſt hanc papyrũ eſt,extremũq́;
eius ſirpo ſilẽ,ac ne ad funes quidẽ niſi in humore uti
le.Texũturq́; oẽs tabulæ madẽtes Nili aqua.Turbi
dus liquor uim glutini præbet,cũ primo ſupina tabu
la ſcheda adlinitur, longitudine papyri, quæ potuit
eſſe ſegminibus utrinq; amputatis.Trãſuerſa poſtea
crates pagitur.Premũtur deinde prælis,et ſiccãtur
ſole, atq; inter ſe plagulæ iungũtur,à ꝓximarũ ſem
per bonitatis diminutiõe ad deterrias.Nunq̃ plures
ſcapo q̃ uicenæ.Magna in latitudine earũ differẽtia
XIII.digitorũ optimis.Duo detrahũtur hieraticæ.
Fanniana denos habet. Et uno minus amphitheatri
ca.Pauciores Saitica,nec malleo ſufficit. Nam em-
poreticæ breuitas ſex digitos non excedit.Præterea
ſpectantur in chartis tenuitas,denſitas,cãdor,leuor.
Primatũ mutauit Clau.Cæſar.Nimia quippe Augu
ſtæ tenuitas tolerãdis nõ ſufficiebat calamis.Ad hoc
tranſmittẽs literas lituræ metũ afferebat aduerſis,
et aliâs indecoro uiſu pertrãſlucida.Igitur et ſecun
do corio ſtatumina facta ſunt è primo ſubtegmine.
Auxit et latitudinẽ.Pedalis erat mẽſura,et cubita-
lis macrocolis.Sed rõ deprehendit uitiũ,unius ſche-
dæ reuulſione plures infeſtãte paginas. Ob hoc præ
lata oĩbus Claudia.Auguſtæ in ep̃lis autoritas reli-
cta.Liuia

cta.Liuiana ſuã tenuit,cui nihil è prima erat,ſed oĩa è ſcũda.Scabritia leuigatur dente cõchãue, ſed caducæ literæ fiũt.Minus ſorbet.Politur et charta magis,ut ſplendeat.Rebellat ſæpe humor incurioſe datus,primoq́; malleo deprehẽditur,aut etiã odore cũ fuerit indiligẽtior. Deprehẽditur et lentigo oculis; ſed medijs inſerta glutinamẽtis ceu tenia iũco papyri bibulo, ibi uix litera fundẽte ſe, tantũ ineſt fraudis. Alius igitur iterũ texẽdis labor. Glutinũ uulgare è pollinis flore tẽperatur feruẽte aqua,minio acẽti aſpſu. Nam fabrili à gũmi cõmiſſuræ fragiles fiũt. Diligẽtior cura molli panis fermẽtati, colata aqua feruẽte mini mũ hũc modũ intergerit. Atq; etiã Nili leuitas ſuperatur. Omne aũt glutinum,nec uetuſtius eſſe uno die debet,nec recẽtius. Poſtea malleo tenuatur,et iterũ glutino pcurritur,iterũq́; cõſtricta erugatur atq; extenditur malleo. Ita ſunt lõginqua monumẽta Tiberij Caijq́; Gracchorũ manus,quæ apd Pomponiũ Secundũ,uatem ciuemq́; clariſſimũ uidi ánnos ferè poſt.CC.Iam uero Ciceronis ac diui Auguſti Virgilijq́; ſæpenumero uidemus.

De libris Numæ. Caput .XIII.

INgentia quidẽ exempla cõtra Varronis ſententiam de chartis reperiuntur. Nanq; Caſſius Hemina uetuſtiſſimus autor annaliũ,quarto eorũ libro ꝓdidit Cn.Terentiũ ſcribam agrum ſuũ in ianiculo repaſtinantem offendiſſe arcam, in qua Numa qui Romæ re

Ab hoc Terentio arcã cũ libris inuentam

Romæ regnauit ſitus fuiſſet. In eadem libros eius repertos P. Cornelio, L. filio Cethego, M. Bebio, Q. filio Pamphilo coſſ. Ad quos à regno Numæ colliguntur anni. D.XXXV. et hos fuiſſe è charta. Maiore etiamnum miraculo, quòd tot infoſſi durauerunt annis. Quapropter in re tanta ipſius Heminæ uerba ponã. Mirabãtur alij quõ illi libri durare potuiſſent. Ille ita rationẽ reddebat: Lapidẽ fuiſſe quadratũ circiter in medio arcte uinctũ candelis quaqua uerſum. In eo lapide inſuper libros impoſitos fuiſſe, ꝑpterea arbitrarier eos nõ computruiſſe. Et libros cedratos, ꝑpterea arbitrarier cũ tineas nõ tetigiſſe. Nulla in his libris ſcripta erãt, niſi philoſophiæ Pythagoricæ. Eoſq; combuſtos à Q. Pœtelio prætore, quia philoſophiæ ſcripta eſſent. Hoc idẽ tradit C. Piſo Cenſorius primo cõmentariorũ libro. Sed libros ſeptẽ iuris põtificij, totidẽq; Pythagoricos fuiſſe. Tuditanus uero XIII. Numæ decretorũ libro. XII. fuiſſe. Ipſe Varro humanarũ antiquitatum. VI. Antias duos libros fuiſſe. Ex his. XII. pontificales latinos, totidẽ græcos præcepta philoſophiæ continentes. Idem tres ponit, quo cõburi eos placuerit. Inter oẽs uero cõuenit Sibyllam ad Tarquiniũ ſuperbũ tris libros attuliſſe. Ex quibus igni duo cremati ab ipſa, tertius cũ capitolio Syllanis temporibus. Præterea Mutianus ter conſul ꝑdidit nuper ſe legiſſe cũ præſideret Lyciæ, Sarpedonis à Troia ſcriptam in quodam templo epiſtola

memĩt & Pli. iunior in uita Numæ, de quo ſic: Morbo inquit, ſolutus in Ianiculo ſepultus ẽ: ubi poſt multos annos arcula cum libris à Terẽtio quodã exarata eſt. &c.

* Odyſſe. 4.

* *Ili. 6. ubi refert quẽadmodũ Prœtus Abãtis Argiuorũ regis filius cũ Bellerophõte apud ſe ab uxore accuſatũ, quòd illam de ſtupro cõpellaſſet, ira ob id percitus, occi-*

epiſtolæ chartam. Quod eo magis miror, ſi etiamnū * Homero ꝓdente, Aegyptus nō erat. At cur, ſi iam hic erat uſus, in plumbeis linteiſq́; uoluminibus ſcriptitatū conſtet? Cur et * Homerus in ipſa illa Lycia Bellerophonti codicillos datos non epiſtolas prodidit? Sterilitatem ſentit hoc quoq;. Factumq́; iam Tiberio principe inopia chartæ, ut è ſenatu darentur arbitri diſpenſandi, aliâs in tumultu uita erat.

De arboribus Aethiopiæ. Caput .XIIII.

AEthiopia Aegypto contermina inſignes arbores non ferè habet, præter laniferas, quarum natura ī deſcriptione Indorum atq; Arabiæ dicta eſt. Proprior tamen huic natura lanæ, maiorq́; folliculus granati modo mali Simileſq́; et inter ſe arbores ipſæ, præter hanc palmæ, quales retulimus. Inſularum arbores ambitu Aethiopiæ, & nemora odorata, in mentione earum dicta ſunt.

De Atlātis arboribus et cedrinis mēſis, et quæ in his laudētur, et quæ uituperentur. Ca. .XV.

ATlas mons peculiari ꝓditur ſylua, de qua diximus. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor cedri & menſarū inſania, quas fœminæ uiris cōtra margaritas regerūt. * Extāt hodie M. Ciceronis in illa pauꝑtate, & quod magis mirū eſt illo æuo emptæ libris .XI. Cum his memorātur et Galli Aſinij libris. XI. uenūdatæ. Sunt et duæ à Iuba rege uendente. Quarum alteri pretium fuit libris, alteri paulo mi-

dere tamen uitaret, illū miſerit in Lyciā: unde ſic ait: πέμπε δέ μιν Λυκίηνδε, πόρε δ᾽ ὅγε σήματα λυγρὰ. &c.

* Etſi nō ignoro hūc locū a Budæo ānotatū eē .3. lib. de aſſe nō procul à pricipio & ab eodem multo aliter legi, noluitamē in eo quicquā mutare, ſed lectorē potius ad illū remitto. Id autē cur noluerim cauſam lectori cōiectandā relinquo.

paulo minus. Interijt nuper incẽdio, quam Cethegus decedens libris .XIIII. permutauerat latiſundij ta xatione, ſi qs prædia tanti mercari malit. Magnitu do ampliſsima adhuc fuit unius cõmiſſæ ex orbibus dimidiatis, duobus, a rege Mauritaniæ Ptolemæo quatuor pedum et ſemipedis per mediũ ambitũ craſ ſitudine quadrantali. Maiusq; miraculum in ea eſt artis latente iunctura, q̃ potuiſſet eſſe natura, ſolidæ à Nomio Tiberij Cæſaris liberto cognomẽ trahen- tis, tribus ſicilicis infra quatuor pedes, totidemq́; in fra ſemipedẽ craſsitudinis. Qua in re nõ omittendũ uidetur Tiberio principi menſam quatuor pedes ſe- xtante et ſicilico excedentẽ, tota uero craſſitudine ſeſcuntiali, opimento cõchylij & laminæ per mediũ ueſtitam fuiſſe, cum tam opima Nomio liberto eius eſſet, cuius materia erat tuber: hoc eſt, radicis uiti- um. Maximeq́; in eo laudatũ, qđ ſub terra totũ ſue rit, et rarius q̃ quæ ſupne, quæq́; gignuntur etiam in ramis: proprieq́; qđ tanti emitur, arborũ uitiũ eſt, quarũ amplitudo ac radices æſtimari poſſunt ex or- bibus. Sunt aũt cupreſſoſœiæ etiamnũ ſylueſtri ſimi les folio, odore, caudice. Anchorarius mons uocatur citerioris Mauritaniæ, q laudatiſsimã dedit cedrũ iã exhauſtus. Menſis præcipua dos in uena criſpis, uel in uertice uarijs. Illud oblõgo euenit diſcurſu, ideoq́; tigrinæ appellantur. Hoc intorto, & ideo tales pan therinæ uocantur. Sunt & undatim criſpæ, maiore

gratia,

gratia,ſi pauonũ caudæ oculos imitẽtur. Magna uero poſt has gratia extra prædictas criſpis denſa ueluti grani cõgerie,quas ob id à ſilitudine apiatas uocant. Sũma uero oĩm in colore. Hic maxĩe mulſi placet ſuis refulgẽs uenis. Poſt hæc amplitudo etiã totius caudicis. Iuuãt plura quoq; in una mẽſa uitia. Lignũ ita uocatur,materia ſurda,et indigeſta ſimplicitas,aut platani foliorũ mõ digeſta. Iligneæ uenæ etiã ſilitudo,uel coloris:et quibus maxĩe obnoxias fecere æſtus uentiq;,rimæ,aut capillamẽta rimas imitata. Poſtea murena nigro tranſcurrens limite, uarijsq; corticũ pũctis apprehenſus papauerũ mõ, et in totũ atro ꝓpior color,maculæ'ue diſcolores. Virides terra condunt barbari,& cera illinunt. Artifices uero frumenti aceruis imponunt ſeptenis diebus,totidem intermiſſis:mirumq;,ponderi quantũ ita detrahãt. Naufragia docuere nuper quoq; hanc materiã ſiccatam mari,duritie & maturitate incorrupta ſpiſſari,non ullo modo uehementius. Nutriuntur optĩe, ſplẽdeſcuntq;,manuq; ſicca fricãtur ab aliẽis maxime,ne ab accolis lædãtur,ut in his genitæ. Inter pauca nitidioris uitæ inſtrumẽta hæc arbor eſt: quapropter inſiſtendum ei quoq; paulum uidetur.

De arbore trogete. Caput .XVI.

Nota etiam Homero fuit,trogete uocatur,ab alijs thia. Hanc igitur inter odores,ut tradit in delicijs Circes,quã deã uolebat intelligi,ma-

Odyſſeas li.5. πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο τηλόσε δ' ὀδμὴ κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει δαιομένων. quo tamē in loco Hōme. non de Circe ut Plini. dicit, ſed de Calypſo loquitur.

gno errore eorum, qui odoramenta in eo uocabulo accipiunt, cum præſertim eodem uerſu cedrum lari cemq; unà tradat. In quo manifeſtum eſt de arboribus tātum locutum. Theophraſtus, qui primus à Magni Alexandri ætate ſcribit quæ circa urbis Romæ quadringenteſimumquadrageſimū geſta ſunt annū, magnū iam huic arbori honorē tribuit, memoratas ex eo referēs templorū ueterū contignationes, quandam immortalitatē materiæ in tectis cōtra uitia oīa incorruptæ. Radice nihil criſpius, nec aliude pretioſiora opa. Præcipuā aūt eſſe eam arborē circa Ammonis delubrū. Naſci et in inferiore Cyrenaica parte. De mēſis tamē tacuit, et aliâs nullius ante Ciceronianam uetuſtior memoria eſt. Ex quo nouitiæ apparent. Alia eſt arbor eodem noīe, malum ferens execratum aliquibus odore & amaritudine, alijs expetitum, domos etiam decorans, nec dicēda uerboſius.

De arbore loto. Caput .XVII.

EAdem Africa quà uergit ad nos, inſignem arborē loton gignit, quā uocant celtin. Et ipſam Italiæ familiarē, ſed terra mutatā. Præcipua eſt circa Syrtes atq; Naſamonas. Magnitudo q̄ piro, quanquam Nepos Cornelius breuem tradat. Inciſuræ in folio crebriores, alioquin ilicis uiderentur. Differentiæ plures, eæq; maxime fructibus fiūt. Magnitudo huic fabæ, color croci, ſed ante maturitatē alius atq; alius, ſicut in uuis. Naſcitur denſus i ramis myrti modo, non

ro, nõ ut in Italia ceraſij. Tam dulcis ibi cibus, ut nomen etiã genti terræq; dederit, nimis hoſpitali aduenarũ obliuione patriæ. Ferũt uẽtris non ſentire morbum, q eum mandant. Melior ſine interiore nucleo, qui ĩ altero genere oſſeus uidetur. Vinũ quoq; exprimitur huic ſimile mulſo, qđ ultra denos dies negat durare idẽ Nepos, baccasq; contuſas cũ ſiliqua ad cibos dolijs condi. Quin & exercitus paſtos eo accepimus, ultro citroq; commeantes per Africã. Ligno colos niger. Ad tibiarum cãtus expetitur. E radice cultellis capulos breuésque alios uſus excogitauit. Hæc ibi natura arboris. Eſt aũt eodem nõie et herba, & in Aegypto caulis in paluſtriũ genere. Recedentibus enĩ aqs Nili riguis, puenit ſilis fabæ caule, folijsq; dẽſa cõgerie ſtipatis, breuioribus tantũ, gracilioribusq;: cui fructus ĩ capite papaueri ſilis inciſuris, oĩq; alio mõ, intus grana ceu miliũ. Incolæ capita ĩ aceruis putrefaciũt, mox ſeparãt lauãdo & ſiccata tundunt, eoq; pane utuntur. Mirũ eſt quod præter hæc traditur: Sole occidente papauera ea comprimi, & integi folijs. Ad ortum autem aperiri donec matureſcant, flósque qui eſt candidus, decidat.

De ſcapo ipſo, et radice loti. Ca. .XVIII.

Hoc amplius in Euphrate tradunt, & ſcapũ ipſum et florẽ ueſpa mergi uſq; in medias noctes. Totumq; abire in lacum, ut ne dimiſſa quidem manu poſſit inueniri. Verti deinde, paulatimq; ſub-

rigi, et ad exortũ ſolis emergere extra aquã, ac florẽ pateſacere, atq; etiãnũ exurgere, ut planè ab aqua abſit alte. Radicẽ lotos hæc habet mali cotonei magnitudine, optã nigro cortice, qualis et caſtaneas tegit. Interius candidũ corpus, gratũ cibis, ſed crudo gratius decoctum, ſiue aqua, ſiue pruna. Nec aliunde magis, quàm purgamentis eius ſues craſſeſcunt.

De paliuro, & Punico malo, & de flore Punici mali. Caput .XIX.

CYrenaica regio loton ſuæ poſtponit paliuro. Fruticoſior hæc fructuq; magis rubens, cuius nucleus non ſimul manditur. Iucundus per ſe, atque ſuauior eſt uino: quin & uina ſucco ſuo commendans. Interior Africa ad Garamantas uſque, & deſerta, palmarum magnitudine & ſuauitate conſtat. Nobilis maxime circa delubrum Ammonis. Sed circa Carthaginẽ Punicum malũ cognomen ſibi uendicat. Aliqui Granatũ appellant. Diuiſit et in genera: Apyrinon uocando, cui lignoſus nucleus abeſt. Sed candidior ei natura, et blãdiores ſunt acini, minusq; amari, diſtincti membranis. Alia ſtructura eorum, ut in fauis, communis. Nucleos habentium. V. ſpecies, dulcia, acria, mixta, acida, uinoſa. Samia & Aegyptia diſtinguuntur erythrocomis & leucocomis. Corticis maior uſus ex acerbis ad perficiẽda coria. Flos balauſtium uocatur, et medicinis idoneus, et tingendis ueſtibus, quarum color inde nomen accepit.

De Aſia

De Aſiæ et Græciæ fructibus. Ca. .XX.

IN Aſia et Græcia naſcuntur frutices. Epipactis, quē alij elleborinē uocant, paruis folijs, quæ pota contra uenena pſunt, ſicut herices contra ſerpentes.

De thymelea, ſiue chamælea, & tragacāthe, & de tragio, ſiue ſcorpione, & myrice, & brya, & galla. Caput .XXI.

ET in quo naſcitur granū Gnidium, quod aliqui linum uocant. Fruticē uero thymeleā, alij chamæleā, alij pyros achnen, alij cneſtron, alij cneorō. Eſt ſimilis oleaſtro, folijs anguſtioribus, gummoſis ſi mordeantur, myrti magnitudine, ſemine, colore, & ſpecie foris, ad medicinæ tantum uſum. Tragion fruticē ſola Creta inſula gignit, terebintho ſimilē et ſemine, quod cōtra ſagittarum ictus efficaciſſimū tradunt. Eadē et tragacanthen, ſpinæ albæ radice, multum prælatam apud Medos aut in Achaia naſcēti. Pretiū eius in libras. XIII. Tragion & Aſia fert, ſiue ſcorpionē, ueprem ſine folijs, racemis rubētibus, ad medicinæ uſum. Myricen & Italia, quam alij tamaricen uocant, Achaia autem bryan ſylueſtrem, inſignē in ea (quod ſatiua tātum ferat) gallæ ſimilem fructū. In Syria & in Aegypto copioſa hæc eſt, cuius infelicia ligna appellamus, quæ tamen infeliciora ſunt Græciæ. Gignit enim arborem oſtryn, quam & oſtryam uocant, ſolitariā circa ſaxa aquoſa, ſimilem fraxīo cortice, et racemis, & folio piri, paulo tamē

Legēdum, in quo: nō ut quidam legūt, in Co: Subauditur enī frutex hoc ſenſu: frutex naſcitur ī Aſia et Græcia, ī quo etc.

longioribus craſſioribusq́;, ac rigoſis inciſuris, quæ per totã diſcurrunt. Semine hordeo ſimili, & colore, & materia dura atq; firma: qua in domũ illata, difficiles partus fieri produnt, mortésque miſeras.

De *anonymo, et adrachne, coggigrya, et tapſia.* Caput .XXII.

N*Ec auſpicatior in Leſbo inſula arbor quæ uocatur anonymos, non abſimilis Punicæ arbori, interq́; eam et lauri folij magnitudine, figura uero & mollitia punicæ flore candidior eſt, ſtatim peſtem denuncians. Fert ſiliquas ſeſami ſimiles, intus granũ quadrangula figura, ſpiſſum, letale animalibus, necnon & in folio eadẽ uis. Succurrit aliquãdo præceps alui exinanitio. Alexander Corneliũs arborem eonem appellauit, ex qua facta eſſet Argo, ſimilem robori uiſcũ ferenti, quæ nec aqua nec igni poſſet corrumpi, ſicuti nec uiſcũ, nulli alij cognitam, qđ equidem ſciam. Adrachnen oẽs ferè Græci portulacæ noĩe interpretãtur, cum illa ſit herba, & andrachne uocetur unius literæ diuerſitate. Cæterũ adrachne eſt ſyluestris arbor, neq; in planis naſcens, ſimilis unedoni, folio tantũ minore, & nunq̃ decidente: cortice nec ſcabro quidem, ſed qui circungelatus uideri poſſit: tam triſtis aſpectu eſt. Similis & coggigrya eſt folio, magnitudĩe minor. Proprietatem habet fructũ amittendi lanugine, (pappũ uocant) quod nulli arbori euenit. Similis et apharce, biſera æque*

quàm

quàm adrachne. Priorẽ fructũ incipientẽ pubeſcere uua pagit, alterũ in initio hyemis: quales eos nõ traditur. Et ferulã inter externas dixiſſe cõueniet, arborumq; generi aſcripſiſſe, quoniã quarundã naturæ (ſicut diſtinguemus) lignũ oẽ corticis loco habent, hoc eſt foriniſecus, ligni autẽ loco fungoſam intus medullã, ut ſambuci. Quædã uero inanitatẽ, ut harũdines. Ferula calidis naſcitur locis, atque trans maria geniculatis nodata ſcapis. Duo eius genera: Narthecam Græci uocant, aſſurgentẽ in altitudinẽ: Narthecium uero ſemp humilem, à genibus exeuntia folia maxima, ut quæq; terræ pxima. Cætero natura eadẽ, quæ anetho, & fructui ſimilis. Nulli fruticũ leuitas maior, ob id geſtata facilius baculorum uſum ſenectuti præbet. Semen ferulæ tapſiam quidam uocauere, decepti eo, quoniam ferula ſine dubio eſt tapſia, ſed ſui generis, folijs fœniculi, inani caule, nec excedẽte baculi longitudinem. Semen quale ferulæ, radix candida. Inciſa lacte manat, & contuſa ſucco. * Omnia ea uenenata. Quippe etiam fodientibus nocet: ſi minima aſpirat aura, intumeſcunt corpora, faciẽq; inuadunt ignes ſacri, ob id cerato prius illinunt. Quibuſdã tamen morbis auxiliari dicunt medici pmixtam alijs. Item in alopecijs ſugillatiſq; ac liuentibus, ceu uera remedia deſint, ut ſcelera cõtrahent. Sed iſta prætexuerũt noxio inſtrumento: tantumq; impudentiæ eſt, ut uenenum artis eſſe perſua deant. li.9.ca.11.

* Vel, abdicãt omnia ut, uenenata.

Vide Dioſco. in uerbo ταψία, et Theophra. de plantarũ hiſtoria

deant. Thapſias eſt ĩ Africa uehemẽtiſſima. Quidã caulẽ incidũt ꝑ meſſes, et in ipſa excauãt radice quò ſuccus cõfluat, arefactũq; tollũt, alij foliũ. Radicẽ tũdunt ĩ pila, et ſuccũ in ſole coactũ diuidunt in paſtillos. Nero Cæſar claritatẽ ei dedit initio imperij, nocturnis graſſationibus cõuerberatam faciem illinẽs ſibi cum thure ceráq;, & ſequẽti die contra famam cutem ſynceram circunferẽs. Ignem ferulis optime ſeruari certum eſt, eásque in Aegypto præcellere.

De cappari ſiue cynoſbato, aut opheoſtaphyle, & de ſari. Ca. XXIII.

IBi & capparis firmioris ligni frutex, ſeminisq; & cibi uulgati, caule quoque unà plerunque decerpto. Cauenda eius genera peregrina. Siquidem Arabicũ peſtilẽs, Africum gingiuis inimicum, Marmaricum uuluis, & omnium inflationibus. Apulum uomitus facit, ſtomachum & aluum mouet. Quidã eum cynoſbaton uocant, alij opheoſtaphylen: fruticoſi eſt generis. Et ſari circa Nilum naſcens duorum cubitorum altitudine, pollicari craſſitudine: coma papyri, ſimilique manditur modo: radice ferrarijs officinis præcipua carbonis uſu propter duritiam.

De ſpina Babylonis regia, & de cytiſo. Caput XXIIII.

NOn omittendũ eſt & quod Babylone ſeritur in ſpinis, quoniam nõ aliubi uiuit. Eſtq; ſicut uiſcum in arboribus: ſed illud in ſpina tãtum, quæ regia uo-

gia uocatur. Mirum, quod eadē die germinat quod inic̄tum eſt. Inijcitur autem ipſo canis ortu, et celerrime arborem occupat. Condiunt eo uina, & ideo ſeritur. Spina illa naſcitur & Athenis in lōgis muris.

Frutex eſt & cytiſus, ab Ariſtomacho Atheníenſi miris laudibus prædicatus, pabulo ouium, aridus uero etiam ſuum. Spondetq; iugero eius annuos perpluris uel mediocri ſolo reditus. Vtilitas herboſa ergo, & eo lætior ſatietas, quod perquam modico pinguēſcunt & quadrupedia, ita ut iumenta hordeum ſpernant. Non ex alio pabulo lac̄tis maior copia aut melior. Super omnia pecorum medicina à morbis omni uſu præſtante. Quin & nutricibus in defec̄tu lac̄tis aridum, atque in aqua decoc̄tum, potui cum uino dari iubet, & firmiores celſioresq; infantes fore. Viridem etiam gallinis, aut ſi arueritmadefac̄tum. Apes quoq; nunquam de flore cytiſi pabulum contingere produnt Democritus & Ariſtomachus. Nec aliud minoris impendij eſt. Seritur cum hordeo, aut uere ſemine ut porrum, uel caule autumno ante brumam. Si ſemine, madidum. Et ſi deſint imbres, ſatum ſpargitur. Plantæ cubitales ſeruntur ſcrobe pedali. Seritur poſt æqnoc̄tia tenero frutice. Perficitur triennio. Demetitur uerno æqnoc̄tio cum florere deſinit, uel pueri, uel anus uiliſſima opa. Canus aſpec̄tu, breuiterq; ſi quis exprimere uelit ſimilitudinem, anguſtioris trifolij frutex. Datur animalibus poſt biduum

De cytiſo poſt Theophra. habes Dioſcoridē & Colum. li. 5. ca. 12. ſi ue ultimo.

duum ſemper. Hyeme uero quod inaruit, madidū. Satiant equos denæ libræ, & portione minora animalia, obiterq́; inter ordines alliū capeſcere fertile eſt. Inuētus hic frutex in Cythno inſula, inde tranſlatus eſt in oēs Cycladas, mox in urbes Græcas, magno caſei prouētu, propter quod maxīe miror rarum eſſe in Italia. Non æſtuum, non frigorum, nō grandinum aut niuis iniuriam expaueſcit. Adijcit Higinus, ne hoſtium quidem, propter nullam gratiam ligni.

De fruticibus et arboribus noſtri maris, atque rubri, & In. 'ici. Ca. .XXV.

NAſcuntur & in mari frutices arboresq́; minores in noſtro. Rubrum enim et totus orientis oceanus refertus eſt ſyluis. Non habet lingua alia nomen, quod Græci uocant phycos: quoniā aiga, herbarum magis uocabulū intelligitur: hic aūt eſt frutex. Folia lata colore uiridi gignit, qđ quidā praſon uocant, alij zoſtera. Alterū genus eiuſdē, capillaceo folio ſimile fœniculo, in ſaxis naſcitur. Supius in uadis haud ꝓcul littore. Verno utrunq;, & interit autumno. Circa Cretam inſulam nato in petris purpuras quoque inficiunt. Laudatiſſimo à parte aqlonis, aut cum ſpongijs. Tertium eſt gramini ſimile, radice geniculata & caule, qualiter calami. Aliud genus fruticū bryon uocatur, folio lactucæ rugoſiore tantum. *Iam hoc in terra naſcēs. In alto uero abies & quercus cubitali altitudine. Ramis earum adhærent conchæ.

Theoph. li. 4. ca. 6. eſt et aliud inqt bryū dictū &c. naſcitur ſup lapides fictil'aq; iuxta terram.

conchæ. Quercu etiam tingi lanas tradunt. Glandẽ etiam quaſdam ferre in alto: naufragis hæc deprehenſa urinantibusq́;. Et aliæ traduntur prægrandes circa Sycionẽ. Vitis enim paßim naſcitur. Sed ficus ſine folijs, rubro cortice. Fit et palma fruticum generis, extra Herculis columnas porri fronde naſcitur frutex, et alius lauro et thymo ſimilis, qui ambo eiecti in pumicẽ transfigurantur. At in oriente mirum eſt ſtatim à Copto per ſolitudines nihil gigni præter ſpinam quæ ſitiens uocatur, & hanc rarã admodũ. In mari uero rubro ſyluas uiuere, maxime laurũ et oliuam ferentem baccas, & cũ pluat fungos, qui ſole tacti mutantur in pumicem. Fruticũ ipſorũ magnitudo ternorũ eſt cubitorum, caniculis referta, uix ut reſpicere è naui tutũ ſit, remos plerunq; ipſos inuadentibus. Qui nauigauere in Indos Alexandri milites, frondẽ marinarũ arborũ tradidere in aqua uiridem fuiſſe, exemptã ſole ꝓtinus in ſalẽ areſcentẽ. Iũcos quoq; lapideos perq̃ ſiles ueris ꝑ littora, & in alto quaſdã arbuſculas colore bubuli cornus ramoſas, et in cacuminibus rubentes: cum tractarentur, uitri mõ fragiles. In igne aũt ut ferrũ exardeſcẽtes, reſtĩctis colore ſuo redeunte. Eodẽ in tractu inſularũ ſyluas op[e]r[i]t æſtus, quanq̃ altiores ſint platanis populisq́; altiſſimis, folia laurea, flos uiolæ et odore et colore. Baccæ ut oleis, et ipſæ odoris iucundi autũno naſcentes, folijs nunquã deciduis. Harum minores totas integit mare.

tegit mare. Maximarũ cacumina extant, ad quæ naues religantur: & cum deceſſerit æſtus, ad radices. Alias quoq; arbores in alto ab eiſdẽ accepimus eodẽ in mari uiſas, ſemper folia retinẽtes. Fructũ earũ lupino ſimilẽ, Iuba tradit circa Troglodytarũ inſulas fruticẽ in alto uocari Iſidos plocamon, corallio ſimilem ſine folijs: præciſum, mutato colore in nigrũ dureſcere. Cum cadat, frangi. Item alium qui uocetur charitoblepharon, efficacem in amatorijs. Spathalia eo facere & monilia fœminas. Sentire eum ſe capi, durariq; cornus modo, & hebetare aciem ferri. Quod ſi fefellerint inſidiæ, in lapidem trãsfigurari.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XIIII.

PROOEMIVM.

In quo fructiferæ arbores traduntur.

Externæ arbores, ĩdociléſque naſci alibi q̃ ubi cœpere, & quæ in alienas nõ cõmeant terras, hactenus ferè ſunt. Licétq; iam de coĩbus loqui, quarũ oĩm peculiaris parens uideri poteſt Italia. Noſcentes tantũ meminerint, naturas earũ à nobis interim dici, non culturas. Quanq̃ & colendi max.a in natura portio eſt. Illud ſatis mirari non

ri non queo, interiſſe quarundã memoriã: atq; etiam nominũ, quæ autores ꝑdidere, noticiam. Quis enim non cõmunicato orbe terrarum, maieſtate Romani imperij ꝓfeciſſe uitã putet cõmercio rerũ: ac ſocietate feſtæ pacis, oĩaq; etiã quæ occulta ante fuerãt, in ꝓmiſcuo uſu facta? At hercule non reperiũtur qui nõrint multa ab antiquis ꝓdita, tantũ priſcorũ cura fertilior, aut induſtria felicior fuit, ante milia annorũ inter principia literarũ Heſiodo præcepta agricolis pandere orſo, ſubſecutisq; non paucis hãc curã eius, unde nobis creuit labor. Quippe cũ requirẽda ſint nõ ſolum poſtea inuenta, uerumetiã ea quæ inuẽnerant priſci, deſidia internicione rerũ memoriæ inducta: Cuius ſomni cauſas quis alias q̃ publicas mundi inuenerit? Nimirũ alij ſubiere ritus, circaq; alia mentes hoĩm detinentur, et auaritiæ tantũ artes coluntur, antea incluſis gentium imperijs intra ipſas: Ideoq; et ingenijs, quadã ſterilitate fortunæ, neceſſe erat animi bona exercere. Reges innumeri honorẽ artiũ colebantur, et in oſtentatione has præferebãt, opẽ et immortalitatẽ ſibi ꝑ illas ꝓrogari arbitrantes. Quare abũdabant et præmia et opere uitæ. Poſteris laxitas mundi et rerũ amplitudo damno fuit, poſtq̃ ſenator cẽſu legi cœptus, iudex fieri cenſu, magiſtratũ ducemq; nil magis exornare q̃ cẽſus: poſtq̃ cœpere orbitas in autoritate ſumma et potẽtia eſſe, captatio in quæſtu fertiliſſimo, ac ſola gaudia in poſ-

ſidendo,

ſidendo, peſſum iere uitæ pretia, omnesq́; à maximo bono liberales dictæ artes, in contrariũ cecidere, ac ſeruitute ſola profici cœptũ. Alius hanc alio modo, et in alijs adorare, eodem tamẽ habẽdi, quo eat ſpes hominum, tendente uoto. Paßim uero etiam egregij aliena uitia q̃ bona ſua colere malle. Ergo hercule uoluptas uiuere cœpit, uita ipſa deſijt. Sed nos obliterata quoq; ſcrutabimur. Nec terrebit quarũdam rerũ humilitas, ſicut nec in animalibus fecit. Quan q̃ uidemus Virgilium præcellentiſſimum uatem, ea dem cauſa hortorũ dotes fugiſſe: e tantisq́;, quæ retulit, flores modo rerum decerpſiße, beatum felicẽq́; gratiæ. XV. omnino generibus uuarum nominatis, tribus oleæ, totidem pirorum, malo uero tantũ Aſſyrio, cæteris omnibus neglectis. Vnde autem potius incipiemus q̃ à uitibus? Quarũ principatus in tantũ peculiaris Italiæ eſt, ut uel hoc uno omnia gentium uiciſſe, quanq̃ odorifera, poſſit uideri bona, quanq̃ ubicũq; pubeſcentiũ odori nulla ſuauitas præfertur.

De uitium natura, & quibus modis ferant.

Caput .I.

VItes iure apud priſcos magnitudine quoq; inter arbores numerabantur. Iouis ſimulacrũ in urbe Populonia ex una conſpicimus uite tot æuis incorruptũ. Item Maßiliæ paterã. Metaponti templum Iunonis uitigineis colũnis ſtetit. Etiamnũ ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur uite una cypria (ut ferunt)

(ut ferunt) quoniã ibi ad præcipuam altitudinẽ exeunt. Nec eſt ligno ulli æternior natura. Verum iſta ex ſylueſtribus facta crediderim, quãdo hæ uites tonſura annua coërcẽtur, et uis earũ omnis euocatur in palmites, aut deprimitur in ꝓpagines, ſucciq́; tantũ gratia ex his pluribus modis ad cæli mores ſoliq́; ingenia. Iam in Campano agro populis nubunt, maritasq́; cõplexæ, atq; per ramos earũ ꝓcacibus brachijs geniculato curſu ſcandentes, cacumina æquãt, in tantũ ſublimes, ut uindemiator autoratus rogum ac tumulũ excipiat. Nullo fine creſcũt, diuidiq́; aut potius auelli nequeunt. Villas & domos ambiri ſingularum palmitibus, ac ſequacibus loris, memoria quoq; dignum inter prima Valerianus quoq; Cornelius exiſtimauit. Vna uitis Romæ in Liuiæ porticibus ſubdiales deãbulationes umbroſis operculis opacat, eademq́; duodenis muſti amphoris fœcunda. Vlmos quidem ubiq; exuperant. Miratumq́; altitudinem earum Ariciæ ferunt legatum regis Pyrrhi Cyneã facete luſiſſe in auſteriori guſtu uini, merito matrem eius pendere in tã alta cruce. Rumbotinus uocatur & alio nomine populus arbor Italiæ Padum tranſgreſſis, cuius tabulata in orbem patula replẽt, puroq́; ꝓducto dracone in palmam eius inde ſubrectos ramorum digitos flagella diſpergunt. Eædẽ modici hominis altitudine adminiculatæ ſudibus hærent, uineãq́; faciunt, et aliæ improbo reptatu pampinorumq́;

pinorũq; ſuperfluitate peritia domini amplo diſcur ſu atria media complentes. Tot differentias uel ſola tãtum Italia recipit. Stat ꝓuinciarum aliquarũ per ſe uitis ſine ullo pedamento, artus ſuos in ſe colligẽs, et breuitate craſſitudinẽ paſcens. Vetant hoc aliubi uenti, ut in Africa & in Narbonenſis ꝓuinciæ partibus. Excreſcereq; ultra ſuos pollices ꝓhibitæ, ſemperq; paſtinatis ſimiles herbarũ modo uagantur per arua, ac ſuccũ terræ paſſim uuis bibũt, quæ ob id magnitudinẽ infantiũ puerorũ in interiore Africæ parte exuperãt uites. Vua nõ alibi gratior callo, ut inde poſſit inueniſſe nomẽ duracini durus acinus. Nanq; genera magnitudĩe, colore, ſaporibus, acini, innumerata etiamnũ multiplicãtur uino. Hic purpureo lucẽt colore, illic fulgẽt roſeo, nitẽtq; uiridi. Candidæ enim nigræq; uulgares. Tumẽt uero mammarũ mõ bumaſti. Prælõgis dactyli porrigũtur acinis. Eſt et illa naturæ laſciuia, ut prægrãdibus adhæreãt ꝑgulis parui, mites, et ſuauitate certantes, leptoragas has uocãt. Durant aliæ per hyemẽ, penſili cõcameratæ nodo. Aliæ in ſua tantũ cõtinentur aĩa ollis fictilibus, et inſuꝑ dolijs incluſæ, ſtipatæ uinaceis circũſudantibus. Alijs gratiã q et uinis fumus affert fabrilis, ijsq; gloriã præcipuã in fornacibus Africæ Tiberij Cæſaris autoritas fecit. Ante eum rheticis prior mẽſa erat, et uuis Veronenſiũ agro. Quin et à patientia nomen acinis datur paſſis. Conduntur & muſto uuæ

muſto uuæ, ipſæq; uino ſuo inebriãtur. Aliæ decoctæ in muſto dulceſcũt, aliæ uero ſobolem nouã in matre ipſa expectant tranſlucidæ uitro, affertq; acinis eandem, quam in dolijs amphoriſue duratricẽ illam firmitatem auſteritas picis infuſa pediculo. Iam inuẽta uitis per ſe in uino picem reſipiens, Viẽnenſem agrũ nobilitãs, Aruerno Secanoq; & Heluico generibus non pridẽ illuſtrata. Atq; hæc Vergilij uatis ætate incognita, à cuius obitu. XC. agũtur anni. Quid q̃ inſertæ caſtris ſummã rerum imperiumq; continẽt? Centurionũ in manu uitis, & opimo præmio tardos ordines ad lẽtas ꝑducit aqlas, atq; etiã in delictis pœnã ipſam honorat. Necnon uineæ oppugnationũ dedere rationẽ. Nam in medicaminibus adeo magnũ obtinent locum, ut per ſeſe uino ipſo remedia ſint.

De generibus uitiũ. Caput .II.

GEnera uitium cõprehendi numero unus exiſtimauit Democritus, cuncta ſibi Græciæ cognita profeſſus. Cæteri innumera atque infinita eſſe prodiderunt, qđ uerius apparebit ex uinis. Nec oĩa dicentur, ſed maxime inſignia, quippe quæ totidem ſunt penè quot agri. Quamobrẽ celeberrimas uitium, aut quibus eſt aliqua proprietate miraculũ, oſtẽdiſſe ſatis erit. Principatus datur aminæis propter firmitatem, ſenioq; proficientẽ uini eius ubiq; uitã. Quinque eius genera: Ex ijs germana minor acino melius deflorescit, imbres tempeſtatéſque tolerat.

Ex horũ numero Virgi. cum ſupremus habetur: ut q ita ſcribit li. geor. 2. Sed neque q̃ multæ ſpecies, nec noĩa quæ ſunt. Eſt nume

rus, neq; enim numero cõprẽdere refert. &c.

Non item maior, ſed in arbore q̃ in iugo minus obnoxia. Gemellarum, quibus hoc nomen uuæ ſemper geminæ dedere, aſperrimus ſapor, ſed uires præcipuæ. Ex ijs minor auſtro læditur, cæteris uentis alitur, ut in Veſuuio monte Surrentiniſq; collibus. In reliquis Italiæ partibus non niſi arbori accõmodata. Quintum genus lanatæ, ne Seres miremur aut Indos, adeo lanugo eã ueſtit. Prima ex aminæis matureſcit ocyſſime atq; putreſcit. Proxima dignitas Veiẽtanis rubente materia, quapropter quidã rubellas appellauere uineas. Eæ minus fertiles uino, acinis, & fece nimiæ. Contra pruinas fortiſſimæ: ſiccitate magis q̃ imbre, æſtu q̃ algore uexantur. Quamobrẽ in frigidis humidiſq; principatũ obtinent. Fertilior quæ minor acino, et folio ſciſſa minus. Apianis apes dedere cognomẽ, præcipue earũ auidæ. Ex his duo genera: Lanugine et ipſæ pubeſcunt. Diſtant, q, altera celerius matureſcit, quanq̃ et altera ꝑperante. Situs frigidos non reſpuunt, et tamẽ nullæ celerius imbre putreſcunt. Vina primo dulcia, auſteritatẽ annis recipiunt, et rubra fiunt. Nulla magis uite gaudet. Et hactenus potiſſima nobilitas datur peculiaribus atque uernaculis Italiæ. Cæteræ aduenere Chio Thaſóue: Græcula non inferior aminæis bonitate, prætenera acino: et uua tam parua, ut niſi pinguiſſimo ſolo coalere nõ poſſit. Eugeniam Taurominitani collis cum generoſitatis cognomine, miſere Albano tantum

agro,

ugro, quoniam tranſlata ſtatim mutatur. Nanq; eſt aliqbus tantus locorũ amor, ut oẽm in his gloriã ſuã relinquant, nec uſq̃ tranſeãt totæ. Quod et in Rethica Allobrogicaq;, quã ſupra picatã appellauimus, euenit, domi nobilibus, nec agnoſcendis alibi. Fœcundæ tamẽ bonitatis uice copiã præſtant. Eugenia ferventibus locis, Rhetica temperatis, Allobrogica frigidis, gelu matureſcẽs, et colore nigra. Adhuc ex his quas diximus, ſed etiã è nigris uina uetuſtate in albũ colorẽ tranſeunt. Reliquæ ignobiles. Aliquãdo tamẽ cæli aut ſoli opera non falluntuetuſtatem, ſicuti Feſcenia, & cum ea florẽs Biturica, acino rarior, nunq̃ floris obnoxij, quoniã antecedũt, uẽtisq; et imbribus reſiſtũt. Meliores tamẽ algẽtibus locis q̃ calidis, humidis q̃ ſitiẽtibus. Vix ulla magis tam denſo uuarum partu impatiens uariãtis cæli, ſed cõtra tenorẽ unũ algoris æſtúſue cõſtans. Quæ minor eſt ex eo genere, mollior. In neglecto ſolo moroſa, pingui putreſcit, gracili omnino non ꝓuenit. Mediã temperiẽ delicate quærit, ob hoc Sabinis collibus familiaris. Vua eius indecora uiſu, ſapore iucunda, niſi matura ꝓtinus rapiatur, etiam nõ putreſcẽs cadit. Contra grandines eam tuetur foliorũ amplitudo atq; duritia. Inſignes iam colore inter purpureas, nigrasq; medio beluolæ ſæpius uarianti, et ob id uarianæ à quibuſdã appellatæ. Præfertur in his nigrior, utraq; alternis ãnis fertilis. Sed melior uino, cũ parcior. Et preciæ

duo genera magnitudine acini diſcernuntur. Quibus materies plurima, uuaq́; ollis utiliſsima, folio apio ſimilis, Baſilicam Dyrrhachini celebrãt, Hiſpaniæ cocolobin uocant. Grauior uua, æſtus auſtrosq́; tolerat, capiti inimica, copia larga. Hiſpani duo genera eius faciunt. Vnũ oblõgo acino, alterũ rotũdo: nouiſſimas uindemiant. Quo dulcior cocolobis, hoc melior. Sed & auſtera tranſit in dulcẽ uetuſtate, & quæ dulcis fuit in auſteritatẽ. Tuncq́; Albanũ uinũ æmulantur. Tradunt ueſicæ uitijs utiliſſimum ex his potũ. Albuelis ſummis arboribus eſt fertilior, uiſula imis. Quamobrẽ circa eaſdẽ ſatæ diuerſitate naturæ locupletant. Inerticulam è nigris appellauere, iuſtius ſobriam dicturi, inueterato præcipue commendabilem uino, ſed uiribus innoxiã. Siquidẽ temulentiam ſola nõ facit. Fertilitas cõmendat cæteras, principemq́; heluenacã. Duo eius genera. Maior, quam quidam longã, minor quam arcã appellant, non tam fœcundam, ſed gratiorem hauſtu. Diſcernitur folio circinato. Verũ utraq; gracilis. Furcas ſubdere his neceſſarium, alioquin hubertatẽ ſuam non tolerant. Maritimo afflatu gaudẽt, roſcido odore. Nulla uitiũ minus Italiam amat, rara, parua, putreſcens in ea. Vinum quoq; quod genuit, æſtatem non exuperans. Nec alia macro ſolo familiarior. Græcinus, q alioquin Cornelium Celſum tranſcripſit, arbitratur nõ naturam eius repugnare Italiæ, ſed culturam, auide

Quidam baliſcam legunt, ſed Columel. baſilicam.

palmites

palmites euocantium. Ob id fertilitatem ſuam abſumi, ſi non præpinguis ſoli hubertas laſſeſſentem ſuſtineat. Carbunculari negatur, magna dote, ſi uerum eſt, aliqua in uite è cælo nõ eſſe ius. Aeſtum fert ſpionia, quam quidam ſpineam uocant. Autumniſq; & imbribus pingueſcit. Quinimo nebulis unà alitur, ob id Rauennati agro peculiaris. Veniculam inter optime defloreſcẽtes, et ollis aptiſſimã, Campani malunt * ſcirculã uocare, alij ſtaculam. Tarracini numiſianam nullas uires proprias habẽtem, ſed totam perinde ac ſolum ualeat. Surrentinis tamen efficaciſſima teſtis Veſuuio tenus. Ibi enim murgentina è Sicilia potiſſima, quam Pompeianam aliqui uocant, Latio demum feracem: ſicut horconia in Campania tãtum uilitatis cibariæ, ſed hubertate præcipua. Tolerat & annos mœrica, contra omnes ictus firmiſſima, nigro acino, uinis uetuſtate rubeſcentibus.

Venuculam Columel. li. 3. ca. 2.

* Colu. ſcirculam.

Item de uitium generibus ſecundũ locorũ & regionum proprietatem. Caput .III.

ET hactenus publica ſunt genera, cætera regionũ locorũq;, aut ex his inter ſe inſitu mixta. Siquidẽ Thuſcis peculiaris eſt tudernis, æque etiam eius nõis florẽtia. Eſt opima Aretio talpana et eteſiaca et conſeminia. Talpana nigra candidum facit muſtum. Eteſiaca fallax: quæ quo plus tulit, eo laudabilius fundit, mirumq; fœcunditate ceſſat. Conſeminia nigra, uino minime durante. Vua maxime poſt

XV. dies, quàm ulla alia: minus fertilis, ſed cibaria. Huius folia ſicuti labruſcæ, prius q̃ decidant, ſanguineo colore mutantur. Euenit hoc etiã quibuſdã alijs, peſſimi generis argumẽto. Irtiola Vmbriæ meuenatiq; et Piceno agro peculiaris eſt, Amiternino pumula. Iiſdẽ bãnanica fallax eſt, amãt tamẽ eã. * Murgẽ tinam uuam Pompei nõie appellant, quis Cluſinis copioſiorem. Mutinam et Tyburtes appellauere, quis oleaginam nup inuenerint à ſimilitudine oliuæ. Nouiſſima hæc uuarũ ad hoc tẽpus reperta eſt. Vinaciolam ſoli quidẽ nõiauerunt Sabini et Laurenti. Nam gauranas ſcio à Falerno agro tranſlatas uocari Falernas, celerrime ubiq; degenerãtes. Necnon Tarentinũ genus aliq fecere: prædulci uua. Capnias et buẽ euniates, et tarrupia, in Thurinis collibus nõ ante demetuntur q̃ gelauerit. Pharia gaudẽt Piſæ, Mutina Pruſiniæ, nigro acino, intra quadrienniũ albeſcente uino. Mirum, ubiq; cũ ſole circũagi uuam, quæ ob id ſtrepitus uocatur: Et in Italia Gallicã placere, trãs alpes uero Picenam. Dixit Vergilius thaſias et mareotidas, et lageas, cõpluresq; externas, q̃ non reperiuntur in Italia. Sed ſunt etiã nunc inſignes uuæ non uino, ambroſiaca, duracina, ſine ullis uaſis in uite ſeruabilis: tanta eſt cõtra frigora æſtus tẽpeſtatesq; firmitas. Nec orthãpelos indiget arbore aut palis, ipſa ſe ſuſtinens: nõ itẽ dactylides digitali gracilitate. Columbinæ acinociſſimæ. Et magis purpureæ cognõie

Municipij uuam.

Lib. geor. 2. Sũt Thaſiæ uites ſunt et Mareotides albæ &c. Et paſſo pſytia.

bimammiæ,

bimammiæ, quando non racemos, ſed uuas alias gerunt. Itē tripedanea, cui nomen à mēſura eſt. Itē ſcripula paſſo acino. Et rhetica in maritimis alpibus appellata, diſſimilis laudatæ illi. Nanq; hæc breuis conferta acino, degener uino, ſed cute oīum tenuiſſima, nucleo (quē Chiū uocant,) uno ac minīo, acinū prægrandē unū alterúmue habens. Eſt et nigra aminæa, cui Syriacæ nomen imponūt. Itē Hiſpania ignobiliū ꝓbatiſſima. In pergulis uero ſeruntur eſcariæ appellatæ Eduræ acinis, albæ, nigræq́;. Et bumaſti totidē coloribus. At nondū dictæ ægia, et rhodia, et uncialis, ueluti à pondere acini: Itē pucina oīm nigerrīa. Et coronaria naturæ luſu ſtephanitis, acinos folijs intercurſantibus. Et quæ forenſes uocātur, celeres ꝓuentu, uēdibiles aſpectu, portatu faciles. Contra damnantur etiā uiſu cinerea et rhabuſcula et aſiniſca, minus tamē caudā uulpiū imitata alopecis. Alexandrina appellatur uitis circa Phalacrā breuis, ramis cubitalibus, acino nigro, fabæ magnitudine, nucleo molli, et minimo, obliquis racemis prædulcibus, folio paruo et rotundo, ſine diuiſuris. Septimo ab hinc anno, in Narbonenſis ꝓuinciæ aruo inuenta eſt uitis uno die defloreſcens, ob id tutiſſima, Narbonicam uocant, quam nunc tota prouincia conſerit.

Inſignia culturæ uinearum. Ca. .IIII.

CAtonum ille primus, triūpho & cenſura ſuꝑ cætera īſignis, magis tamē etiamnū claritate

literarum, præceptis omnium rerum expetendarũ datis generi humano, inter prima uero agrum colendi: illius uero æui confeſſione optimus, ac ſine æmulo agricola, pauca attigit uitiũ genera, quarundam ex his etiã iam nominibus abolitis, toto ſeparatim tractatu teſtatus ſententiam. Cuius excellentia indicanda eſt, ut in omni genere noſcamus quæ fuerint celeberrima: anno. DC. *urbis circa captas Carthaginẽ ac Corinthum, cum ſupremũ is diem obijt, et quantum poſtea.* CCXXX. *annis uita profecerit. Ergo de uitibus uuisq; ita prodidit: Qui locus uino optimus dicitur eſſe, & oſtentus ſolibus, aminæum minuſculum et geminum eugenium, heluinum minuſculum cõſerito. Qui locus craſſior aut nebuloſior, aminæum maius, aut murgentinum, Apicium, Lucanum ſerito. Ceteræ uites miſcellæ maxĩe in quemuis agrũ conueniunt. In lora recte conduntur. Quas ſuſpẽdas duracinas, amineas maiores, uel ad fabrum ferrarium pro paſſis hæ recte ſeruantur. Nec ſunt uetuſtiora de illa re Latinæ linguæ præcepta: Tam prope ab origine rerum ſumus. Aminæam proxime dictam, Varro ſcantianam uocat. In noſtra ætate pauca exempla cõſummatæ huius artis fuere: uerum eo minus omittẽda, ut noſcantur etiam præmia, quæ in omni re maxĩe ſpectantur. Summã ergo adeptus eſt gloriam Acilius Sthenelus è plebe libertina.* LX. *iugerum non amplius uineis excultis in Nomẽtano agro,*

Li. de re ruſtica, q nunc etiã liber ex mltis præclaris ſtudiorum monumentis, q̃ uir ille ſcripta reliquit, extat adhuc ſupſtes nõ ſatis tamẽ autorẽ ſuum referens.

agro, atq; æque. CCCC. nummis uenũdatis. Magna fama & Vetulano Egilao perinde libertino fuit in Campaniæ rure Linternino, maiorq; etiam fauore hominum, quoniã ipſum Africani colebat exilium. Sed maxima eiuſdem Stheneli opera Rhemmiũ Palæmonem, aliâs grammatica arte celebrẽ, in hiſce XX. annis mercatûm. DC. nummum in eodem Nomentano decimi lapidis ab urbe diuerticulo. Eſt autem uſquequaq; nobilitas uinetis per omnia ſuburbana, ibi tamen maxima, quoniã neglecta per indiligẽtiam prædia parauerat. Ac ne in peſſimis quidẽ elegantioris ſoli hæc aggreſſus excolere, non uirtute animi, ſed uanitate, quæ primo notata, mira in illo fuit. Paſtinatas enim de integro uineas cura Sthenelum agricolam imitatus, ad uix credibile miraculũ perduxit, intra octauum annũ. CCCC. nummũ emptori addicta pẽdente uindemia. Cucurritq; non nemo ad ſpectandas uuarum in ijs uineis ſtrues, literis eius altiores, contra id pigra ciuitate ſibi patrocinãte. Nouiſſime Anneo Seneca principatu traditionis ac potentia, quæ poſtremo nimia fuit ſuper ipſum. Minime utiq; miraturi Anneum tanto prædij eius amore captum, ut non puderet inuiſo alias, et oſtento futuro tradere palmam eam emptis quadruplicato uineis illis intra decimum ferè curæ annum, digna opera quæ in Cæcubis, Setinisq; ꝑficeret: quãdo & poſtea ſæpenumero ſeptenos culeos ſingula iu

Hũc Palæmonem et Suet. ĩter claros grãmaticos recenſet, libello cui titulus eſt de illuſtribus grammaticis.

gera, hoc eſt amphoras centenas quadragenas muſti dedere. At ne quis uictã in hoc antiquitatẽ arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus ſcripſit, efficacibus exemplis non maria plus temerata conferre mercatori, non in rubrũ littus Indicúmue merces petitas, quàm ſedulum ruris larem. Vino antiquiſsima claritas Maronæo, in Thraciæ maritima parte genito, ✠ ut autor eſt Homerus. Neq; enĩ fabuloſa, aut de origine uarie ꝓdita conſectamur, præterquam Ariſtæum primum oĩm in eadem gente mel miſcuiſſe uino, ſuauitate præcipua utriuſque naturæ ſponte prouenĩetis. Maronæum uicies tanto aquæ miſcendum Homerus prodidit. Durat etiam uis in eadem terra generi, uigorq; indomitus. Quippe cum Mutianus ter conſul ex his qui nuperrime prodidere, ſextarios ſingulos octonis aquæ miſceri comperit præſens in eo tractu. Eſſe autem colore nigrum, odoratum, uetuſtate pingueſcere. Et Pramnio quod Homerus celebrauit, etiam nunc honos durat. Naſcitur Smyrnæ regione, iuxta delubrum matris deũm. In reliquis generi claritas non fuit alicui. Anno fuit oĩum generũ bonitas, L. Opimio conſule, cum C. Gracchus Tri. ple. ſeditionibus agitatis interemptus, ea cæli temperies fulſit, quam cocturam uocant, ſolis opere, natali urbis .DCXXXIII. Durãtq; adhuc uina ducẽtis ferè annis, iam in ſpeciem redacta mellis aſperi. Etenim hæc natura uinis in uetuſtate eſt:

✠ Vt autor ẽ Home. Odyſſ. l. 9. in quo ĩducit Vlyſſẽ narrãtem quo pacto ſibi à Marone Euanthis filio, Apollĩnis ſacerdote, nigrũ uinum ad modum dulce datũ fuerit utre caprino: Vnde & uinũ Maronæũ appellatũ eſt αὐτὰρ ἐγὼν κρίνας ἑτάρων δυοκαίδεκ' ἀρίστους βῆν, ἀτὰρ αἴγεον ἀσκὸν ἔχον μέλανος οἴνοιο ἡδέος ὅν μοι ἔδωκε μά-

Nec potari per ſe queunt ſi non peruincat aqua, uſq; in amaritudinem carie indomita. Sed cæteris uinis commendandis minima aliqua mixtura medicamenta ſunt, quo fit ut eius tẽporis æſtimatione in ſinglas amphoras cẽteni nũmi ſtatuãtur. Ex his tamẽ uſura mltiplicata ſemiſſibus, q̃ ciuil' ac modica eſt. In C. Cæſaris Germanici filij prĩcipatu, annis. CLX. ſinglis uncias uini cõſtitiſſe nobili exẽplo docuimus, referẽtes uitã Põponij ſecundi uatis, cœnãq; quã principi illi dedit. Tantum pecuniarũ detinẽt uini apothecæ. Nec alia res maius incremẽtum ſentit. Ad uiceſimũ annum, maiúsue ab eo diſpendium non proficiente pretio. Rara quippe adhuc fuere, nec niſi importatis ſingulis teſtis milia nummũm. Viennenſes ſoli picata ſua, quorum genera plura diximus, pluris permutaſſe, ſed inter ſeſe amore patrio creduntur. Id que uinum frigidius reliquis exiſtimatur ĩ frigido potu.

De natura uini. Caput .V.

VIno natura eſt exhauſto accendendi calore uiſcera intus, foris infuſo refrigerandi. Nec alienum fuerit commemorare hoc in loco, quod Androcydes ſapientia clarus ad Alexãdrum Magnum ſcripſit, intemperantiam eius cohibens: Vinum potaturus rex, memento te bibere ſanguinẽ terræ, ſicut cicuta hoĩ uenenum eſt, ſic cicuta uinũ. Quibus præceptis ſi ille obtẽperauiſſet, profecto amicos in temulentia non interemiſſet. Prorſus ut iure dici poſſit, neq; ui-

ζων ἐυανθὲς ὅς ῥ' ἱερεὺς ἀπόλλωνος, ac deinde ubi plin. ſubiungit Maronæũ uici es tãto addito aquæ miſcẽdũ Home. pdidit. Id mox ille interpoſitis paucis uerſibus ita expreßit: τοῦ δ' ὅτε πίνοιεν μελιηδέα οἶνον ἐρυθρόν, ἓν δέπας ἐμπλήσας ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα χεῦ. Sed et de Pramnio uino de quo infrà, idẽ Hom. mẽtionẽ facit Odyſ. κ οἴνῳ πραμνείῳ.

neque uiribus corporis utilius aliud, neq; aliud uolu ptatibus perniciosius, si modus abſit.

Vina generoſa. Caput .VI.

GEnera aũt uini alia alijs gratiora eſſe qs dubitet? aut nõ ex eodẽ lacu aliud præſtãtius potu eſſe altero, aliud alterũ germanitate præcedere, ſiue teſta, ſiue fortuito euentu? Quamobrem *de principatu ſe quiſque iudicem ſtatuat.* Liuia Auguſta. LXXXII. *annos uitæ pucino retulit acceptos non aquoſo. Gignitur in ſinu* Adriatici *maris, non procul à* Timauo *fonte, ſaxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras.* Nec *aliud aptius medicamẽtis iudicatur.* Hoc *eſſe crediderim, quod Græci celebrantes miris laudibus pyctanon appellauerunt ex* Adriatico *ſinu.* Diuus *Auguſtus Setinũ prætulit cunctis, & ferè ſecuti principes, propter confeſſa expimenta non temere cruditatibus noxijs. Ab eo ſaliua naſcitur ſupra forũ* Appij. *Antea* Cæcubo *erat generoſitas celeberrima ĩ paluſtribus populetis, ſinu* Amyclano, *qđ iã intercidit et incuria coloni lociq; anguſtia, magis tamẽ foſſa* Neronis, *quã à* Baiano *lacu* Oſtiã *uſque nauigabilẽ inchoauerat.* Scđ'a *nobilitas* Falerno *agro erat, & ex eo maxĩe* Fauſtiano, *cura culturaq; id collegerat.* Exoleuit *hoc quoq; nimietate, copiæ potius q̃ bonitati ſtudentiũ.* Falernus *ager à ponte* Campano *læua petẽtibus urbanã coloniam* Syllanã *nup̃* Capuæ *cõtributam incipit.* Fauſtianus

autem

ãut circiter quatuor miliaria à uico ꝓpe Cedias, quà uicus à Sinueſſa .VI. milibus abeſt. Nec ulli in uino maior autoritas, ſolũ uinorũ hoc flãma accenditur. Tria eius genera: Auſterũ, dulce, tenue. Quidam ita diſtinguũt: Summis collibus Gauranũ gigni, medijs Fauſtianũ, imis Falernũ. Non omittendũ autẽ, nulli eorũ quæ celebrentur iucundũ ſaporẽ uuæ eſſe. Ad tertiam palmam Variæ uenere. Albanæ urbi uicinæ prædulces, ac raræ in auſtero. Itẽ Surrẽtina in uineis tantũ naſcẽtia conualeſcẽtibus maxĩe probata, ꝓpter tenuitatẽ ſalubritatemq́ꝫ. Tiberius Cæſar dicebat cõſenſiſſe medicos, ut nobilitatẽ Surrentino daret, alioqn eſſe generoſum acetũ. C. Cæſar q ſucceſſit illi, nobilẽ uappã. Certant Maßica æque ex monte Gaurano, Puteolos Baiasq́ꝫ ꝓſpectantia. Nam Falerno cõtermina Statana ad principatus uenere non dubie, palamq́ꝫ fecere, ſua qbuſq́ꝫ terris tpa eſſe, ſecundũ quod rerũ prouẽtus occaſusq́ꝫ iuncti. Iis præponi ſolebant Calena, et quæ in uineis arbũſtisq́ꝫ naſcuntur Fũdana. Ex alia uicinia urbis Veliternina, Priuernatiaq́ꝫ Nam qđ Signiæ naſcitur, auſteritate nimia continẽdæ utile aluo, inter medicamẽta numeratur. Quartũ curriculũ publicis epulis obtinuere à diuo Iulio (is enim primus autoritatẽ his tribuit, ut in epiſtolis eius apparet) Mamertina, circa Meſſanam in Sicilia genita. Ex ijs Potulana, ab autore dicta, in loco ꝓximo Italiæ laudãtur præcipue. Eſt in

eadẽ Sicilia et Taurominitãis honos, lagenis ꝑ Mamertino plerũq; ſubditis. Ex reliqs aũt à ſupo mari Prætutia, atq; Ancõe naſcẽtia, et q̃ à palma una forte enata palmeſia appellãtur. In mediterraneo uero Ceſenatia, Mecœnatiana. In Veronẽſi itẽ Rhetica, Falernis tantũ poſthabita à Virgilio. Mox optia ab intimo ſinu maris, Adriana. Ab infero aũt Latinienſia, Grauiſcana, Statoniẽſia. Hetruriæ palmã Luna habet, Liguriæ Genua. Inter Pyrenæũ Alpeſq; Maſſilia, gemino ſapore, quãdo et cõdiendis alijs pinguius gignit, qđ uocant ſuccoſum. Ceretano intra Gallias cõſiſtit autoritas. De reliqs ĩ Narbonẽſi genitis aſſeuerare non eſt, quoniã officinã eius rei infecere tingẽtes fumo, utinãq; nõ & herbis, ac medicamẽtis noxijs. Quippe etiã aloën mercãtur, qua ſaporẽ coloremq; adulterãt. Verũ et longinquiora Italiæ ab Auſonio mari nõ carẽt gloria Tarẽtina, et Seruitiana, et Coſentiæ genita, & Tempſæ ac Babiæ Lucanaq; antecedẽtibus Thurinis. Oĩm uero eorũ maxime illuſtrata Meſſalæ potu et ſalute Lagarina, non ꝓcul Grumẽto naſcẽtia. Campania nup excitauit nouis noĩbus autoritatẽ, ſiue cura, ſiue caſu ad quartũ à Neapoli lapidẽ Trebellicis, iuxta Capuam Caulinis, et ĩ ſuo agro Trebulanis, alioqn ſemp inter plebeia et Trifollinis gloriata. Nam Põpeianis ſummũ X. annorũ incrementũ eſt, nihil ſenecta conferente. Dolore etiã capitũ in ſextam horã diei ſequentis infeſta

feſta deprehẽduntur. Quibus exẽplis (niſi fallor) manifeſtũ eſt, patriã terramq; referre non uuã: & ſuperuacuã generũ conſectationẽ in numerũ, cum eadem uitis aliud alijs locis pullulet. Hiſpaniarum Laletana copia nobilitantur. Elegantia uero Tarraconenſia, atq; Lauroneſia & Balcarica ex inſulis conferũtur Italiæ primis. Nec ignoro multa prætermiſſa plerosq; exiſtimaturos, quãdo ſuum cuiq; placet: et quocunq; eatur, fabula eadẽ repiatur. Diui Augusti iudiciorũ ac palati pitiſſimum è libertis, cenſurã uini in epulas eius faciẽtẽ, dixiſſe hoſpiti de indigena uino, nouum quidem ſibi guſtum eſſe eum, atque non ex nobilibus, ſed Cæſarem non aliud potaturum. Nec negauerim & alia digna eſſe fama. Sed de quibus conſenſus æui iudicauerunt, hæc ſunt.

Vina tranſmarina. Caput. .VII.

Modo nunc ſimili tranſmarina dicemus. In ſumma gloria poſt Homerica illa, de qbus ſuprà diximus, fuere Thaſiũ Chiumq;. Ex Chio qd' aruiſium uocant. His addidit Leſbiũ Eraſiſtrati maximi medici autoritas, circiter .DL. annum urbis Romæ. Nunc gratia ante oĩa eſt Clazomenio, poſtquam parcius mari condiunt. Leſbium ſponte naturæ ſuæ mare ſapit. Nec Tmolio per ſe gratia ut uino; ſed cuius dulci admixto, reliquorũ duritia ſuauitatẽ accipiat, ſimul & ætatẽ, quoniã uetuſtiora protinus uidentur. Ab his dignatio eſt Sycionio, Cyprio, Tel-

meſico,

meſico, Tripolitio, Berytio, Tyrio, Sebennytico. In Aegypto hoc naſcitur tribus generibus uuarum, ibi nobilius Thaſio & Alopece. Poſt hæc autoritas hippodomãtio, myſtico, cãtharitæ, ꝓtropo, gnidio, catacecaumenitæ, petritæ, myconio. Nam meſogiten capitis dolores facere cõpertum eſt. Nec Epheſiũ ſalubre eſſe, quoniam mari & defruto condiatur. Apamenum mulſo præcipue conuenire dicitur, ſicut prætutium in Italia. Eſt enim & hæc ꝓprietas generũ, ut dulcia utiq; inter ſe non congruant. Exoleuit & ꝓtagion, quod Italicis ꝓximum fecerant Aſclepiadis ſcholæ. Apollodorus medicus ĩ uolumĩe quo ſuaſit Ptolemæo regi quæ uina biberet, Italicis etiã tum ignotis, laudauit in Ponto naſperceniten, mox orœticum, œneatẽ, leucanium, ambraciotẽ, et quod cunctis prætulit præparentium. Sed minoris famæ eſſe dixit, quoniam poſt ſex annos non placeret.

De uino quod uocatur biæon, genera ſeptem. Caput .VIII.

HActenus bonitas uini nationibus debetur. Apud græcos iure clariſſimũ nomẽ accepit, quod appellauerunt biæon, ad plurimos ualetudinũ uſus excogitatum, ut docebimus in parte medicinæ. Fit aũt hoc modo: Vuæ paulum ante maturitatẽ decerptæ, ſiccantur acri ſole, ter die uerſatæ per triduum, quarto exprimũtur, dein cadis ſole inueterantur. Cui marinã aquã largiorẽ miſcent, à ſerui furto

origine orta, ſic menſurā explētis: Idq; tranſlatū in albū muſtū leucochrū appellatur. In alijs aūt genti bus ſimili modo factū tethalaßomenon uocant. Tha laſſiten aūt uaſis muſti deiectis in mare: quo genere præcox fit & uetuſtius. Necnō apud nos quoq; Coū uinum ex Italico faciendi, rationem Cato demōſtra uit, ſuper cætera in ſole quadriennio maturandum præcipiēs. Rhodium Coo ſimile eſt. Phorineum ſal- ſius Coo. Omnia tranſmarina ſeptem aut ſex annis ad uetuſtatem mediam peruenire exiſtimantur. Vel leucocniū

De dulcium generibus. XIIII. Ca. .IX.

VInū omne dulce minus odoratū, quo tenuius eo odoratius. Colores uinis quatuor. Albus, fuluus, ſanguineus, niger. Pſythiū et melampſythiū paſſi genera ſunt, ſuum ſaporem, non uini referen- tia. Ciſibilites uero mulſi, in Galatia naſcēs, et balin cium in Sicilia. Nam ſiræum, quod alij hepſema, no- ſtri ſapam appellant, ingenij non naturæ opus eſt, muſto uſq; ad tertiā partem mēſuræ decocto. Quod ubi factū ad dimidiā eſt, defrutum uocamus. Omnia in adulterium mellis excogitata. Sed priora uua ter raq; conſtant. Paſſum à Cretico Cilicium proba- tur & Africum, & in Italia prouincijsq; finitimis. Fieri certum eſt ex uua, quam græci ſticam uocant, nos apianam. Item ſcirpula, diutius in uite ſole uuis aduſtis, aut feruente oleo. Quidam è quacunq; dul- ci, dum præcocta alba faciunt ſiccantes ſole, donec

paulo amplius dimidium pondus ſuperſit, tuſaſq; leniter uuas exprimunt. Deinde quantum expreſſere, adijciunt uinaceis aquæ puteanæ, ut ſecundarium paſſum faciant. Diligentiores eodem modo ſiccatis acinos eximunt, ac ſine ſarmentis madefactos uino excellenti, donec intumeſcant, exprimunt. Et hoc genus ante cætera laudant. Ac ſimili modo aqua addita, ſecundarium faciũt. Medium inter dulcia uinum eſt, quod Græci aigleuces uocant, hoc eſt, ſemper muſtum. Id euenit cura, quoniam feruere prohibetur. Sic enim appellant muſti in uina tranſitum. Ergo mergunt è lacu protinus in aqua cados, donec bruma tranſeat, & conſuetudo fiat algendi. Eſt etiamnum aliud genus eius per ſe, quod uocat dulce Narbonenſis prouincia, & in ea maxime Vocontia. Aſſeruatur eius gratia uua diutius in uite pediculo intorto. Ab alijs ipſe palmes inciditur in medullam, ab alijs uua torretur in tegulis: omnia ex Heluenna ca uite. His adijciunt aliqui, quod uocant diachyton, uuis in ſole ſiccatis, loco clauſo per dies ſeptem, in cratibus, totidem pedibus à terra alte, noctibus à rore defenſis, octauo die calcatis. Ita fieri optimi odoris ſaporisque. Dulci è genere eſt & melitites. Diſtat à mulſo quod fit è muſto, cum quinque congijs auſteri, muſti congio, mellis & ſalis cyatho ſufferuefactis, auſterum. Sed inter hæc genera potuum ponere debeo & protropũ: ita appellatur à quibuſdã

muſtum ſponte defluens, antequam calcentur uuæ. Hoc protinus diffuſum lagenis ſuis deferuere paßi, poſtea in ſole quadraginta diebus torrent æſtatis ſecutæ ipſo canis ortu.

De deuterijs & ſecũdarijs uini genera tria. Caput .X.

NOn poſſunt iure dici uina, quæ Græci deuterias appellant, Cato & nos loram, maceratis aqua uinaceis. Sed tamen inter uina operaria numerantur. Tria eorum genera: Decima parte aquæ addita quæ muſti expreſſa ſit, & ita nocte et die madefactis uinaceis, rurſusq; prælo ſubiectis. Alterum qđ hoc modo Græci factitauere, tertia parte eius qđ expreſſum ſit addita aquæ, expreſſoq; decocto ad tertias partes. Tertiũ eſt fæcibus uini expreſſum, qđ fæcatum Cato appellat. Nulli ex his plus q̃ anno uſus.

Cato lib. de re ruſt. capi. 57. Vinũ, inqt, familiæ, ubi uindemia facta erit, lorã bibãt menſes tres. Hoc uinũ alibi loriã idẽ Cato appellat & tortiuum.

Quæ nuper in Italia generoſa uina eſſe cœperunt. Caput .XI.

VErũ inter hæc ſubit mentẽ, cũ ſint genera nobilia, q̃ ꝓprie uini intelligi poßint. LXXX. ferè ĩ toto orbe, duas ꝑtes ex hoc numero Italiæ eſſe, lõge prætera ante cũctas terras. Et hinc deĩde altius cura ſerpit, non à primordio hanc gratiã fuiße.

De uini obſeruatione à Romulo rege poſita. Caput .XII.

AVtoritatẽ poſt ſexcẽteſimũ forte urbis annũ cœpiſſe. Romulũ lacte nõ uino libaſſe, ĩdicio

ſunt ſacra ab eo inſtituta, quæ hodie cuſtodiunt morem. Numæ regis poſthumia lex eſt: Vino rogũ ne reſpergito. Quod ſanxiſſe illum propter inopiam rei nemo dubitet. Eadem lege, ex imputata uite libari uina dijs, nefas ſtatuit, ratione excogitata, ut putare cogerentur, aliâs aratores & pigri circa ar buſti pericula. M. Varro autor eſt, Mezentium Hetruriæ regem auxilium Rutylis contra Latinos tuliſſe uini mercede, quod tum in Latino agro fuiſſet.

Qui uini uſus antiquis, & de uinis antiquorum. Caput .XIII.

Mecennij ex lectiõe Seruij in pri. Aenei. At ex Valerio li. 6. tit. de ſeueritate Metelli.

NOn licebat id fœminis Romæ bibere. Inuenimus inter exempla, Egnatij Mecennij uxorem, q̃ uinum bibiſſet è dolio, interfectam fuſte à marito, eumq́; cædis à Romulo abſolutũ. Fabius Pictor in annalibus ſuis ſcripſit: Matronam q̃ loculos, in quibus erant claues uinariæ cellæ, reſignauiſſet, à ſuis inedia mori coactam. Cato, ideo propinquos fœminis oſculum dare, ut ſcirent an temetum oleret. Hoc tum nomen uino erat, unde & temulẽtia appellata. Cn. Domitius iudex pnunciauit mulierẽ uideri plus uini bibiſſe, q̃ ualetudinis cauſa uiro inſciente, ac dote multauit. Diuq́; eius rei magna parſimonia fuit. L. Papyrius imperator aduerſus Samnites dimicaturus, uotum fecit, ſi uiciſſet, Ioui pocillũ uini. Denique inter dona ſextarios lactis datos inuenimus, nuſquam uini. Idem Cato cum in Hiſpaniam nauigaret,

unde cum triumpho rediјt: Non aliud, inquit, uinum bibi q̄ remiges, i tantū diſsimilis iſtis, q etiā conuiuiſ alia q̄ ſibimetipſis miniſtrāt, aut ꝑcedente mēſa ſub ijciunt. Laudatiſſima apud priſcos uina erant miro odore condita, ut apparet in Plauti fabula, quæ Perſa inſcribitur, quanquam in ea & calamum addi iubet. Ideo quidā aromaticis delectatos maxime credunt. Sed Fabius Dorſemnus his uerſibus decreuit:

Mittebant uinum pulchrum, murinam.

Et in Achariſtione:

Panem, & polentam, uinum murinam.

Scæuolam quoq; & Læliū, & Atteium Capitonē in eadē ſententia fuiſſe uideo, quoniam in Pſeudulo ſit:

Quod ſi opus eſt, ut dulce promat
Indidem, ecquid habet, rogas?
Murinam, paſſum, defrutum, mellinam.

Quibus apparet non inter uina modo murinam, ſed inter dulcia quoq; nominatum.

De apothecis, et de uino Opimiano. Ca. XIIII.

Apothecas fuiſſe & diffundi ſolita uina, anno DCXXXIII. urbis, apparet īdubitato Opimiani uini argumēto, iam intelligēte ſuum bonū Italia. Nondū tamē iſta genera in claritate erant. Itaque omnia tunc genita unum habēt conſulis nomen. Sic quoque diu tranſmarina fuerunt in autoritate ad atauos uſque noſtros, etiam Falerno iam reperto, ſicut apparet ex illo comico uerſu Anaxipolis Thaſij:

Quinq; Thaſij uini inde depromã, Falerni bina. P. Licinius Craſſus, & L. Cæſar cenſores anno urbis conditæ .DCLXXV. edixerunt, ne quis uinum Græcum aminæumq; octonis aſsis æris ſingula quadrantalia uẽderet. Hæc enim edicti uerba ſunt: Tanta uero uino Græco grã erat, ut ſingulæ potiones in uno conuictu darẽtur. Quibus uinis autoritas fuerit ſua ĩ mẽſa, M. Varro his uerbis tradit: L. Lucullus puer apud patrẽ nunq̃ lautum cõuiuium uidit, in quo plus ſemel Græcũ uinũ daretur. Ipſe cum redijt ex Aſia, milia cadorum congiorum diuiſit amplius centum. C. Cenſius quem prætorem uidimus, Chium uinum in domum ſuam illatum dicebat tum primum, cum ſibi cardiaco medicus dediſſet. Hortẽſius ſuper decem cados hæredi reliquit. Hactenus Varro.

De liberalitate Cæſaris in uino, & quando primum genera uini factitij. Ca. .XV.

QVid ni? Et Cæſar dictator triumphi ſui cœna uini Falerni amphoras centum, Chij cados centum in conuiuia diſtribuit. Idẽ Hiſpanienſi triumpho Chium et Falernum dedit. Epulo uero in tertio conſulatu ſuo Falernum, Chium, Leſbium, Mamertinum, quo primum tempore quatuor genera uini appoſita cõſtat. Poſtea ergo alia omnia in nobilitatem uenerunt, circiter ſeptingenteſimum urbis annum.

De uinis factitijs. Ca. .XVI.

ITaq; non miror, innumerabilia penè genera factitij re-

ſitij reperta multis antè ſeculis, quæ nunc dicemus, omnia ad medicinæ uſum ptinentia. Omphaciũ quo modo fieret, propter unguẽta diximus priori libro. Fit è labruſca, hoc eſt, uite ſylueſtri, qđ uocatur œnanthinũ. Flores eius libris duabus in muſti cado macerati, poſt. XXX. dies mutãtur. Præter hoc radix labruſcæ & acini coria pficiunt. Ii paulo poſtq̃ defloruere, ſingulare remediũ habẽt ad refrigerandũ in morbis corporũ ardores, gelidiſſima (ut ferũt) natura. Pars eorũ æſtu moritur, priuſq̃ reliqui q ſolſtitiales dicũtur: uniuerſi nunq̃ matureſcũt. Et ſi prius q̃ tota uua matureſcat, incocta detur cibo gallinaceo generi, faſtidiũ gignit uuas appetẽdi. Fictitiorũ primum fit ex ipſo uino, qđ uocant adynamon, hoc modo: Albi muſti ſextarij. XX. aquæ dimidiũ: feruet donec excoquatur aquæ mẽſura. Alij marinæ ſextarios. X. tantũdem pluuiæ ĩ ſole. XL. diebus torrẽt. Dãt ægris qbus uini noxã timẽt. Proximũ fit è milij ſemine maturo cũ ipſa ſtipula (librã & quadrantẽ in congios duos muſti macerãt) & poſt ſeptimũ mẽſem transfuſo. Ex loto arbore & herba dictũ eſt uti quæque fierẽt. Fit et è pomis quæ dicemus, interpretationibus non niſi neceſſarijs additis. Proximũq; ei è palmis, quo Parthi et Indi utũtur & oriens totus, maturarũ (quas uocãt et Chydæas) modio in aquæ cõgijs tribus macerato expreſſoq;. Sic fit et ſycites è fico, quẽ alij *palmiprunũ, alij catorchiten uocãt. Aut ſi * Vel palmi-

 dulce primum.

dulce eſſe non libeat, ꝑ aqua tatundem uinaceorum adijciunt. Ex Cypria fico & acetum fit præcellens, atq; Alexandrino quoq; melius. Vinũ fit et ex ſiliqua Syriaca, & è piris, malorũq; oĩbus generibus. Sed è punicis, qđ rhoiten uocãt: et è cornis, meſpilis, ſorbis, moris ſiccis, nucleis pineis. Hi muſto madidi exprimuntur. Superiora per ſe mitia. Myrtiten Cato quemadmodũ fecerit, hoc paulo poſt indicabimus. Græci uero et alio modo. Ramis teneris cũ ſuis folijs in albo muſto decoctis, tuſis, librã in tribus muſti cõgijs deferuere faciũt, donec duo ſuperſint. Quod ita ſylueſtris myrti baccis factũ eſt, myrtidanũ uocant. Hoc manus tingunt. Ex his quæ in hortis gignuntur fit uinũ è radice, aſparago, cunila, origano, apij ſemine, abrotano, menthaſtro, ruta, nepeta, ſerpillo, marubio. Manipulos binos tundunt in cadũ muſti, et ſapæ ſextariũ, et aquæ marinæ heminã. E napis fit, XI. denariorũ pondere in ſextarios binos muſti addito. Itẽ è ſcilla, radice. Inter flores & roſæ folijs tuſis, in linteolo in muſtũ colatis cũ põduſculo, ut ſidat, XL. põdere denariorum in ſextarios uicenos muſti, nec ante tres mẽſes uaſe aperto. Itẽ è nardo gallico, et aliud è ſylueſtri. Aromatiten quoq; inueuio factitatum nõ tantũ unguentorum cõpoſitione, primo ex myrrha (ut diximus) mox è nardo celtico, calamo, aſphalato, bitumine, offis in muſtũ aut dulce uinum deſectis. Alij de calamo, iunco, coſto, nardo ſyriaco,

amomo,

amomo,caſſia,cinamomo,croco,palma,aſſaro,ſimiliter et offa. Apud alios nardi, & malabathri ſelibris in muſti cōgios duos additis: Qualia nūc quoq; fiūt pipere et melle addito,quæ alij cōdita,alij piperata appellāt. Inuenitur et nectarites ex herba,quā alij helenion,alij medicā,alij ſymphyton, alij idean et horeſtiō,alij nectareā uocāt,radice pōderis. XL. denariorū in ſextarios ſex muſti addita. Similiter in linteo. Ex cæteris herbis collatis fit abſynthites in XL. ſextarijs muſti abſynthij Pontici libra decocta ad tertias ptes,uel ſcopis abſynthij in uinū additis. Similiter hyſſopites è Cilicio hyſſopo, uncijs tribus in duos congios muſti cōiectis,aut tuſis in uinū. Fiūt utraq; et alio mō,circa radices uitiū ſato. Sic et elleboritē fieri ex ueratro nigro Cato docet. Sic fit & ſcāmonites. Mira uitium natura ſaporē alienū in ſe trahendi,qualem & redolent ſalicū Patauinarū in paluſtribus uindemiæ. Sic et elleborū ſeritur in Thaſo,aut cucumis ſylueſter,aut ſcammonea,quod uinū ectromatiū uocāt,quoniā abortus facit. Fit et ex herbis,quarū natura ſuo loco dicetur. E ſtichade et radice gentianæ,& tragorigano,& dictamo, aſſaro, dauco,eliſphaco,panace,acoro, conyza,thymo,mādragora,iunco. Vocarunt & ſycinū,& ithacomelin,& lectiſphagiten,quorum iam obliterata ratio eſt. Ex fruticum uero genere cedri utriuſq;,cupreſſi,laurus,iuniperi,pini,piri,terebinthi, calami,lentiſci. Bac

tiſci. Baccas aut lignum recens muſto decoquunt. Itē chamælcæ, & chamæpityos, et chamædryos lignū. Eodem modo & ex flore, in congium muſti decem denariorum pondere addito.

De hydromeli & oxymeli. Ca. .VII.

FIt uinum ex aqua ac melle tantū. Quinquēnia ad hoc ſeruari cæleſtē iubent aliqui prudentiores. Alij ſtatim ad tertias partes decoquunt, & tertiam mellis ueteris adijciunt. Deinde. XL. diebus canis ortu in ſole habent. Alij diffuſa ita decimo die obturant. Hoc uocatur hydromel, et uetuſtate saporē uini aſſequitur, nuſquā laudatius q̃ in Phrygia. Quin & acetum melle temperabatur: adeo nihil intentatum in uita fuit. Oxymel hoc uocarūt, mellis decem libris, aceti ueteris heminis quinque, ſalis marini libra, aquæ pluuiæ ſextarijs quinq; ſufferucfactis decies, mox elutriatis, atq; ita inueteratis. Omnia ab Themiſone ſummo autore damnata. Et hercule coactus eorū uſus uideri poteſt, niſi ſi quis naturæ opus credit aromatitē, & ex unguentis uina compoſita, aut ut biberentur genuiſſe eam frutices. Iſta ſunt cognitu iucunda, ſolertia humani animi omnia exquirente. Nihil quidem ex his anno durare, præterquā quæ uetuſtate ipſa fieri diximus, & plura ne tricenis quidem diebus, non erit dubium.

Prodigioſa genera uini. Ca. .XVIII.

SVnt et in uino ꝓdigia. Dicitur in Arcadia fieri quod fæ-

quod fœcũditatem fœminis importet, uiris rabiem. At in Achaia maxime circa Caryniam abigi partũ uino, atq; etiam ſi uuam edant grauidæ, cum differentia in guſtatu non ſit. Trœzeniũ uinũ qui bibũt, negantur generare. Thaſios duo genera uini diuerſa facere ꝓditur. Vnũ quo ſomnus concilietur, alterum uero quo fugetur. Apud eoſdẽ uitis theriace uocatur, cuius & uinũ & uua cõtra ſerpentium ictus medetur. Libaneos thuris odore, ex qua dijs ꝓlibãt. E diuerſo aſpendios damnata à feris. Ferunt eã nec ab alite ulla attingi. Thaſiã uuam Aegyptus uocãt apud ſe prædulcẽ quæ ſoluit aluum. Eſt cõtra in Lycia quæ ſolutũ firmat. Aegyptus et Ecbolinã habet abortiuos facientẽ. Vina in apothecis canis ortu mutantur quædã, poſteaq; reſtituuntur ſibi. Sic & maris nauigio, cuius iactatus his quæ durauerint tantũ uetuſtatis adijcere ſentitur, quantum habuerint.

Quibus uinis ad ſacra uti fas non ſit, et qbus generibus muſta condiantur. Caput .XIX.

ET quoniã religione uita conſtat, ꝓlibare dijs nefaſtũ habetur uino, præter imputatæ uitis, fulmine tactæ: quãq; iuxta hoĩs mors laqueo pependerit, aut uulneratis pedibus calcata, et quod circũciſis uinaceis profluxerit, aut ſuperne deciduo immũdiore lapſu aliquo polluta. Item græca, quoniam aquam habeat. Vitis ipſa quoq; manditur decoctis caulibus ſummis, qui et cõdiuntur ĩ aceto ac muria.

Verum et

Verum & de apparatu uini dixiſſe conueniat, cum Græci priuatim ea præcepta tradiderint, artéq; fecerint, ſicut Euphronius, & Ariſtomachus, & Coniades, & Nicetius. Africa gypſo mitigat aſpitatẽ, necnõ aliquibus ſui partibus calce. Græcia argilla, aut marmore, aut ſale, aut mari, lenitatẽ excitat. Italiæ in parte aliqua radulana pice, ac reſina: cõdire muſta uulgare eſt ei, & puincijsq; finitimis. Anni prioris uina nonnuſq̃ fece acetóue cõdiunt. Necnõ et ex ipſo muſto fiunt medicamina. Decoqtur ut dulceſcat portione uiriũ. Nec durare ultra annuũ ſpatium tale proditur. Aliqbus in locis decoquunt ad ſapas muſta, infuſiq; his ferociã frangũt. Et ĩ hoc tamẽ genere, et in oĩ alio ſubminiſtrãt uaſa ipſa cõdimentis picis. Cuius faciẽdæ ratio proximo dicetur uolumine.

De picis generibus, et reſinis, & muſtis condiendis, & de aceto, & fæce. Ca. .XX.

ARborum ſucco manãtium picem reſinamq;, aliæ ortæ in oriente, aliæ in Europa ferũtur. Quæ intereſt Aſia, utrinq; quaſdã habet. In oriente optimam tenuiſſimamq; terebinthi fundunt: deinde lentiſci, quã et maſticen uocant: poſtea cupreſſi acerrimam ſapore. Liquidam omnes, & tantũ reſinam: craſſiorẽ uero, et ad pices faciẽdas cedrus. Arabica reſina alba eſt, acri odore, difficilis coquenti. Iudaica calloſior, & terebinthi quoq; odoratior. Syriaca Attici mellis ſilĩtudinem habet. Cypri antecedit oẽs.

Eſt autē melleo colore, carnoſa. Colophonia præter cæteras fulua, ſi teratur alba fit, grauior odore, & ob id non utuntur ea unguētarij. In Aſia quæ fit è picea admodū cādida, ſpargos uocatur. Reſina oīs diſſoluitur oleo. Quidā & creta figlinarum hoc fieri arbitrātur. Pudetq; cōfiteri, maximū iā honorē eius eſſe in euellēdis à uirorum corporibus pilis. Ratio aūt cōdiendi muſta, in primo feruore, q nouē diebus cum plurimum peragitur, aſperſu picis, ut odor uino contingat, & ſaporis quædā acumina. Vehementius id fieri arbitrantur crudo flore reſinæ, excitariq; lenitatem. E diuerſo crapulā compeſci, et feritatē nimiam, frāgiq; uirus: aut ubi pigra lenitas torpeat, uirus addi. Liguriæ maxime circūpadanisq; muſtis utilitas diſcernitur hoc mō: Pugnacibus muſtis crapulæ plus īditur, lenibus parcius. Sunt q et ex nitro quoq; cōdiri uelint. Necnon alia æque multiplici natura. Vitiumq; muſto quibuſdā in locis, iterū ſponte feruere: qua calamitate cū deferbuit deperit ſapor, uappæq; accipit nomen ꝓbroſum, etiam hominū, cū degenerauerit animus. Aceti enī nequitiæ ineſt uirtus magnos ad uſus, & ſine quis uita mitior degi non poſſit. Cætero uinorum medicaminis tanta cura eſt, ut cinere apud quoſdam, ceu gypſo alibi quibus diximus modis inſtaurentur. Sed cinerē è uitis ſarmentis, aut quercu præferūt. Quin & marinam aquam eiuſdē rei gratia ex alto peti iubēt, ſeruariq; ab æquinoctio uer

noctio uerno, aut certe nocte ſolſtitio & aqlone flan te hauriri, uel circa uindemiam ſi hauriatur decoqui. Pix in Italia ad uaſa uino condendo maxime ꝓbatur brutia. Fit è picea reſina. In Hiſpania autem è piceaſtris, minime laudata. Eſt enim reſina harum amara et arida, et graui odore. Differentiã rationẽ q; faciẽdi ꝓximo uolumine demõſtrabimus inter ar bores feras. Vitia præter ſupradicta, acor, aut fumi dum uirus, aut picis aduſtio. Experimentum uero ſi fragmẽta ſubluceãt, ac ſub dente lẽteſcat acore iucũ do. Aſia picẽ Indicã maxīe ꝓbat, Græcia Piericam, Virgilius Naritiã. Diligẽtiores admiſcẽt nigrã ma ſticẽ, quæ in Ponto bituminis ſimilis gignitur, et iris radicẽ oleumq;. Nam cerã accipientibus uaſis com pertũ eſt uina aceſcere. Sed transferre in ea uaſa in qbus acetũ fuerit utilius, q̃ in ea in quibus dulce, aut mulſum. Cato iubet uina cõcinnari, (hoc enim utitur uerbo) cineris lixiuij, cũ defruto cocti parte quadra geſima, pulegij uel ſalis ſeſquilibra. Interim & tuſo marmore. Facit & ſulphuris mentionẽ, reſinæ uero in nouiſſimis. Super omnia addi matureſcẽte iam uino iubet muſtum, quod ille tortiuũ appellat. Nos intelligimus nouiſſime expreſſum: & adijci muſtis tin gendi gratia coloris, ut pigmentũ aliqđ uini, atq; ita pinguius fieri. Tot ueneficijs placere cogitur: & miramur noxia eſſe. In uitiũ inclinantis, experimentũ eſt laminæ plumbeæ mutatus in eo colos. Proprium

autem

autem inter reliquos liquores uino,muceſcere,aut in acetũ uerti. Extantq́; medicinæ uolumina. Et fex uini ſiccata recipit ignes,ac ſine alimento ꝑ ſe flagrat. Cinis eius nitri naturam habet,eaſdemq́; habet uires. Hoc amplius quo pinguius ſentitur.

De cellis uinarijs. Caput .XXI.

MAgna et collecto iã uino differentia in cella. Circa alpes ligneis uaſis cõdunt,circuliſq́; cingunt,atq́; etiã hyeme gelida ignibus rigorẽ arcent. Mirũ dictu,ſed aliquando uiſum,ruptis uaſis ſtetere glaciatæ moles ꝓdigij modo,quoniã uini natura non gelaſcit,aliâs ad frigus ſtupens tantũ. Mitiores plagæ dolijs condunt,infodiuntq́; terræ tota, aut ad portionẽ ſitus: Item cælũ præbent. Alibi uero impoſitis tectis arcent, traduntur´q; ad hæc præcepta. Latus cellæ uinariæ,aut certe feneſtras obuerti in aquilonẽ oportere,uel uſq; in exortũ æquinoctialem. Sterquilinia et arborum radices ꝓcul abeſſe, omniaq́; odoris euitandi facillimo in uina tranſitu: ficos utiq; et caprificos. Dolijs etiã interualla dari, ne inter ſeſe uitia ſerpant,cõtagione uini ſemꝑ ocyſſima. Quin & figuras referre. Ventroſa ac patula minus utilia. Picari oportere protinus à canis ortu, poſtea ꝓfundi marina aqua, aut ſalſa,ac leui cinere ſarmenti ea aſꝑgi,uel argilla aſꝑa,myrrha ſuffiri, ipſaſq́; ſæpius cellas. Imbecilla uina demiſſis in terrã dolijs ſeruãda,ualida expoſitis. Nunquã implenda.

Et quod

Et quod ſuperſit, paſſo aut defruto perungendũ, admixto croco, pice ueteri cũ ſapa. Sic coopercula doliorũ medicãda, addita maſtice ac pice. Bruma aperiri uetant, niſi ſereno die. Vetant auſtro flante, lunáue plena. Flos uini candidus ꝓbatur, rubens triſte ſignum eſt, ſi non is uini colos ſit. Item uaſis incaleſcẽtibus, operculisue ſudãtibus. Quod celeriter florere cœperit, odoremq; trahere, non fore diutinum. Ipſa quoq; defruta ac ſapas, cum ſit cælum ſine luna, hoc eſt in ſyderis eius coitu, neq; alio die coqui iubẽt. Præterea plumbeis uaſis non æreis, nucibus iuglandibus additis: eas enim fumum excipere. Campaniæ nobiliſſima expoſita ſub diuo in cadis uerberari ſole, luna, imbre, ac uentis aptiſſimum uidetur.

De uitanda ebrietate. Caput. .XXII.

AC ſi quis diligentius reputet, in nulla parte operoſior uita eſt, ceu non ſaluberrimum ad potum aquæ liquorẽ dederit, quo cætera omnia animantia utuntur. At nos uinum bibere & iumenta cogimus: tantoq; opere, tanto labore et impẽdio conſtat, quod hoĩs mentẽ mutet, ac furorem gignat, milibus ſcelerũ huic deditis tanta dulcedine, ut magna pars non aliud uitæ præmium intelligat. Quinimo ut plus capiamus, ſacco franguntur uires. Et alia irritamenta excogitantur. Ac bibendi cauſa etiã uenena conficiuntur. Alijs cicutam præſumentibus, ut bibere mors cogat. Alijs pumicis farinã, et quæ referendo

ferendo pudet docere. Cautiſsimos ex his balineis quoq; coqui uidemus, exanimesq; efferri. Iam uero alios lectū expectare nō poſſe, imò uero nec tunicā, nudosq; ibi ꝓtinus et anhelos ingētia uaſa corripe, uelut ad oſtentationē uiriū, ac plene infundere ut ſtatim euomant, rurſusq; hauriant, idq; iterū tertioq; : tanq̄ ad pdenda uina geniti, et tanq̄ effundi illa non poſsint, niſi p humanū corpus. Ad hæc pertinent pe grinæ exercitationes, et uolutatio in cœno, ac pectoroſa ceruicis repandæ oſtētatio. Per oīa hæc prædicatur ſitis quæri. Iam uero quæ uaſa adulterijs cælata? tanq̄ per ſe parū doceat libidines temulētia. Ita uina ex libidine hauriūtur, atq; etiam præmio inuitatur ebrietas. Et ſi dijs placet, emitur alius, ut uel quantū biberit, tantū edat: & pretium uinolētiæ lege accipit. Alius quantū alea quæſierit, tantū bibit. Tunc auidi matronā oculi licentur, tunc graui produntur marito. Tunc animi ſecreta ꝓferuntur. Alij teſtamēta ſua nūcupant. Alij mortifera loquuntur, redituraſq; p iugulū uoces nō continēt, q̄ multis ita interēptis. Vulgoq; ueritas iam attributa uino eſt. Interea ut optime cadat, ſolē oriētem non uident, ac minus diu uiuunt. Hinc pallor, et genæ pendulæ, oculorum ulcera, tremulæ manus, effundentes plena uaſa, et (quæ ſit pœna præſens) furiales ſomni, & inqes nocturna. Præmiumq; ſummū ebrietatis libido portentoſa, ac iucundū nefas. Poſtera die ex ore halitus

fœtidi, ac ferè rerum oĩm obliuio, morsq; memoriæ. Rapere ſe ita uitã prædicant, cum priorẽ diem quotidie pdant, imò uero et uenientẽ. Tib. Claudio principe ante hos. XL. annos inſtitutũ, ut ieiuni biberẽt, potusq; uini antecederẽt cibos, externis et hoc artibus, ac medicorũ placitis nouitate aliqua ſeſe cõmendantiũ. Gloriã hac uirtute Parthi quærũt. Famam apud Græcos Alcibiades meruit. Apud nos cognomẽ etiam Nouellus Tricongius Mediolanẽſis, ad pconſulatum uſq; è prætura honoribus geſtis, tribus congijs (unde & cognomen illi fuit) epotis uno impetu, ſpectante miraculi gratia Tiberio principe in ſenecta iam ſeuero, atq; etiam aliâs ſæuo, ſed ipſa iuuẽta ad merum pronior fuerat. Eademq; commẽdatione, credidere L. Piſonẽ urbis Romæ curatorẽ ab eo delectum, q, biduo duabusq; noctibus ppotationem continuaſſet apud ipſum iam principẽ. Nec alio magis Druſus Cæſar regeneraſſe patrem Tiberiũ ferebatur. Tricongij rara gloria (quãdo & hæc ars ſuis legibus conſtat) non labaſſe ſermone, nec leuatũ uomitione, non altera corporis parte. Dum biberet matutinas obiſſe uigilias, plurimũ hauſiſſe uno potu. Plurimũ præterea alijs minoribus addidiße, optima fide, non reſpiraſſe in hauriẽdo, neq; expuiſſe, nihilq; ad elidendũ in pauimentis ſonum ex uino reliquiſſe. diligenti ſcito legum contra bibendi fallacias. Tergilla Ciceronem M. filium binos congios ſimul hau

Nouellus Torquatus, ut Budæus legẽdum contendit.

rire

uire ſolitũ ipſi obijcit, Marcoq; Agrippæ à marcido ac temulẽto ſcyphũ impactũ. Etenim hæc ſunt ebrietatis opera. Sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero uoluit interfectori patris ſui M. Antonio. Is enĩ ante eum auidiſsime apprehẽderat hanc palmã, edito etiam uolumine de ſua ebrietate: quo patrocinari ſibi auſus, approbauit plane (ut equidem arbitror) quanta per temulentiam mala terrarum orbi intuliſſet. Exiguo tempore ante præliũ Actiacum illud uolumen euomuit. Quo facile intelligatur ebrius iam ſanguine ciuiũ, & tanto magis eum ſitiens. Nanq; et hæc neceſsitas uitiũ comitatur, ut bibendi cõſuetudo augeat auiditatem. Scitumq; eſt Scytharum legati, quanto plus biberint, tanto magis ſitire Parthos. Eſt & occidẽtis populis ſua ebrietas, fruge madida. Pluribusq; modis per Gallias Hiſpaniasq; nõibus alijs, ſed ratione eadem. Hiſpaniæ iam & uetuſtatem ferre ea genera docuerunt. Aegyptus quoque è fruge ſibi potus ſimiles excogitauit. Nulláque in parte mundi ceſſat ebrietas. Meros quippe hauriunt tales ſuccos, nec diluendo ut uina mitigant. At Hercule illic tellus fruges parere uidebatur. Heu mira uitiorum ſolertia, inuẽtum eſt quemadmodum aqua quoq; inebriaret. Duo ſunt liquores corporibus humanis gratiſsimi, intus uini, foris olei, arborum è genere ambo præcipui, ſed olei neceſſarius. Nec ſegniter uita in eo elaborauit. Quanto tamen in potu ingenioſior

apparebat, ad bibendum generibus centumnonagin taquinque: ſi ſpecies uero æſtimentur, penè duplici numero excogitatis, tantóque paucioribus olei: De quo in ſequenti uolumine dicemus.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LI. .XV.

Naturæ frugiferarũ arborũ. Ca. .I.

De olearũ generibus, præter alios q noti ſatis eē poſſũt, habes Macrob. li. 3. ſat.

OLEAM THEOPHRAſtus celeberrimus è Græcorũ autoribus, urbis Romæ anno circiter quadrĩgenteſimoquadrageſimo, negauit niſi intra .XL. M. paſſ. à mari naſci: Feneſtella uero oĩno non fuiſſe in Italia, Hiſpania, atq; Africa, Tarquinio Priſco regnãte, ab annis po. Ro. CLXXXIII: quæ nũc puenit trans Alpes quoq;, & ĩ Gallias Hiſpaniasq; medias. Vrbis quidem anno qngenteſimoquinto, Appio Claudio Cæci nepote, L. Iunio conſulibus, olei libræ duodenæ aſsibus uenicre. Et mox anno ſexcenteſimooctogeſimo, M. Seruius, T. F. ædilis curulis olei denas libras ſingulis aſsibus præſtitit po. Ro. per totum annum. Minus ea miretur, qui ſciat poſt annos

.XXII.

XXII.Cn.Pompeij. IIII.conſulatu oleū prouincijs Italiam miſiſſe. Heſiodus quoq; in primis cultū agrorum docendā arbitratus uitam, negauit oleæ ſatorē fructum ex ea percepiſſe quenquam. Tam tarda tūc res erat. At nunc etiam in plantarijs ſerunt, tranſlatarumq; altero anno decerpuntur baccæ. Fabianus negat puenire in frigidiſſimis oleā, neq; in calidiſſimis. Genera earū tria dixit Virgilius, orchites et radios, & pauſias. Nec deſiderare raſtros, aut falcē ul lam, aut curā. Sine dubio & in ijs ſolū maxime cælumq; referre. Verūtamen attondētur ſicut et uites, atq; etiam interradi gaudent. Conſequens earū uindemia eſt, arsq; uel maior, oleum q̄ muſta temperandi. Ex eadē quippe oliua differūt ſucci. Primum oīm cruda, atque nondum inchoatæ maturitatis, hæc ſapore præſtātiſſimo. Quin & ex ea prima unda præli laudatiſſima, ac deinde per diminutiones, ſiue (ut nuper inuentum eſt) exilibus regulis pede incluſo. Quanto maturior bacca, tanto pinguior ſuccus, minus q; gratus. Optima autem ætas ad decerpendum, inter copiam bonitatemq; incipiente bacca nigreſcere. Noſtri uocant drupas, Græci uero drypetas. Cætero diſtat, an maturitas illa in torcularibus fiat, an ramis: rigua fuerit arbor, an ſuo tantum bacca ſucco, nihilq; aliud quàm rores cæli biberit.

Georg.2. Orchites et radij et amara pauſia bacca. etc.

De oleo. Caput .II.

VEtuſtas oleo tædiū affert, non itē ut uino, plu

rimūq; ætatis annuo eſt,ꝓuida(ſi libeat intelligere) natura:quippe temulentiæ naſcentibus uinis,uti neceſſe nō eſt.Quinimo īuitat ad ſeruandū blāda inueterati caries. Oleo uoluit parci, fecitq; ueteratū ea neceſsitate ꝓmiſcuū.Et uulgo principatū in hoc quoq; bono obtinuit Italia toto orbe, maxīe agro Venafrano,eiusq; parte,quæ Licinianū fundit oleū,unde et Liciniæ gloria præcipua oliuæ.Vnguēta hāc palmam dedere accōmodato ipſis odore. Dedit et palatum delicatiore ſentētia.Cætero baccas Liciniæ nulla auis appetit. Reliquū certamē inter Iſtriæ terrā & Bæticæ par eſt.Vicina bonitas prouincijs,excepto Africæ frugifero ſolo. Cæteris totum id natura conceſſit. Oleum ac uinum inuidit tantū;ſatisq; gloriæ in meſſibus fecit.Reliqua erroris plena,quem in nulla parte uitæ numeroſiorē eſſe docebimus.

De natura oliuæ,et oleæ incipiētis. Ca. .III.

OLiuæ cōſtant nucleo,oleo,carne,amurca:Sanies eſt hæc eius amara.Fit ex aqs, ideo ſiccitatibus minima,riguis copioſa. Suus quidē oliuæ ſuccus eſt oleum,idq; præcipue ex immaturis intelligimus,ſicut de omphacio docuimus. Augetur oleū ab Arcturi exortu ad.XVI. Kal. Octobris,poſtea nuclei increſcunt & caro. Cum ſitienti imbres copioſi acceſſere,uitiatur oleum in amurcā.Huius color oliuam cogit nigreſcere.Ideoq; incipiente nigritia minimum amurcæ,ante eam nihil. Et error hominum

falſus,

ſalſus,exiſtimantiũ maturitatis initiũ,quod eſt uitio proximum. Deinde ꝙ oleũ creſcere oliuæ carne arbitrãtur,cum ſuccus omnis in corpus abeat,lignũq; intus grandeſcat. Ergo tum maxime rigãtur. Quod ubi cura multa ſiue imbribus accidit,oleum abſumitur,niſi ſecuta ſerenitate quæ corpus extenuet. Oĩno enĩ,ut Theophraſto placet,eſt olei cauſa calor,quare & in torcularibus & iam ĩ cellis multo igne quæritur. Tertia eſt culpa in parſimonia,quoniam propter impẽdium decerpẽdi expectatur ut decidat oliua. Qui medium temperamentũ in hoc ſeruant, perticis decutiunt,cum iniuria arborum,ſequentis anni damno. Quippe oliuãtibus lex antiquiſſima fuit: Oleam ne ſtringito, néue uerberato. Qui cautiſsime agunt,harũdine leui ictu, nec aduerſos percutiunt ramos. Sic quoque alternare fructus cogitur decuſsis germinibus. Nec minus,ſi expectatur ut cadat. Hærendo enim ultra ſuum tẽpus, abſumunt uenientibus alimentũ,& detinent locum. Argumentũ eſt,ꝙ niſi ante fauonium collectæ,nouas uires non reſumũt,& difficilius cadũt. Primũ ergo ab autumni colligitur initio,opere nõ natura pauſia,cui plurimum carnis: mox orchites,quibus olei poſt radios. Has enim ocyſſime occupat æſtas, qa ſunt tenerrimæ, & amurca cogit decidere. Differũtur uero etiam in Martium menſem calloſæ,contra humorem pugnaces: ob idq; minime,Licinia,Cominia. Contrà Sergia,& quam

Li.1.de cauſis plantarũ cap. 23. Ergo ſi id uerũ eſt, inqt, caloris naturæ datũ oĩno eſt,ut oleũ large poſſit præſtare. &c. Et li.6.c.10. Oleũ uero,inqt, non niſi ſucci mutatione creatur, qd' quia difficilius ſit, nõ temere dixerĩ, à calore cõfici ãpliori.

Sabini regiam uocant, non ante fauonij flatum ni-greſcentes, hoc eſt ad. VI.*idus* Febr. *Tunc arbitran tur eas matureſcere, et quoniã ꝓbatiſſimũ fiat ex ijs oleũ, accedere etiã ratio prauitati uidetur.* Ferũtq; *frigore ſterilitatẽ fieri, ſicut copiã maturitate: cũ ſit illa bonitas nõ tẽporis, ſed generis tarde putreſcẽtis in amurcam.* Similis *error collectã ſeruandi in tabu latis, nec priuſq̃ ſudet premẽdi, cum oĩ hora oleũ de-creſcat, amurca augeatur.* Itaq; *uulgo non amplius ſenas libras ſingulis modijs exprimi dicũt.* Amurcæ *menſurã nemo agit, quanto ea copioſior reperiatur in eodẽ genere diebus adiectis.* Omnino *in uita error publicus, tumore oliuæ creſcere oleum exiſtimanti-um: præſertim cũ magnitudine copiam olei non con ſtare, indicio ſint quæ regiæ uocantur, ab alijs maio rinæ, & ab alijs phauliæ, grandiſſimæ, alioquin mi-nimo ſucco.* Et *in* Aegypto *carnoſiſſimis olei exigu-um.* Decapoli *uero* Syriæ *perquam paruæ, nec cap-pari maiores, carne tamen cõmendantur.* Quam *ob cauſam* Italicis *tranſmarinæ præferũtur in cibis, cũ oleo uincantur.* Et *in ipſa* Italia *cæteris* Picenæ, & Sidiciæ. Sale *illæ priuatim cõdiuntur: et ut reliquæ, amurca ſapáue.* Necnon *aliquæ oleo ſuo ſine accerſi ta cõmendatione puræ innatant.* Colimbades *frangũ tur, eædemq; herbarum uiridiũ ſapore condiuntur.* Fiunt *et præcoces feruenti aqua perfuſæ, quamlibet immaturæ.* Mirũq;, *dulcẽ ſuccũ oliuas bibere, et alie-no ſapore*

no ſapore inſici. Purpureæ ſunt & in ijs, ut in uuis in nigrũ colorẽ tranſeuntibus, pauſiæ. Sunt et ſuperbæ præter iam dicta genera. Sunt et prædulces per ſe tantũ ſiccatæ, uuisq; paſſis dulciores: admodũ raræ in Africa, & circa Emeritã Luſitaniæ. Oleũ ipſum ſale uindicatur à pinguitudĩs uitio. Cortice oleæ conciſo odorẽ accipit medicati, aliâs ut uino palati gratia nulla eſt, nec tam numeroſa differentia: tribus ut plurimum bonitatibus diſtat. Odor in tenui argutior, & his tamen etiam in optima breuis.

De natura olei. Caput .IIII.

OLeo natura tepefacere corpus, et contra algores munire. Eidem feruores capitis refrigerare. Vſum eius ad luxuriã uertêre Græci, uitiorum oĩum genitores, in gymnaſijs publicando. Notũ eſt, magiſtratus honoris eius octogenis ſeſtertijs ſtrigmenta olei uendidiſſe. Oleæ honorem Romana maieſtas magnum præbuit, turmas equitum idibus Iulijs ex ea coronãdo. Item minoribus triumphis ouantes. Athenæ quoq; uictores olea coronant, Græci uero oleaſtro olympiæ.

De cultura oliuarum. Caput .V.

DIcemus nunc Catonis placitã de oliuis. In calido et pingui ſolo radium maiorem, Salentinam, orchitem, pauſiam, Sergianam, Cominianam, albiceram ſeri iubet. Adijcitq; ſingulari prudẽtia, quam earum in his locis optimã eſſe dicant. In frigido autem

ſrigido aũt et macro Liciniam. Pingui enim aut ſer uẽti uitiari eius oleum, arboremq; ipſam fertilitate conſumi. Muſco præterea & rubro infeſtari. Spectare olıueta in fauoniũ loco expoſito ſolibus cenſet.

De ſeruandis oliuis, & quomodo faciendum oleum Caput .VI.

NEc alio ullo modo laudat condi oliuas optime orchites & pauſias, q̃ uel uirides in muria, uel fractas in lentiſco. Oleum q̃ acerbiſſima diu optimum fieri. Cætero q̃ primũ è terra colligendam. Si inquinata ſit, lauandã. Siccari triduo ſatis eſſe. Si gelent frigora, quarto die premendam. Hanc & ſale aſpergi. Oleum in tabulato minui, deteriusq; fieri. Item in amurcam et fracibus. Eæ ſunt carnes, et inde fæces. Quare ſæpius die decapulandum. Præterea conchas & plumbeas cortinas aëre uitiari. Feruentibus omnia ea fieri clauſisq; torcularibus, & q̃ minime uentilatis. Ideo nec ligna ibi cædi oportere. Qua de cauſa è nucleis ipſarum ignis aptiſſimus. Et è cortinis in labra fundendum, ut fraces & amurca liquentur. Ob id crebrius uaſa mundanda. Fiſcinas ſpongia tergendas, ut quàm maxime pura ſynceritas conſtet. Poſtea inuentum, ut lauarentur utiq; feruenti aqua: protinus prælo ſubijcerentur ſolidæ. (ita enim amurca exprimitur:) mox trapetis fractæ premerentur. Iterum premi plus q̃ centenos modios non probant. Factus uocatur. Quod uero poſt molã primum

primum eſt, flos. Factus tergeminos ferè à quaternis hominibus nocte ac die premi iuſtum eſt.

De oleofactitio. Caput .VII.

NOn erat tum factitiũ oleũ. Ideoq́; arbitror nihil à Catone dictũ. Nunc eius genera plura. Primumq́; perſequemur ea quæ ex arboribus fiunt, & inter illas ante omnes ex oleaſtro. Tenue id, multoq́; amarius q̃ oleæ, tantũ ad medicamentũ utile. Simillimum huic ineſt ex chamælea frutice ſaxoſo, non altiore palmo, folijs oleaſtri, bacciſq́;. Proximum fit & è cici arbore in Aegypto copioſa. Alij crotonem, alij trixin, alij ſeſamum ſylueſtre appellant. Ibiq́; non pridem. Et in Hiſpania repente prouenit altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio uitiũ, ſemine uuarũ graciliũ, pallidarumq́;. Noſtri eam uocant ricinũ à ſimilitudine ſeminis. Coquitur id in aqua, innatanſq́; oleũ tollitur. At in Aegypto ubi abundat, ſine igne et aqua ſale aſpſum exprimitur, cibis fœdũ lucernis utile. Amygdalinũ, qđ aliq metopiũ uocãt, ex amaris nucibus arefactis, et in offam cõtuſis, aſperſis aqua, et iterum tuſis exprimitur. Fit et lauro admixto druparũ oleo. Quidamq́; è baccis exprimũt tantum. Alij folijs modo, alij folio & cortice baccarum. Necnon ſtyracem addunt, alioſq́; odores. Optima laurus ad id latifolia, ſylueſtris, nigra baccis. Simile eſt è myrto nigra, et hæc latifolia melior. Tunduntur baccæ aſperſæ calida aqua, mox decoquũtur.

Metopium ex Dioſcoride & Paulo Aegine

Alij folio

*dinum appellant. E lilio, et alibi fit ſub diuo, ſole, lu na, pruina maceratum. Suis herbis componũt inter Cappadociã & Seleuciam, quod Seleucinum appel lant, neruis admodũ utile: ſicut in italia è gummi. E pice fit quod picinum appellant, cum concoqtur uel leribus ſupra halitũ eius expãſis atq; expreßis. Pro batũ maxime è Brutia. Eſt enim pinguiſſima et reſi noſiſſima. Color oleo fuluus. Spõte naſcitur in Syriæ * maritimis, quod eleomeli uocãt. Manat ex arbori- bus pingue, craſſius melle, reſina tenuius, ſapore dul ci, et hoc medicis. Veteri quoq; oleo uſus eſt ad quæ dam genera morborum. Exiſtimatur & eberi uin- dicando à carie utile eſſe. Certe ſimulacrum Satur- ni Romæ intus oleo repletum eſt.*

In quibuſdam exemplaribus palmyris legi tur.

De amurca. Caput .VIII.

SVper omnia aũt celebrauit amurcam laudibus Cato. Dolia olearia cadoſq; illa imbui, ne bi- bant oleũ. Amurca ſubigi areas terẽdis meſſibus, ut formicæ rimæq; abſint. Quin et lutum parietum & tectoria, & pauimenta horreorũ frumenti. Veſtia- rium etiã contra teredines ac noxia animalia, amur ca aſpergi: ſemina frugum perfundi: morbis quadru pedum, arborum quoq; mederi illa, efficaci ad ulce ra interiora humani quoq; oris. Lora etiam ac co- ria omnia, et calceamina, axeſq;, decocta ungi, atq; æramenta cõtra aeruginẽ, coloriſq; gratia elegãtio- tis: et totã ſupellectilẽ ligneã, ac uaſa fictilia, in quis

ficum aridã libeat aſſeruare. Aut ſi folia baccasq́;, et uirgas myrti, aliúdue id genus ſimile. Poſtremo li gna macerata amurca, nullius fumi tedio ardere. Oleam ſi lambendo capra lingua cõtigerit, depaue ritq; primo germinatu, ſteriliſcere, autor eſt M. Varro. Et hactenus de olea, atq; oleo.

Pomorum oĩm genera, et naturæ. Ca. .IX.

RElíqui arborum fructus, uix ſpecie figurá ue, non modo ſaporibus ſuccisq́; totiens permixtis atq; inſitis, enumerari queunt.

Nucum pinearum genera quatuor. Ca. .X.

GRandiſsimis pineis nucibus, altiſſimeq́; à terra ſuſpenſis, intus exiles nucleos lacunatis includi toris, ueſtitos alia ferruginis tunica. Mira naturæ cura molliter ſemina collocandi. Harum genus alterum Tarentinum, digitis fragili putamine, aui umq́; expoſitũ furto in arbore. Et tertium ſapineũ, è picea ſatiua, nucleorũ cute uerius q̃ putamine adeo molli, ut ſimul mandatur. Quartum pityida uocant è pinaſtris, ſingularis remedij aduerſus tuſsim. In melle decoctos nucleos Taurini aquicelos uocant. Pinea corona uictores apud Iſthmum coronantur.

De malo cotoneo. Caput .XI.

HIs ꝓxima amplitudĩe mala quæ uocamus cotonea, et græci cydonea, ex Creta inſula aduecta. Incuruatos trahunt ramos, ꝓhibentq́; creſcere parentem. Plura eorum genera. Chryſomela, inciſuris diſ-

ſuris diſtincta, colore ad aurũ inclinato. Quæ candi diora, noſtratia cognoĩata odoris præſtãtiſſimi. Eſt et Neapolitanis ſuus honor. Minora ex eodẽ genere ſtruthea, odoratius uibrant, ſerotino ꝑuentu. Præcocia uero muſtea. Strutheis autem cotonea inſita ſuũ genus fecere muluianum, quæ ſola ex his uel cruda manduntur. Omnia iã et uirorũ ſalutatorijs cubilibus incluſa, ſimulacris noctiũ conſcijs impoſita. Sunt præterea ſylueſtria pua è ſtrutheis odoratiſsima ĩ ſepibus naſcẽtia. Mala appellamus, quãq̃ diuerſim ꝑſica et granata, quæ in punicis arboribus nouẽ generũ dicta ſunt. His acinus ſub cortice intus, lignũ illis in corpore. Necnon & quædã è piris libralia appellata, amplitudinẽ ſibi ponderis nomine aſſerunt.

De perſico, genera quatuor. Ca. .XII.

SEd Perſicorũ palma duracinis. Nationũ habẽt cognomẽ Gallica & Aſiatica. Poſt autumnum matureſcunt, æſtate præcocia intra. XXX. annos reperta, et primo denarijs ſingula uenũdata.. Spernatia è Sabinis ueniunt, popularia undiq;. Pomũ innocuum expetitur ægris: Pretiumq; ſingulis iam triceni nummi fuere, nullius maiore: Quod miremur, quia non aliud fugacius. Longiſsima nanq; decerpto bidui mora eſt, cogitq; ſe uenundari.

De pruno, genera. XI. Ca. .XIII.

INgens poſtea turba prunorũ, uerſicolor, nigra, candicãs. Hordearia appellata, à comitatu frugis eius.

gis eius. Alia eodẽ colore ſeriora maioraq́;, aſinina cognominata à uilitate. Sunt et nigra ac laudatiora, cerina atq; purpurea. Necnon ab externa gẽte Armeniaca, quæ ſola & odore commendantur. Peculiaris impudentia nucibus eſt inſitorum, quæ faciem parentis ſuccũq́; adoptiõis exhibent, appellata ab utroque nucipruna. Et hæc aũt & perſica, & cerina, ac ſylueſtria, ut uuæ autũno cadis condita, uſq; ad alia naſcentia ætatem ſibi ꝓrogant. Reliquorũ uelocitas cito miteſcentiũ tranſuolat. Nuper in Bætica malina appellari cœperũt malis inſita, & alia amygdalina amygdalis. His intus in ligno nucleus amygdalæ eſt. Nec aliud pomũ ingenioſius geminatum eſt. In peregrinis arboribus dicta ſunt Damaſcena, à Syriæ Damaſco cognominata, iampridem in Italia naſcentia, grandiore quanq̃ ligno, & exiliore carne, nec unq̃ in rugas ſiccata, quando ſoles ſui deſunt. Simul dici poſſunt populares eorũ myxæ, quæ ipſæ nunc cœpere Romæ naſci, inſitæ ſorbis. In totum quidẽ perſica peregrina, etiã Aſiæ Græciæq́; eſſe ex noĩe ipſo apparet, atq; ex Perſide aduecta. Sed pruna ſylueſtria ubiq; naſci certũ eſt. Quo magis miror, huius pomi mentionẽ à Catone non habitã, præſertim cum condenda demonſtraret quædam etiam ſylueſtria. Nam perſicæ arbores ſero, et cum difficultate trãſiere, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Aegypto carũ fuerat hoſpitiũ. Falſum eſt, uenenata cum

cruciatu

cruciatu in Perſis gigni, & pœnarũ cauſa à regibus tranſlata in Aegyptũ, et terra mitigata. Id enim de Perſea diligentiores tradũt, q̃ in totũ alia eſt, myxis rubeſcentibus ſimilis, nec extra orientẽ naſci uoluit. Eam quoq; eruditiores negauerunt ex Perſide propter ſupplicia tranſlatã, ſed à Perſeo Memphi ſatã. Et ob id Alexandrum illa coronari uictores ibi inſtituiſſe, in honorem ataui ſui. Semper autem folia habet & poma, ſubnaſcentibus alijs. Sed pruna quoq; omnia poſt Catonem cœpiſſe manifeſtum eſt.

De diuerſis generibus malorũ, genera uiginti nouem. Caput .XIIII.

MAlorum plura ſunt genera. De citreis cum ſua arborẽ diximus. Medicã aũt Græci uocant patriæ noĩe. Aeque peregrinã ſunt zizipha, et tuberes, quæ et ipſa non pridẽ uenere in Italiã. Hæc ex Africa, illa ex Syria. Sex. Papinius, quem conſulem uidimus, primus utraq; attulit, diui Auguſti nouiſsimis tẽporibus, in caſtrorũ aggeribus ſata, baccis ſimiliora q̃ malis, ſed aggeribus præcipue decora, quoniã & in tecta iam ſyluæ ſcandunt. Tuberũ duo genera: Candidũ, & à colore ſericum dictum. Penẽ peregrina ſunt & in uno Italiæ agro Veronenſi naſcentia, quæ lanata appellãtur. Lanugo ea obducit. Strutheis quidem Perſicisq; plurimis tamẽ peculiare nomen dedit, nulla alia cõmendatione inſignibus. Reliqua cur pigeat noĩatim indicare, cum conditoribus ſuis

bus ſuis æternā ꝓpagauerit memoriā, tanq̄ ob egregium aliqd in uita factū? Ni fallor apparebit ex eo ingeniū inſerendi: nih: lq; tam paruū eſſe, qđ nō gloriā parere poßit. Ergo habēt originē à Matio, Geſtioq;, et Manlio, itē Claudio. A qbus cotonco inſito ab Appio è Claudia gente, Appiana ſunt cognoīata. Odor eſt his cotoneorū, magnitudoq;. Sed Claudianus color rubens. Ac ne qs id ambitu ualuiſſe claritatis & familiæ putet, ſunt & ſeptiana ab inuētore libertino, inſignia rotunditate. Cato adijcit quiriana, & quæ tradit in dolijs condi ſcantiana. Oīm aūt nuprime adoptata ſunt parua, gratißimi ſaporis, quæ petiſia noīantur. Patrias nobilitauere camerina, & græcula. Cætera è cauſis traxere nomē. Germanitatis cohærētia et gemella, nunq̄ ſingula in fœtu. A colore ſerica, cognatione melappia, muſtea à celeritate miteſcendi: quæ nunc melimela dicuntur, à ſapore melleo. Orbiculata, ex figura orbis in rotunditatem circūacti. Hæc in Epiro primū ꝓueniſſe, argumento ſunt Græci, q epirotica uocāt. Mammarū effigie orthomaſtica. A cōditione caſtrati ſeminis, quæ ſpadonia appellāt. Belgemela à folijs. Folium enim unū aliquādo & geminū erūpit è latere medio. Celerrime i rugas marceſcūt pannucea. Stolide tumēt pulmonea. Sunt qbus ſanguineus eſt color, origine ex mori inſitu tracta. Cunctis uero quæ fuerunt à ſole partes rubent. Sunt & parua grati ſaporis, atque

etiam

etiam acutiora odore ſylueſtria. Id peculiare impro bitatis & acerbitatis conuitiũ, & uis tanta, ut aciẽ gladij pſtringat. Dacis fermè uiliſsimis nomen, quan quam primis aduentu decerpique properantibus.

De piris, & inſitorũ uarietate. Ca. .XV. *De generibus pirorum uide Macrob. li. 3. Satur. ca. 15.*

*EAdẽ cauſa in piris taxatur, ſuperba cognoĩe. Parua hæc, ſed ocyſſima. Cunctis aũt Cruſtumina gratiſſima. Proxima ijs falerna à potu, quoniã tanta uis ſucci abundat. Lactea hæc uocantur: in ijsq; alia colore nigro donãt Syriæ. Reliquorũ noĩa aliter ĩ alijs locis appellãtur. Sed cõfeſſis urbis uocabulis autores ſuos nobilitauere decumiana, & ex eo tractum, quod pſeudodecimianum uocant. Dolobelliana longiſſimi pediculi. Põponiana cognoĩe mammoſa, liceriana, ſeueriana: & quæ ex ijs nata ſunt, ✠ tyrãniana lõgitudine pediculi diſtãtia. Fauonia na rubra, paulo ſupb:s maiora. * Lateriana, Anitiana. Pòſt autumnalia acidulo ſapore iucunda. Tiberiana appellantur, quæ maxime Tiberio principi placuere. Colorantur magis ſole, grandeſcuntq;, alioqn eadem eſſent quæ liceriana. Patriæ noĩa habent ſeriſſima omnium amerina, picẽtina, numantina, alexandrina, numidiana, græca, & in ijs tarẽtina, ſignina, quæ alij à colore teſtacea appellant, ſicut onychina purpurea. Ab odore myrrhapia, laurea, nardina. A tẽpore hordearia. A colo ampullacea et coriolana. Brutæ gẽtilitatis cucurbitana. Acidula ſucci. Incerta*

✠ Turriniana, ex Macrobio.

** Lateriſiana, ex Macro. & Columella.*

nom̃ cauſa eſt barbaricis uenereisq́;, quæ colorata dicunt: regijsq́;, quæ minimo pediculo ſeßilia: patricijs, uoconijs, uiridibus oblongisq́;. Præterea dixit uolema Virgilius à Catone ſumpta, qui & ſementina & muſtea nominat. Pars hæc uitæ iampridẽ ꝑuenit ad culmen, expertis cuncta hominibus. Quippe cum Virgilius inſitam nucibus arbutũ, malis platanum, ceraſis ulmũ dicat. Nec quicq̃ amplius excogitari poteſt. Nullũ certe pomũ nouũ diu iã inuenitur. Neq; oĩa inſita miſceri fas eſt, ſicut nec ſpinas ĩſeri, quãdo fulgura expiari nõ queũt facile: quotq́; genera inſita fuerunt, tot fulgura uno ictu ꝓnunciantur. Turbinatior piris figura. In ijs ſerotina ad hyemẽ uſq; ad matrẽ pendẽt gelu matureſcentia græca, ampullacea, laurea, ſicut in malis amerina, ſcantiana. Conduntur uero pira ut uuæ, ac totidẽ modis, nõ aliter q̃ in cadis. Præterea quæ pomis proprietas piris quoque uini. Similiter ijs ægris medentes in eſcam dant, ac uino et aqua coquũtur, atq; pulmentarij uicem implẽt, qđ non alia, præter cotonea et ſtruthea.

Geor. 2. Nec *ſurculus idem Cruſtumijs Syrijs que piris grauibusq; uolemis.*

De pomis ſeruãdis. Ca. .XVI.

IN uniuerſum uero de pomis ſeruandis præcipitur. Pomaria in loco frigido ac ſicco contabulari, ſeptentrionalibus feneſtris ſereno die patere, auſtros ſpecularibus arcere, aquilonis quoq; afflatu poma deturpãte rugis. Colligi mala poſt æquinoctiũ autũnale, neq; ante .XV. lunã, neq; ante primã horã.

Cadiua

Cadiua ſeparari ſtramẽtis, ſtoreis, paleiſue ſubſterni. Rara cõponi, ut limites peruij ſpiritũ æqualẽ accipiant. Amerina maxĩe durare, melimela minime.

De cotoneis, Punicis, piris, & ſorbis, & uuis ſeruandis. Caput ·XVII.

COtoneis interclufis ſpiramentũ omne adimendum, aut incoqui melle ea immergiue oportere. Punica aqua marina feruẽte indurari, mox triduo ſole ſiccata, ita ne nocturno rore contingantur, ſuſpendi. Cum libeat uti, aqua dulci perlui. M. Varro *et in dolijs harenæ ſeruari iubet, et immatura obrui terra in ollis fundo effracto, ſed ſpiritu excluſo, ac ſurculo pice illito. Sic etiã creſcere amplitudine maiore q̃ poſsint in arbore. Cætera mala folijs ficulneis, præterq̃ cadiuis, ſingula conuolui, ciſtiſq; uitilibus condi, uel creta figlinarũ illini. Pira in uaſis fictilibus picatis inuerſis obrui inter ſcobes. Tarẽtina ſeriſsime legi. Anitiana ſeruari et in paſſo. Sorba uero & in ſcrobibus gypſato operculo, duûm pedum terra ſupinducta, in loco aprico, inuerſis uaſis, & in dolijs ut uuas cum ramis ſuſpendi. E proximis autoribus quidã altius curã petũt, putariq; ſtatim poma ac uites ad hunc uſum præcipiunt, decreſcente luna. Poſt horam diei tertiã, cælo ſereno, aut ſiccis uentis. Similiter deligi & ex locis ſiccis, et ante perfectam maturitatẽ, addito ut luna infra terram ſit, uuas cũ malleolo ſarmenti ſui duro, dẽptis forcipe corruptio-* Li. I. ca. 59.

ribus acinis, in dolio picato recenti ſuſpendi, excluſa oĩ aura opculo et gypſo. Sic & ſorba, et pira, illitis oĩm ſurculis pice. Dolia ꝓcul ab aqua eſſe. Quidam ſic cum palmite in gypſo condunt, capitibus eius ſcillæ infixis utrinq;. Alij etiam uina habentibus dolijs, dum ne contingant ea uuæ. Aliqui mala in patinis fictilibus fluitantia, quo genere & uino odorem acquiri putant. Aliqui omnia hæc in milio ſeruare malũt. Pleriq; uero in ſcrobe duûm pedum altitudinis harena ſubſtrata, & fictili operculo, dein terra operto. Creta quidam etiam figlina uuas illinunt, ſiccatasq́; ſole ſuſpendunt, in uſu diluentes cretam. Eandem pomis in uino ſubigunt. Mala uero generoſiſſima eadẽ ratione cruſtant gypſo uel cera: quæ niſi maturuerint, incremento calycem rumpunt. Semper autẽ in pediculos collocant ea. Alij decerpunt cum ſurculis, eosq́; in medullam ſambuci abditos obruũt, ut ſuprà ſcriptũ eſt. Alij ſingulis malis pirisq́; ſingula uaſa fictilia aſſignant, & opercula eorũ picata dolio iterum includũt. Necnon aliqui in floccis capſisq́;, quas luto paleato illinunt. Alij hoc idem in patinis fictilibus: aliqui & in ſcrobe ſubiecta harena, ita ſicca opiunt mox terra. Sũt q cotonea cera Põtica illita melle demergãt. Columella autor, in puteos ciſternáſue in fictilibus uaſis pice diligenti cura illitis mergi. Liguria maritima Alpibus proxima, uuas ſole ſiccatas iunci faſcijs inuoluit, cadisq́; conditas gypſo includit.

cludit. Hoc idẽ Græci platani folijs, aut uitis ipſius, aut fici, uno die in umbra ſiccatis, atque in cado uinaceis interpoſitis. Quo genere Coa uua et Berytia ſeruantur, nullius ſuauitati poſtferẽdæ. Quidam ut has faciant, in cinere lixiuio tingunt protinus quàm detraxere uitibus, mox in ſole ſiccant: tum folijs (ut ſuprà dictum eſt) inuolutas uinaceis ſtipant. Sunt qui malunt uuas in ſcobe ramentíſue abietis, pópuli, fraxini ſeruare. Sunt qui ſuſpendi procul malis, protinúsque in granarijs iubeant, quoniam optime ſit operimẽto puluis penſilibus. Cõtra ueſpas remedio eſt, oleo aſpergi ex ore, ut de palmis diximus.

De ficis, genera. XXIX. Ca. .XVIII.

Reliquo genere pomorũ ficus ampliſſima eſt, quædãq; et piris magnitudine æmula. De Aegyptiæ Cypriæq; miraculis retulimus inter externas. Idæa rubet oliuæ magnitudine, rotũdior tantũ, ſapore meſpili. Alexandrinam hanc ibi uocant, craſſitudine cubitali ramoſam, materia ualidam, lẽtam, ſine lacte, cortice uiridi, folio tiliæ, ſed molli. Oneſicritus tradit in Hyrcania multum noſtris eſſe dulciores, fertilioréſque, utq; modios CCLXX. ſingulæ ferant. Ad nos ex alijs tranſiere gẽtibus Chalcidicæ, quarũ plura genera. Siquidẽ & Lydiæ quæ ſunt purpureæ, & mamillanæ, ſimilitudinẽ mãmarũ habent. Et calliſtruthiæ parũ ſapore præſtãtiores, ficorũ oĩm frigidiſſimæ. Nã de africanis quas multi præ

ferunt cunctis magna quæſtio eſt,cũ id genus in Africam nuperrime tranſierit: patriæ nomen obtinent. Nã Alexãdrinæ * enixiores.Candicãs terina cognomine delicata.Nigra et Rhodia eſt,et Tiburtina de præcocibus.Sunt et autorũ noĩa ijs, Liuiæ,Põpeiæ: ſiccatæ hæ ſolæ in annuos uſus aptiſſimæ cum mariſcis,& quas harundinei folij macula uariat.Eſt & herculanea et albicerata,et aratia alba,pediculo minimo latiſſima. Primo aũt ꝓuenit porphyritis longiſſimo pediculo.Comitatur eam è minimis et uiliſſimis, popularis dicta. Contrà nouiſſima ſub hyeme maturatur chelidonia.Sunt præterea eædẽ ſerotinæ, et præcoces biferæ,alba ac nigra cum meſſe,uindemiaq; matureſcẽtes.Serotinæ & à corio appellatæ duro: ex Chalcidicis quarundã trifero ꝓuentu.Tarenti tantũ prædulces naſcuntur,quas uocãt omas. Cato de ficis ſerẽdis ita memorat:Ficos mariſcas in loco cretoſo aut aperto ſerito.In loco aũt craſſiore aut ſtercorato,Africanas:Sed et herculaneas, ſagũtinas,hybernas,tellanas,atras pediculo lõgo.Poſtea tot ſubiere noĩa atq; genera,ut uel hoc ſolũ æſtimantibus appareat,mutatam eſſe uitã.Sunt et hybernæ quibuſdã ꝓuincijs,ſicuti Mœſiæ,ſed arte,non natura.Paruarũ genus arborũ poſt autumnũ fimo cõtegunt,deprehẽſasq; in his hyeme groſſos: quæ mitiore cælo refoſſæ cum arbore,atq; in lucẽ remiſſæ, nouos ſoles, aliosq; q̃ quibus uixere, auidæ tanq̃ iterũ natæ acci

Fortaſſis legẽdũ:uix ſunt ueſcẽdo,ex opinione Hermolai quoniã Theo. li.3.c.17.hãc ficũ dicat guſtu meſpilaceã id eſt, ſapore meſpili.

Quidã legunt onias,id eſt,uẽdibiles.

Cato.li. de re ruſtica, ca.8.

natæ accipiunt,& cum uenientiũ flore matureſcũt,
alieno præcoces anno,in tractu uel gelidiſſimo. Sed
à Catone appellata iam tum Africana,ammonet et
Africæ,ad ingens documentum uſo eo pomo. Nanq;
perniciali odio Carthaginis flagrans,nepotumq́; ſe
curitatis anxius,cum clamaret in omni ſenatu. Car-
thaginem delendã,attulit quodam die in curia præ-
cocem ex ea ꝓuincia ficum. Oſtendensq́; patribus,
interrogo uos,inquit,quando hoc pomum demptum
putatis ex arbore? Cum inter oẽs recens eſſe conſta-
ret: Atqui tertiũ, inquit,ante diem ſcitote decerptũ
Carthagine,tam ꝓpè à muris habemus hoſtem: ſta
timq́; ſumptũ eſt Punicum tertium bellum,quo Car
thago deleta eſt,quanq̃ Catone anno ſequẽte rapto.
Quid primum in ea miremur? curam ingenij,an oc
caſionem fortuitam? celeritatemq́; curſus,an uehe-
mentiam uiri? Super omnia quiddam eſt,quo nihil
equidem duco mirabilius,tantam illam urbem,&
de terrarum orbe per. CXX. annos urbis æmulam,
unius pomi argumento euerſam: quod non Trebia
aut Traſimenus,non Cannæ buſto inſignes Romani
noĩs,perficere potuere: non caſtra Punica ad tertiũ
lapidẽ uallata,portæq́; Collinæ adæquitãs ipſe An-
nibal. Tanto ꝓpius Carthaginem pomo Cato adiri
monuit. Colitur ficus arbor in foro ipſo ac comitio
Romæ nata,ſacra fulguribus ibi conditis. Magisq́;
ob memoriam eius quæ nutrix fuit Romuli ac Remi
conditoris

conditoris appellata, quoniã ſub ea inuenta eſt lupa infantibus præbens rumẽ:(ita enĩ uocabãt mammã) miraculo ex ære iuxtà dicato, tanq̃ in comitiũ ſpõte tranſiſſet. Adacto nauigio ilico areſcit. Rurſusq́; cu ra ſacerdotum ſeritur. Fuit et ante Saturni ædẽ urbis anno. CCLX. ſublata ſacro ueſtalibus facto, cum Syluani et Iſidis ſimulacrũ ſubuerteretur. Eadẽ aũt fortuito ſatu aduiuit in medio foro, qua ſidẽtia impe rij fundamẽta oſtẽto fatali Curtius maximis bonis, hoc eſt uirtute, ac pietate, ac morte præclara exple uerat. Aeque fortuita eodem loco eſt uitis atq; olea, umbræ gratia ſedulitate plebeia ſata. Ara inde ſublata gladiatorio mũere diui Iulij, qđ nouiſſie pugna uit in foro. Admirabilis eſt pomi huiuſce feſtinatio, unius in cũctis, ad maturitatẽ ꝓperãtis arte naturæ.

De caprifico, et caprificatione. Ca. .XIX.

CAprificus è ſylueſtriũ genere ficus nunq̃ matureſcẽs, ſed quod ipſa non habet alijs tribuẽs, quoniam eſt naturalis cauſarũ trãſitus, atq; è putre ſcentibus identidem generatur aliquid. Ergo culices partũ fraudati alimento in matre, hoc eſt putri eius tabe, ex qua nati ad cognatã uolant: morſuq́; ficorũ crebro, hoc eſt auidiore paſtu aperiẽtes ora earum, atq; ita penetrantes, intus ſolem primo ſecum inducũt, cerealesq́; auras ĩmittunt foribus apertis. Mox lactcũ humorẽ, hoc eſt infantiã pomi abſumũt, quod fit & ſponte. Ideoq; ficetis caprificus permittitur

ad rationem uenti, ut flatus euolantes in ficos ferat. Inde repertũ, ut illatæ quoq; aliunde, et inter ſe colligatæ inijcerentur fico: quod in macroſo et aquilonio ſitu non deſideratur, quoniam ſponte areſcũt loci ſitu, rimisq; eadẽ quæ culicũ opera cauſa perficit: nec non ubi multus puluis, qđ euenit maxĩe frequẽti uia appoſita. Nanq; et pulueri uis ſiccãdi, ſuccũq; lactis abſorbendi: quæ ratio puluère et caprificatione hoc quoq; præſtat, ne decidãt abſumpto humore tenero, et cũ quadã fragilitate ponderoſo. Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumẽta intus: ſuccus matureſcẽtibus lactis, percoctis mellis. Seneſcunt in arbore, anusq; diſtillant gũmi modo lachrymã, ſiccanturq;. Honos laudatas ſeruat in capſis. Ebuſo inſula præſtãtiſsimas ampliſſimasq;, & mox in marrucinis. At ubi copia abundat implentur orcæ, in Aſia cadi: aut in Ruſpina Africæ urbe, panisq; ſimul et obſonij uicem ſiccatæ implẽt: utpote cũ Cato cibaria ruris operarijs iuxtà ceu lege ſanciẽs, minui iubet per fici maturitatẽ, cũ et obſonij uicẽ habeãt recentes ficus. Sale ſiccatis et caſei loco ueſci, nuper excogitatum eſt. Ex hoc genere ſunt, ut diximus, coctana & caricæ, quæq; cõſcendenti nauim aduerſus Parthos omen fecere M. Craſſo, uenales prædicantis uoce cauneæ. Omnia hæc in Albenſe rus ẽ Syria intulit L. Vitellius, qui poſtea cẽſor fuit, cũ legatus in ea ꝓuincia eſſet, nouiſſimis Tiberij Cæſaris temporibus.

De meſpi-

De meſpilis et eorũ generibus tribus. Ca.XX.

MAlorum pirorumq; generi adnumerentur iure meſpila atq; ſorba. Meſpilis tria genera, anthedon, ſetania. Tertiũ degenerat, tametſi anthedoni ſimilius eſt, quod gallicũ uocant, ſetaniæ tamen maius pomũ candidiusq́;, acini molliore ligno, cæteris minus pomũ, ſed odore præſtantius, et q̃d diutius ſeruetur. Arbor ipſa de ampliſſimis. Folia anteq̃ decidãt rubeſcũt, radices mltæ atq; altæ, et ideo i͂extirpabiles. Non fuit hæc arbor in Italia Catõis æuo.

De ſorbis, genera quatuor. Ca. .XXI.

SOrbis quadruplex differentia. Alijs enim eorũ rotunditas mali, alijs turbinatio piri, alijs ouata ſpecies ceu malorũ aliquibus. Hæc obnoxia acrĩ odore, nec ſuauitate iucunda. Cæteris uini ſapor. Generoſiſſima, q̃bus circa pediclos tenera folia. Quartum genus torminale appellant, remedio tantũ ꝓbabile, aſſiduũ ꝓuentu, minimumq́; pomo, arbore diſſimili, folijs pene platani. Non ferunt ante trimatum ex ullo genere. Cato et ſorba ſapa condi iubet.

De nuce iuglande. Caput .XXII.

AB his locũ amplitudine uindicauerunt, quæ ceſſere autoritati, nuces iuglãdes, quanq̃ & ipſæ nuptialiũ Feſcenniorũ comites, multũ pineis minores uniuerſitate, eædemq́; portione ampliores nucleo. Necnon et honor his naturæ peculiaris, gemino ꝓtectis operimento, puluinati primum calycis, mox lignei

lignet putaminis: Quæ cauſa eas nuptijs fecit religi oſas, tot modis fœtu munito, quod eſt ueriſimilius, q̃ quia cadendo tripudium ſonumue faciant. Et has è Perſide à regibus trãſlatas, indicio ſunt græca noĩa. Optimum quippe earum genus perſicũ atq; baſilicon uocãt. Et hæc fuere prima noĩa. Caryon à capitis grauedine, ꝑpter odoris grauitatẽ cõuenit dictũ. Tinguntur cortice earũ lanæ, & ruffatur capillus, primũ ꝓdeuntibus nucleis. Id cõpertum, infectis tra ctatu manibus. Pinguefcũt uetuſtate. Sola differẽtia generũ in putamĩe duro, fragiliue et tenui, ac craſſo, loculoſo et ſimplici. Solũ hoc pomũ natura cõpactili operimẽto clauſit. Nanq; ſunt bifidæ putaminũ carinæ. Nucleorumq́; illis quadripartita diſtinctio, lignea intercurſante membrana. Cæteris quicquid eſt, ſolidũ eſt, ut in auellãis, et ipſo nucũ genere, quas antea abellinas patrio noĩe uocabant. In Aſiã Græciamq́; è Ponto uenere, et ideo ponticæ nuces uocan tur. Has quoq; mollis protegit barba. Sed putamini nucleisq; ſolida rotunditas ineſt. Eæ & torrentur. Vmbilicus illis intus in uentre medio. Tertia ab his natura amygdalis, tenuiore ſed ſimili iuglandiũ ſummo operimento: itẽ ſecundo putaminis. Nucleus diſſimilis latitudine, et acriore callo. Hæc arbor an fue rit in Italia Catonis ætate, dubitatur, quoniã græcas nominat, quas quidã et in iuglandiũ genere ſeruant. Adijcit præterea auellanas et galbas, præneſtinas, quas ma-

quas maxime laudat, et cõditas ollis in terra ſerua ri uirides tradit. Nunc Thaſiæ et Albenſes celebrã tur. Et *Tarentinarũ duo genera, fragili putamine, ac duro. Quæ ſunt ampliſſimæ, et minime rotundæ. Præterea molluſcæ, putamen rumpentes. Sunt q honoris nomẽ interpretẽtur, et Iouis glandẽ eſſe dicũt. Nup conſularẽ uirum audiui biferas et iuglãdes nuces ſe habere ꝓfitentẽ. De piſtacijs et ipſi retulimus. Et hæc aũt idem Vitellius in Italiam primus intulit eodem tempore: ſimulq; in Hiſpaniam Flaccus Pompeius eques Romanus, qui cum eo militabat.*

De *caſtaneis, genera octo.* Ca. .XXIII.

NVces *uocamus et caſtaneas, quanq̃ accõmodatiores glandiũ generi:* Armatum *ijs echinato calyce uallũ, quod inchoatũ glandibus. Mirúmq; uiliſſima eſſe quæ tãta occultauerit cura naturæ. Trini quibuſdã partus ex uno calyce, cortexq́; lentus. Proxima uero corpori membrana: et in his et in nucibus ſaporẽ, ni detrahatur, infeſtat. Torrere has in cibis gratius: Molitura etiam præſtant ieiunio fœminarum quandã imaginẽ panis. Sardibus eæ prouenere primum. Ideo apud græcos Sardianos balanos appellant. Nam diuus Tiberius poſtea balanum nomen impoſuit, excellentioribus ſatu factis. Nunc plura earum genera. Tarentinæ faciles, nec operoſo ſunt cibo, planæ figura. Rotundior quæ balanitis uocatur, purgabilis maxime, & ſponte proſiliens.*

pura et plana eſt ex eis et Salariana, Tarentina minus tractabilis. Laudatior corelliana, & ex ea facta, (qđ dicemus in inſitis) meterana, quã rubẽs cortex præfert triãgulis, et popularibuc nigris, quæ coctiuæ uocantur. Patria laudatiſſimis Tarentũ, et in Campania Neapolis. Cæteræ ſuũ pabulo gignũtur, ſcrupuloſæ corticis, intra nucleos quoq; ruminatiõe.

De ſiliquis, et carnoſis pomis, et moris, et de acinis, & baccis. Caput .XXIIII.

Haud ꝓcul abeſſe uidentur et prædulces ſiliquæ, niſi ꝗ in ijs cortex ipſe manditur. Digitorũ hõis longitudo illis, et interim falcata pollicari latitudĩe. Glandes inter poma numerari nõ poſſunt. Quamobrẽ in ſua natura dicentur. Reliqua carnoſi ſunt generis, ea baccis atq; carnibus diſtãt. Alia acinis caro, alia moris, alia unedonibns, & alia acinis inter cutem ſuccumq́;, alia myxis, alia baccis ut oliuis. Moris ſuccus, in carne uinoſus: trini colores, candidus primo, mox rubens, maturis niger. In nouiſſimis florent, inter prima matureſcunt. Tingunt manus ſucco matura, eluunt acerba. Minimũ in hac arbore ingenia profecerunt, nec nõibus, nec inſitis, nec alio modo q̃ pomi magnitudine, differunt mora oſtiẽſia, et tuſculana. Romæ naſcũtur et ĩ rubis, multum differente callo. Aliud corpus eſt ẽ terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni, qđ ſolũ pomum ſimile fructui terræ gignitur. Arbor ipſa fruticoſa. Fru

coſa. Fructus anno matureſcit, pariterq; floret ſubnaſcens, et prior coquitur. Mas ſit an fœīa ſterilis, inter autores non cõſtat. Pomum inhonorũ, ut cui nomen ex argumento ſit, unum tantum edendi. Duobus tamen hoc noībus appellãt Græci, comaron & memecylon. Ex quo apparet totidẽ eſſe genera et apud nos. Alio noīe arbutus uocatur. Iuba autor eſt, quinquagenûm cubitorum altitudine in Arabia eſſe eas. Acinorũ quoq; magna eſt differẽtia. Primum inter uuas ipſas callo, teneritate, craßitudine, interiore ligno alijs paruo, & alijs etiã gemino, q minime feraces muſti. Plurimũ uero differunt ederæ ſambuciq; acini. In figura etiã, Punici anguloſi, qppe ſoli. Nec cutis ulla ſingulis, præter coẽm quæ eſt candida. Totiſq; ſuccus et caro eſt, ijs præcipue, qbus paruulum ineſt ligni. Magna et baccis differẽtia. Aliæ nanque ſunt oliuis, lauris, et alio modo loto, cornis: alio myrtis, lẽtiſco. Aqfolio enim ac ſpinæ ſine ſucco: medioq; etiamnum genere inter baccas acinoſq; ceraſis. Pomum his primo candidũ, & fere oībus baccis, mox alijs uireſcit, ut oliuis, lauris. Rubet uero moris, ceraſis, cornis. Deinde nigreſcit moris, ceraſis, oliuis.

De ceraſis, genera octo. Ca. .XXV.

CEraſi ante uictoriã Mithridaticã L. Luculli non fuere in Italia. At urbis anno ſexcẽteſimo octogeſimo is primũ uexit è Ponto, annisq;. CXX. trans Oceanum in Britanniam uſq; peruenere. Eadẽ, ut

*dem, ut diximus, in Aegypto nulla cura potuere gi-
gni. Ceraſorum aproniana maxime rubent: nigerri
ma ſunt, ut Actia. Cæciliana uero et rotunda. Iulia-
nis gratus ſapor, ſed penè tãtum ſub arbore ſua, ad-
eo teneris, ut geſtatum non tolerent. Principatus du
racinis, quæ Campania Pliniana appellat: in Belgi-
ca uero Luſitanis. In ripis etiam Rheni. Tertius iis
colos è nigro ac rubenti uiridiq́;, ſimilis matureſcẽ
tibus ſemper. Minus quinquẽnio eſt, quod prodiere
quæ uocant laurea, non ingratæ amaritudinis, inſitæ
in lauro. Sunt et macedonica paruæ arboris, raroq́;
tria cubita excedentis, & minore etiam nunc fruti-
ce chamæceraſi. Inter prima hoc è pomis colono gra
tiam annuam refert. Septentrione frigidíſque gau-
det. Siccatur etiam ſole, conditúrque ut oliua cadis.*

De corno & lentiſco. Ca. .XXVI.

*QVæ cura & cornis atque lẽtiſco adhibetur,
ne qd non hominis uentri natũ eſſe uideatur.
Miſcentur ſapores, et alio alius placere cogitur. Mi
ſcentur uero et terræ cæliq́; tractus. Inq́; aliocibi ge
nere India aduocatur, ĩ alio Aegyptus, Creta, Cyre
ne, ſingulæq́; terræ. Nec ceſſat ĩ ueneficijs uita, dum
mõ oĩa deuoret. Planius hoc fiet in herbarũ natura.*

De generibus ſuccorum, & de odore.

Caput .XXVII.

*INterim quæ ſunt cõia & pomis oĩbusq́; ſuccis ſa
porũ genera, XIII. repiuntur: Dulcis, ſuauis, pin*

De ſaporum odorumq́; generibus habes

Theoph. toto ſexto de cauſis plãtarum lib.

guis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, ſalſus. Præter hæc, tria genera ſunt mirabili maxĩe natura. Vnũ, in quo plures pīter ſentiũtur ſapores, ut uinis. Nanq; in his & auſterus, & acutus, & dulcis, & ſuauis, omnes alieni. Alterũ eſt genus, in quo ſit & alienus quidem, ſed & ſuus quidã & peculiaris, ut in lacte. Siquidem ineſt ei (quod tamen iure dici non poteſt) dulce, & pingue, & ſuaue, obtinente lenitate, quæ ipſa ſuccedit in ſaporis uicem. Nullus hic aquis, ne ſuccus quidem, ut tamen eo ipſo fiat aliquis, ac ſuum genus faciat. Sentiri quidem aquæ ſaporem ullum ſuccúmue, uitium eſt. Magnum his omnibus in odore momentum, & magna cognatio, qui & ipſe nullus eſt aquis: aut ſi ſentitur, omnino uitium eſt. Mirum, tria naturæ præcipua elementa ſine ſapore eſſe, ſine odore, ſine ſucco: aqua, aër, ignis.

De ſuccis fructuũ & arborum, & coloribus, & odoribus, & natura pomorũ, & de commendatione fructuũ. Ca. .XXVIII.

ERgo ſuccorũ uinoſus piro, moro, myrto: minime (quod miremur) uuis. At pinguis oliuæ, lauro, nuci iuglandi, amygdalis. Dulcis uuis, ficis, palmis. Aquoſus prunis. Magna eſt & in colore ſucci differẽtia. Sanguineus moris, ceraſis, cornis, uuis nigris. Idem albis candidus. Lacteus in capite ficis, in corpore non itẽ: Spumeus malis: nullus perſicis, cum præſertim duracina abundent ſucco. Sed quis eius ul

lum dixe

lum dixerit colorem,ſua & in odore miracula? Ma lis acutus,perſicis dilutus,dulcibus nullus. Nam et uinum tale ſine odore:tenue odoratius. Multoq́; celerius talia ad naſum ueniũt quàm pinguia. Quæ odorata,non eadem in guſtu tenera,quia nõ ſunt pariter odor & ſapor. Quamobrẽ citreis odor acerrimus, ſapor aſperrimus quadã tenus,& cotoneis:nullusq́; odor ficis. Et hactenus ſint ſpecies ac genera pomorum. Naturas arctius colligi par eſt. Alia ſiliquis gignuntur,ipſis dulcibus,ſemẽq́; complexis amarum. Cum in pluribus ſemina placeant,in ſiliqua damnentur. Alia baccis,quarũ intus lignum,et extrà caro, ut oliuis,ceraſis. Aliquorũ intus baccæ,foris lignũ, ut in his quæ in Aegypto diximus gigni. Quæ baccis natura,eadem & pomis. Aliorũ intus corpus,et foris lignum,ut nucũ. Alijs foris corpus,intus lignũ, ut perſicis & prunis,uitiumq́; cinctum fructu,cum fructus alibi muniatur uitio. Putamine clauduntur nuces. Corio caſtaneæ. Detrahitur hocijs. At in meſpilis manditur. Cruſta teguntur glandes,cute uuæ, corio & membrana punica. Carne & ſucco mora conſtãt, cute & ſucco ceraſi. Quædã ſtatim à ligno recedunt,ut nuces & palmæ. Quædam adhærẽt,ut oliuæ,lauriq́;. Quorundam generi utraque eſt natura,ut perſicis. Etenim duracinis adhæret corpus,è lignoq́; auelli nequit,cum in cæteris facile ſeparetur. Quibuſdã nec intus,nec extrà lignũ,ut in palmarũ

genere. Aliquorum lignum ipſum in uſum & pomi uicem, ut grana myxis, quas in Aegypto gigni diximus. Quorūdam extra gemina geminantur uitia, ut in caſtaneis, amygdalis, nucibusq́; iuglādibus. Quorundam natura trigemina eſt, corpus, deinde lignū, rurſusq́; ſemen in ligno, ut perſicis. Quædam inter ſe denſa, ut uuæ, ſorba: quæ ramos circundata ex oī parte uuarum modo degrauant. Alia rara, ut in perſicis. Quædam aluo continentur, ut granata. Dependēt alia pediculis, ut pira. Alia racemis, ut uuæ, palmæ. Alia & pediculis & racemis, ut ederæ, ſambuci. Alia ramo adhærent, ut in lauro. Quædam utroque modo, ut oliuæ. Nam & breues pediculi & longi. Quædam uaſculis conſtant, ut punica, & meſpila, lotosq́; in Aegypto et Euphrate. Iam uero diuerſa gratia & cōmendatio. Carne palmæ placent, cruſta thebaicæ, ſucco uuæ et caryotæ: callo pira et mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei grano. Quædā in Aegypto cute, ut caricæ. Detrahitur hæc ficis uirentibus, ut putamen. Eadem in ſiccis maxime placet. In papyris & ferulis, ſpinaq́; alba, caulis ipſe pomum eſt. Sunt & ficulnei caules. In fruticoſo genere cum caule capparis: ī ſiliquis uero quod manditur, quid niſi lignum eſt? Non omittenda fœminis earum ꝓprietas. Nam neq; corpus, neq; lignum, nec cartilago dici poteſt, neque aliud nomen inuenit.

De myrto, genera eius. XXIX. Ca. XXIX.

Succorū

SVccorum natura præcipuam admirationem in myrto habet. Quando ex una omnium olei uiniq; bina genera fiũt. Item myrtidanũ, ut diximus. Et alius uſus baccæ fuit apud antiquos, anteq̃ piper reperiretur, libi obtinens uicem. Quodam etiam generoſi obſcenij noĩe inde tracto, quod etiam nunc myrtatum uocatur. Eademq; origine aprorũ ſapor commendatur, plerunq; ad intinctus additis myrtis. Arbor ipſa in Europa citeriore cælo, quod ẽ Ceraunijs mõtibus incipit, primũ Circeis in Elpenoris tumulo uiſa traditur, græcumq; ei nomen remanet, quo peregrinam eſſe apparet. Fuit ubi nunc Roma eſt, iam tum cum conderetur. Quippe ita traditur: myrtea uerbena Romanos, Sabinosq;, cum ꝓpter raptas uirgines dimicare uoluiſſent, depoſitis armis pacificatos in eo loco, q nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebant. Et in ea quoque arbore ſuffimenti genus habetur. Ideo tum electa, quoniam coniũctioni & huic arbori præeſt Venus. Haud ſcio an primæua etiam omniũ in locis publicis Romæ ſata ſit, fatidico quidẽ & memorabili augurio. Inter antiquiſſima nanq; delubra habetur Quirini, hoc eſt, ipſius Romuli, ĩ eo ſacræ myrti fuere duæ ante ædem ipſam per longũ tempus. Altera patricia appellata, altera plebeia. Patricia multis annis præualuit flacceſcente plebeia, exuberans ac læta, q̃diu ſenatus quoque floruit, illa uigens, plebeia

Circei, ut eſt apđ Theoph. li.5.c.9. q & eandẽ rẽ tractat inibi.

torrida ac ſqualida. Quæ poſtq̃ eualuit flacceſcente patricia Marſico bello, languida autoritas patrum facta eſt, ac paulatim in ſterilitatem emarcuit maieſtas. Quin & ara uetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Murtiã uocant. Cato tria genera myrti prodidit. Candidã, nigram, coniugalem, fortaßis à coniugijs ex illo Cluacinæ genere. Nũc & alia diſtinctio, ſatiuæ aut ſylueſtris, & in utraq; latifoliæ. In ſylueſtri ꝓpria oxymyrſinæ. Satiuarũ genera topiarij faciunt. Tarentinã folio minuto, noſtratẽ patulo, exoticam dẽſißimo, ſenis foliorũ uerſibus. Hæc nõ eſt in uſu. Ramoſa utraq; alia, coniugalẽ exiſtimo nũc noſtratẽ dici. Myrtus odoratißima eſt in Aegypto. Cato docuit uinũ fieri è nigra, ſiccata uſq; ĩ ariditatem in umbra, atq; ita in mulſo indita. Si nõ ſiccẽtur baccæ, oleum gigni. Poſtea cõpertum, & ex alba uinum fieri album, duobus ſextarijs myrti tuſæ in uini tribus heminis maceratæ expreſſæq;. Folia & ꝑ ſe ſiccantur in farinã ad ulcerũ remedia ĩ corpore humano, leniter mordaci puluere, ac refrigerãdis ſudoribus. Quinimò oleo quoq; (mirũ dictu) ineſt quidã uini ſapor, ſimulq; pinguis liquor, præcipua ui ad corrigenda uina, ſaccis antè perfuſis. Retinet q̃ppe fæcẽ, nec præter purũ liquorem tranſire patitur, datq; ſe comitẽ præcipua cõmendatione liquato. Virgæ quoque eius geſtatæ manu uiatori ꝓſunt in longo itinere pediti. Quin & uirgæ annuli exꝑtes ferri inguinũ tumori

Li. de re ruſtica. 8. Myrtũ, ĩqt, cõiugulũ, & albũ, & nigrum.

tumori medetur. Bellicis quoq; ſe rebus inſeruit, triumphanſq; de Sabinis Poſthumius libertus in conſulatu (qui primus oĩm ouans ingreſſus urbẽ eſt, quoniã rem leuiter ſine cruore geſſerat) myrto Veneris uictricis coronatus inceſſit, optabilem'que arborem etiã hoſtibus fecit. Hæc poſtea ouãtium fuit corona, excepto M. Craſſo, qui de fugitiuis & Spartaco laurea coronatus inceſſit. Maſſurius autor eſt, curru quoque triũphantes myrtea corona uſos. L. Piſo tradit Papyrium Naſonem, qui primus in monte Albano triumphauit de Corſis, myrto coronatum ludos Circẽſes ſpectare ſolitum. Auus maternus Africani ſequentis hic fuit. Marcus Valerius duabus coronis utebatur, laurea & myrtea, qui & hoc uouerat.

De lauro genera. XIII. Ca. .XXX.

LAurus triũphis ꝓprie dicatur, uel gratiſſima domibus, ianitrix Cæſarum põtificumq;: quæ ſola & domos exornat, et ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato: Delphicam & Cypriam. Pompeius Lenæus adiecit quã muſtacen appellauit, quoniam muſtaceis ſubijceretur. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoq; & albicante. Delphicam æquali colore, uiridiorem, maximis baccis, atque è uiridi rubentibus. Hac uictores Delphis coronari, & triumphantes Romæ. Cypriam eſſe folio breui, nigro, per margines imbricato, criſpam. Et poſtea acceſſere genera eius. Hanc ſylueſtrem laurum aliqui

intelligunt, nõnulli ſui generis arborē. Differt colore. Eſt enim ei cærulea bacca. Acceſſit et regia, quæ cœpit Auguſta appellari, ampliſſima et arbore et folio, baccis guſtatu quoq; non aſpero. Aliqui negant eandē eſſe, et ſuū genus regiæ faciūt lōgioribus folijs latioribusq;. Idē in alio genere baccaliā appellant hāc, quæ uulgatiſsima eſt, baccarumq; fertiliſſima. Sterilem uero earū (qđ maxīe miror) triumphalem, eaq; dicunt triumphantes uti, niſi id à diuo Auguſto cœperit, ut docebimus, ex ea laurū quæ ei miſſa è cælo minima eſt altitudīe, folio criſpo ac breui, quæ inuenitur rara. Accedit in topiario opere taxa, excreſcente in medio folio paruulo, ueluti lacinia folij. Et ſine ea ſpadonia mira opacitatis patiētia. Itaq; quanta libeat ſub umbra ſolum implet. Eſt & chamædaphne ſylueſtris frutex, eſt et Alexandrina, quam aliqui Idæā, alij hippoglottion, alij daphnitin, alij carpophyllon, alij hypelatē uocāt. Ramos ſpargit à radice dodrantales, topiarij ac coronarij operis, folio acutiore q̃ myrti, molliore et candidiore, maiore ſemine inter folia rubro. Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti, nec niſi in montoſis. Id quod Daphnoides uocatur genus, in noīm ambitu eſt. Alij enim Pelaſgū, alij eupetalon, alij ſtephanon Alexandri uocant. Et hic frutex eſt ramoſus, craſſiore ac molliore q̃ laurus folio, ex cuius guſtatu accēditur os atq; guttur, baccis è nigro ruffis. Notatū antiquis, nullū

genus lau

genus lauri in Corſica fuiſſe,quod nunc ſatum et ibi ꝓuenit.Ipſa pacifera,ut quã prætendi etiã inter armatos hoſtes quietis ſit indicium.Romanis præcipue lætitiæ uictoriarũq; nuncia additur lituis,et militũ lãceis,pilisq;.Faſces imperatorũ decorat.Ex his in gremio Iouis optimi maximi deponitur,quotiẽs lætitiam uictoria nouã attulit.Idq; non quia ꝑpetuo uiret,nec quia pacifera eſt,præferẽda utiq; myrto & oleæ eſt,ſed quia ſpectatiſſima in mõte Parnaſo.Ideóq; etiã grata Apollini,aſſuetis eo dona mittere iã et regibus Romanis,teſte L.Bruto.Fortaſſ͛s etiã in argumentũ,quoniã ibi libertatem publicã is meruiſſet,lauriferã tellurẽ illã oſculatus ex reſpõſo:Et ꝗa manu ſatarum receptarumq; in domos,fulmine ſola non icitur.Ob has cauſas equidem crediderim,honorem eis habitum in triumphis potius,ꝗ̃ quia ſuffimentum ſit cædis hoſtiũ et purgatio,ut tradit Maſſurius.Adeoq; in profanis uſibus pollui laurum & oleam fas non eſt,ut ne propiciandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræ'ue debeant.Laurus quidem manifeſto abdicat ignes crepitu,et quadam deteſtatione,interaneorum etiam uitia et neruorum ligno torquente.Tiberium principem tonante cælo coronari ea ſolitum ferunt contra fulminum metus. Sed & circa diuum Auguſtũ euenta eius digna memoratu.Nanq; Liuiæ Druſillæ,quæ poſtea Auguſta matrimonij nomẽ accepit,cum pacta eſſet illa Cæſari,galli-

ſari, gallinam conſpicui candoris ſedenti aquila ex alto abiecit in gremium illæſam. Intrepideq; miranti acceßit miraculum, quoniam teneret roſtro laureum ramum onuſtum ſuis baccis. Conſeruari alitem & ſobolem iuſſere haruſpices, ramumq; eum ſeri, ac rite cuſtodiri. Quodq; factũ eſt in uilla Cæſarum, fluuio Tiberi impoſita iuxta nonum lapidem Flaminia uia, quæ ob id uocatur ad gallinas: mireq; ſylua prouenit. Ex ea triumphans poſtea Cæſar, laurum in manu tenuit, coronamq; in capite geſſit, ac deinde imperatores Cæſares cuncti. Traditusq; mos eſt ramos quos tenuerunt ſerendi. Et durant ſyluæ nominibus ſuis diſcretæ, fortaſſis ideo mutatis triumphalibus. Vnius arborum latina lingua nomen imponitur uiris. Vnius folia diſtinguuntur appellatione. Lauream enim uocamus. Durat & in urbe impoſitum loco, quando lauretum in Auentino uocatur, ubi ſylua lauri fuit. Eadem purificationibus adhibetur: teſtatumq; ſit obiter & ramo eam ſeri, quoniam dubitauere Democritus & Theophraſtus. Nunc dicemus ſylueſtrium naturas.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XVI.

PROOEMIVM.

Syluestrium arborum naturæ.

POmiferæ arbores, quæq; mitioribus ſuccis, uoluptatē primæ cibis attulerunt, et neceſſario alimēto delicias immiſcere docuerūt, ſiue illæ ultro, ſiue ab hoīe didicere blandos ſapores adoptione et connubio, idq; munus etiam feris uolucribusq; dedimus, intra prædictas conſtat. Primum erat narrare glandiferas quoq;, quæ primo uictū mortaliū aluerunt nutrices inopis ac feræ ſortis, ni præuerti cogeret admiratio uſu cōperta, quænā qualisq; eſſet uita ſine arbore ulla, ſine frutice uiuentium.

Gentes ſine arbore, & miracula in ſeptentrionalis regionis arboribus. Caput .I.

DIximus & in oriente quidē, iuxta oceanū cōplures ea neceſſitate gentes. Sunt uero et in ſeptentrione uiſæ nobis Cauchorū, qui maiores minoresq; appellātur. Vaſto ibi meatu ꝑpetuis bis dierū noctiūq; ſingularū interuallis effuſus in immenſum agitur Oceanus, æternā opiens rerum naturæ cōtro

uerſiam,

uerſiã, dubiũq; terræ ſit an pars maris. Illic miſera
gẽs tumulos obtinet altos, aut tribunalia ſtructa ma
nibus ad expimẽta altiſsimi æſtus, caſis ita ĩpoſitis,
nauigãtibus ſimiles (cũ integãt aquæ) circũdatæ nau
fragijs. Cũ uero receſſerint, fugiẽtes cũ mari piſces
circa tuguria uenãtur. Non *pecudes hos habere, nõ*
lacte ali, ut finitimos. Ne *cũ feris quidẽ dimicare cõ*
tingit, omni procul abacto frutice. V*lua & paluſtri*
iunco funes nectunt ad prætexẽda piſcibus retia. Ca
ptumq; manibus lotum uentis magis q̃ ſole ſiccãtes,
terra cibos, & rigentia ſeptentrione uiſcera ſua u-
runt. Potus *non niſi ex imbre ſeruato ſcrobibus in ue*
ſtibulo domus. Et *hæ gentes certe ſi uincantur hodie*
à po. Ro. *ſeruire ſe dicunt.* Ita *eſt profecto, multis*
fortuna parcit in pœnam. Aliud *è ſyluis miraculũ:*
totam reliquam Germaniã replent, adduntq; frigo-
ri umbras, altiſsimæ tamẽ. Haud *procul ſuprà dictis*
Cauchis *circa duos præcipue lacus littora ipſa obti*
nent quercus, maxima auiditate naſcendi: ſuffoſſæq;
fluctibus, aut ꝓpulſæ flatibus, uaſtas complexu radi
cum inſulas ſecum auferunt. Atque *ita libratæ ſtan-*
tes nauigant ingentiũ ramorũ armamentis, ſæpe ter
ritis claſsibus noſtris: cũ uelut de induſtria fluctibus
agerentur, ut in proſpectu ſtantes noctu, inopesq; re
medij illæ, prælium nauale aduerſus arbores inirẽt.

Lotũ legendũ ex M. Sabelli co, ut ad piſcẽ referatur: quã q̃ ſint q lutũ le gendũ uelint: quo exiccato ligni loco quæ dã gentes utun tur.

De Hercyniæ *ſyluæ magnitudine.* Ca. II.

IN *eadem ſeptentrionali plaga* Hercyniæ *ſyluæ,*

roborum

roborum uaſtitas intacta et cōgenita mūdo, ꝑpè im mortali ſorte miracula excedit. Vt alia omittantur fide caritura, cōſtat attolli colles occurſantiū inter ſe radicū repcuſſu. Aut ubi ſecuta tellus nō ſit, arcus ad ramos uſq;, et ipſos inter ſe rixātes curuari porta rum patentium mō, ut turmas equitū tranſmittant.

De glandiferis. Caput .III.

GLandiferi maxime generis omnes, quibus ho nos apud Romanos perpetuus.

De ciuica corona, & qui frondea corona donati. Caput .IIII.

HInc ciuicæ coronæ, militū uirtutis inſigne cla riſſimum. Iampridē uero et clementiæ impe ratorum, poſtq̄ ciuiliū bellorū ꝓfanatione meritum cœpit uideri ciuē non occidere. Cedunt ijs murales uallaresq;, et aureæ, quanq̄ pretio antecedentes. Ce dunt et roſtratæ, q̄uis in duobus maxime ad hoc æui celebres, M. Varrone è piraticis bellis, dante Mag. Pompeio, itemq; M. Agrippa, tribuēte Cæſare è Si culis, quæ et ipſa piratica fuere. Antea roſtra nauiū tribunali præfixa foro, decus erant, ueluti po. Ro. ipſa corona impoſita. Poſtq̄ uero tribunitijs ſeditio nibus calcari ac pollui cœpere, poſtq̄ uires ex publi co in priuatū magis, ſingulisq; ciuiū quæri, et ſacro ſancta oīa ꝓfana fecere, tum à pedibus eorū ſubiere in capita ciuiū roſtra. Dedit hanc Auguſtus coronā Agrippæ, ſed ciuicā à genere humano accepit ipſe.

Antiquitus

Antiquitus quidem nulla niſi deo dabatur. Ob id Homerus cælo tantum eas & prælio uniuerſo tribuit. Viritim uero ne in certamine quidem ulli. Feruntq; primũ oĩm Liberum patrẽ impoſuiſſe capiti ſuo ex edera. Poſtea deorum honori ſacrificantes ſumpſere uictimis ſimul coronatis. Nouiſſime et in ſacris certamĩbus uſurpatæ, in qbus hodieq; non uictori dant, ſed patriã ab eo coronari ꝓnunciatur. Inde natũ, ut etiã triũphaturis conferrentur in templis dicandæ, mox ut et ludis darẽtur. Longũ eſt, nec ex inſtitutione operis diſſerere, quiſnã Romanorũ primus acceperit. Neque enim alias nouerant q̃ bellicas. Quod certũ eſt, uni gentiũ huic plura ſunt genera q̃ cũctis. Romulus frondea coronauit Hoſtum Hoſtiliũ, q. Fidenam primus irrupiſſet. Auus hic Tulli Hoſtilij regis fuit. P. Deciũ patrẽ tribunũ militũ frondea donauit exercitus ab eo ſeruatus, impatore Cor. Coſſo cõſ. Sannitiũ bello. Ciuica ilignа primo fuit, poſtea magis placuit ex æſculo Ioui ſacra. Variatumq; et hoc cũ quercu eſt, ac data ubiq; quæ fuerat, cuſtodito tamẽ honore glandis. Additæ leges arctæ, et ideo ſuperbæ, quasq; cõferre libeat cũ illa Græcorũ ſumma, quæ ſub ipſo Ioue datur. Quique patriæ muros primus ſcandẽs, audentẽ, irrumpere occidit. Quiq; ciuẽ maluit ſeruare, q̃ hoſtẽ occidere. Vtq; eũ locũ in quo ſit actũ, obtineret hoſtis eo die. Vtq; ſeruatus fateatur, aliâs teſtes nil pſunt. Vt ciuis fuerit. Auxilijs, q̃uis

tijs,q̃uis rege ſeruato,decus id non dant. Nec creſcit bonos idẽ imperatore cõſeruato,quoniã cõditores in quocunq; ciuẽ ſummũ eſſe uoluerunt. Accepta licet uti perpetuo. Ludos ineũti ſemper aſſurgi etiam ab ſenatu in more eſt. Sedẽdi ius,in ꝓximo ſenatui. Vacatio munerũ oĩm ipſi,patriq́; et auo paterno. Quatuordecim eas accepit Sicinius Dentatus,ut retulimus ſuo loco. Sex. Capitolinus. Is quidẽ & de duce Seruilio. Africanus de patre accipere noluit apud Trebiam. O mores æternos,qui tanta opera honore ſolo donauerunt. Et cũ reliquas coronas auro commendarent,ſalutem ciuis ij in pretio eſſe noluerunt: clara profeſſione,ſeruari quidem hominem nefas eſſe lucri cauſa.

De glande,genera. XIII. Caput .V.

GLandes opes eſſe nunc quoq; multarũ gentiũ etiã pace gaudentiũ conſtat. Necnon et in copia frugũ arefactis molitur farina,ſpiſſaturq́; in panis uſum. Quin & hodieq; per Hiſpanias ſecundis menſis glans inſeritur. Dulcior eadẽ in cinere toſta. Cautũ eſt præterea lege. XII. tabularũ,ut glandem in alienum fundũ ꝓcidentem liceret colligere. Genera earum multa. Diſtant fructu,ſitu,ſexu,ſapore. Nanq; alia fageæ glãdi figura,alia quernæ,& alia ilignæ. Atq; inter ſe quoq; generum ſingulorum differentiæ. Præterea ſunt aliæ ſylueſtres,aliæ placidiores,quæ culta obtinent. Iam etiam in montoſis planiſq; diſtant.

niſq; diſtant. Sicut & ſexu mares ac fœminæ. Item ſapore. Dulciſſima oĩm fagi, ut qua obſeſſos etiam homines duraſſe in oppido Chio, tradit Cornelius Alexander. Genera diſtinguere non datur nominibus, quæ ſunt alia alibi: Quippe cum robur quercumq; uulgo naſci uideamus, ſed æſculum non ubiq;. Quartam uero generis eiuſdẽ, quæ cerrus uocatur, ne Italiæ quidem maiori ex parte notam eſſe. Diſtinguemus ergo proprietate naturaq;: & ubi res coget, etiam græcis nominibus utendum.

De fagina glande, & reliquis glandibus, & carbone, & paſtu porcorum. Ca. .VI.

Fagi glans nucleis ſimilis, triangula cute includitur. Folium tenue, ac leuiſſimũ, pópulo ſimile, celerrime flaueſcens, et media parte plerunq;. Gignens ſuperne paruulam baccam uiridẽ, cacumine aculeatã. Fagi glans muribus gratiſſima eſt, et ideo animalis eius unà ꝓuentus. Glires quoq; ſaginat. Expetitur & turdis. Arborũ fertilitas omniũ ferè alternat, ſed maxime fagi. Glandem quæ ꝓprie intelligitur, ferunt robur, quercus, æſculus, cerrus, ilex, ſuber. Continentur hiſpido calyce, per genera plus minus complectente. Folia præter ilicem grauia, carnoſa, ꝓcera, ſinuoſa lateribus. Nec cũ cadunt flaueſcentia, ut fagi. Pro differẽtia generũ breuiora, uel longiora. Ilicis duo genera. Ex ijs in Italia folio non multũ ab oleis diſtant, ſmilaceſ à quibuſdam græcis dictæ, in

dictæ in prouincijs aquifoliæ. Ilicis glans utriuſque breuior & gracilior, quam Homerus acylon appellat, eoq; noīe à glande diſtinguit. Maſculas ilices ne gant ferre. Glans optima ī quercu atq; grādiſsima, mox eſculo: nam roboris parua. Cerro triſtis, horrida, echinato calyce ceu caſtaneæ. Sed in querna alia dulcior, molliorq; fœīæ, maris ſpiſſior. Maxime aūt ꝓbantur latifoliæ ex argumēto dictæ. Diſtant autē inter ſe magnitudine & cutis tenuitate. Itē ꝙ alijs ſubeſt tunica rubigine ſcabra, alijs ꝓtinus cādidum corpus. Probatur & ea, cuius in balano utrinq; ex longitudine extrema lapideſcit in duritiā. Melior, cui in cortice, ꝗ cui in corpore. Vtrunq; non niſi mari. Præterea alijs ouata, alijs rotūda, alijs acutior figura. Sicut & colos nigrior, cādidiórue qui præfertur. Amaritudo in extremitatibus, mediæ dulces. Quin et pediculi breuitas ꝓceritasq; differentiā habet. In ipſis uero arboribus quæ maximā fert, hemeris uocatur, breuior, & ī orbē comoſa, alasq; ramorum crebro cauata. Fortius lignū quercus habet & incorruptius: ramoſa & ipſa, ꝓcerior tamē & craſſior caudice. Excelſiſſima aūt egylops incultis amica. Ab hac ꝓxime latifoliæ ꝓceritas, ſed minus utilis ædificijs: at quæ carbone dotata, uitijs obnoxia eſt. Quamobrem ſolido utuntur carbone, ærariorū tantum officinis compēdio: quoniam deſinente flatu ꝓtinus emoriens ſæpius recoquitur: cætero plurimis

Odyſſ. ubi enarrat quem admodū Circe ijs quos ex Vlyſſis ſocijs in porcos mutauerat, ilice am glādē in cibū ꝓiecerit, et cornus fructū

τοῖσι δὲ κίρκη πὰρ ῥ᾽ ἄκυλον βάλανόν τ᾽ ἔβαλε καρπόν τε κρανείης ἔδμεναι.

 ſcintil-

ſcintillis. Idem è nouellis melior. Aceerui confertis ta leis recentibus luto caminantur, accenſaq; ſtrue con tis pungitur dureſcẽs calyx, atq; ita ſudorẽ emittit. Peßima & carboni & materiæ haliphleos dicta, cui craßiſſimus cortex atq; caudex, & plerunq; ca uus fungoſusq;. Nec alia putreſcit ex hoc genere, etiam cum uiuit. Quin & fulmine ſæpißime icitur, q̃uis altitudine nõ excellat. Ideo ligno eius nec ad ſa crificia uti fas habetur. Eidẽ raro glans, & cũ tule rit amara, quam præter ſues nullum attingit aĩal. Ac ne eæ quidẽ, ſi aliud pabulũ habeant. Hoc quoq; inter reliqua neglectæ religionis eſt, quod emortuo carbone ſacrificatur. Glans fagea ſuem hilarẽ facit, carnem coctibilẽ ac leuẽ, & utilẽ ſtomacho: iligna ſuem anguſtã, nitidã, ſtrigoſam, ponderoſam. Quer na diffuſam & grauiſſimam, & ipſa glandiũ æque dulciſſima. Proxima huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia ſolidiorem carnem, ſed duram. Iligna ten tari ſues, niſi paulatim detur. Hanc nouiſſimam ca dere. Fungoſam carnem fieri eſculo, robore, ſubere. Quæ glandem ferunt, omnes & gallam, alternisq; annis glandem. Sed gallam hemeris optimam, & co rijs perficiẽdis aptiſſimam. Similem huic latifolia, ſed leniorem, multóque minus probatam. Fert & ni gram. Duo enim genera ſunt. Hæc tingẽdis utilior.

De galla, & q̃ multa præter glandem eædem ferant arbores. Caput. VII.

NAſcitur autẽ galla ſole de geminis exeunte, erumpẽs noctu ſemper uniuerſa. Creſcit uno die candidior. Et ſi excepta eſt æſtu, areſcit protinus, neque ad iuſtum incrementum peruenit: hoc eſt, ut nucleum fabæ magnitudine habeat. Nigra diutius uiret, creſcitq; ut interdum mali compleat magnitudinem. Optima Comagena, deterrima ex robore. Signum eius, quod cauernæ tranſlucent. Robur præter fructum plurima alia gignit. Nanq; fert & gallæ utrunque genus, & quædam ueluti mora (ni diſtarent) arida, duritia plerunque tauri caput imitantia, quibus fructus ineſt nucleis oliuæ ſimilis. Naſcuntur in eo & pilulæ, nucibus non abſimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarũ luminibus aptos. Nam & ſine oleo flagrãt, ſicuti galla nigra. Fert & aliã inutilẽ pilulã cum capillo uerno tpe, tamen melligeni ſucci. Gignũt & aliæ ramorũ eius pilulas corpori nõ pediculo adhærẽtes, candicãtes umbilicis. Cætera nigra uarietate diſperſa. Media cocci colorem habent. Apertis amara inanitas eſt. Aliquando & pumices gignit, necnon & è folijs conuolutas pilulas, & in folio rubentes. Aquoſos nucleos candicãtes, et tranſlucidos, q̃diu molles ſint, in qbus & culices naſcuntur: * matureſcũt in modũ gallæ.

Induреſcũt, ex Theoph. li. 3. c. 8. ubi et ipſe de pilulis quæ in robore naſcũtur loqtur. Et muſcæ apđ eundẽ, quos culices hic dicit Plin. Hæc etiã muſcas interdũ (inqt) intus continet: ueniensq; ad incrementũ iuſtũ, in modũ paruulæ gallæ induреſcit.

De cachrye, & cocco grano, & agarico, & ſubere. Caput .VIII.

FErunt robora & cachryn: ita uocatur pilula

in medicina urendi uim habens. Gignitur & in abie te, larice, picea, tilia, nuce, platano, poſtq̃ folia ceci dere, hyeme durãs. Continet nucleum pineis ſimile. Is creſcit hyeme, aperitur uere pilula tota. Cadit cũ folia cœperint creſcere. Tam multifera ſunt, & tot res præter glandem pariũt robora. Sed & boletos ſuillosq́;, gulæ nouiſſima irritamenta, quæ circa radices gignuntur. Quercus probatiſsimos, robur autem & cypreſſus, & pinus, noxios. Robora ferunt & uiſcum, & mella, ut autor eſt Heſiodus. Cõſtatq́; rores melleos è cælo, ut diximus, cadentes, non alijs magis inſidere frondibus. Cremati quoq; roboris ci nerem nitroſum eſſe manifeſtum eſt. Omnes tamen has eius dotes ilex ſolo ꝓuocat cocco. Granum hoc, primóque ceu ſpectes frutices paruos aquifoliæ ilicis: quiſquilium uocant, penſionem alteram tributi pauperibus Hiſpaniæ donati. Vſum eius gratiorem in conchylij mentione tradidimus. Gignitur & in Galatia, Africa, Piſidia, Cilicia, peſsimum in Sardinia. Galliarũ glandiferæ maxime arbores agaricũ ferunt. Eſt autem fungus candidus, odoratus, antido tis efficax, in ſummis arboribus naſcens, nocte relucens. Signum hoc eius, quod in tenebris decerpitur. E glandiferis ſola quæ uocatur egylops, fert panos arentes, muſcoſo uillo, canos non in cortice modo, uerum & è ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus inter unguẽta. Suber minima

arbor,

arbor, glans peſſima, rara, cortex tantū in fructu, præcraſſus ac renaſcens, atque etiam in denos pedes undiq; explanatus. Vſus eius ancoralibus maxīe nauium, piſcantiūq; tragulis, et cadorū obturamentis: præterea in hyberno fœminarū calceatu. Quamob rē nō infacete græci cortices arborū appellāt. Sunt qui fœminā ilicem uocēt: atq; ubi non naſcitur ilex, pro ea ſubere utuntur in carpentarijs præcipue fabricis, ut circa Elin *&* Lacedæmonem. *Nec in* Italia *tota naſcitur, aut in* Gallia *omnino.*

Quarum ſint in uſu cortices. Ca. .IX.

Cortex è fago, tilia, abiete, picea, in magno uſu agreſtium. Vaſa corbeſq; ac patentiora quædam meſſibus conuehendis uindemijſq; faciunt, atq; prætexta tuguriorū. Scribit in recenti ad duces explorator, incidens literas à ſucco. Necnon in quodam uſu ſacrorum religioſus eſt fagi cortex. Sed non durat arbor ipſa.

De ſcandulis, & pinu, pinaſtro, abiete, piceaq;, larice, tæda, taxo. Caput .X.

Scandulæ è robore aptiſſimæ, mox è glandiferis alijs fagoq;: facillimæ ex oībus quæ reſinam ferunt, ſed minime durant, præterq̄ è pino. Scandula contectā fuiſſe Romam *uſq; ad bellum* Pyrrhi *annis quadringentis.* LXX. Cornelius Nepos *autor eſt.* Syluarum *certe diſtinguebatur inſignibus.* Fagutal Ioui *etiam nunc eſt, ubi lucus fageus fuit, portáque*

De ſcandulis memīt et Cæſar. 8. cōmentariorū libro, et Victru. li. 2 ca. 1. earum uſum apđ uarias gẽtes fuiſ-

ſe oſtẽdens: In Gallia (inquit) & Luſitania, & Aquitania ſcandulis robuſteis et ſtramẽtis ædificia cõſtituuntur.

querculana colle, in quem uimina petebantur, totq;
lucis, quibuſdam & geminis. Q. Hortenſius dicta-
tor, cum plebs ſeceſſiſſet in Ianiculum, legẽ in eſcu-
leto tulit, ut ea quod iuſſiſſet, omnes quirites tene-
rentur. Peregrinæ tunc uidebantur (quoniam non
erant ſuburbanæ) pinus atque abies, omnesq́; quæ pi
cem gignunt, de quibus nunc dicemus, ſimul ut tota
condiendi uina origo cognoſcatur. Quæ ferunt in
Aſia, aut oriente è prædictis picem, in Europa ſex
genera cognatarum arborum reſinam ferunt. Ex ijs
pinus atque pinaſter folium habent capillamẽti mo
do prætenue, longumq́;, & mucrone aculeatum. Pi-
nus fert minimum reſinæ, interdũ ex nucibus ipſis,
de quibus dictum eſt, uix ut aſcribatur generi. Pi-
naſter nihil aliud eſt quàm pinus ſylueſtris, mira al-
titudine, & à medio ramoſa, ſicut pinus in uertice.
Copioſiorem dat hæc reſinam, quo dicemus modo. Gi
gnitur & in planis. Eaſdẽ arbores alio nomine eſſe
per oram Italiæ, quas ſtrobilos uocant, pleriq; arbi
trãtur, ſed graciles ſuccíctioresq́;, et enodes, liburni
carũ ad uſus, penè reſina. Picea mõtes amat atq; fri
gora: feralis arbor, & funebri indicio ad fores poſi
ta, ac rogis uirens. Iam tamẽ & in domos recepta,
tonſili facilitate. Hæc plurimã reſinam fundit, inter
ueniente candida gẽma tam ſimili thuri, ut mixta ui
ſu diſcerni non queat, & inde fraus ſeplaſiæ. Oĩbus
his generibus folia breui ſeta & craſſiore, duráque

cecu-

ceu cupreßis. Piceæ rami penè ſtatim ab radice mo dici,uelut brachia lateribus inhærent. Similiter abie ti expetitæ nauigijs. Situs in excelſo montiũ,ceu ma ria fugerit, nec forma alia. Materies uero præci- pua trabibus, & plurimis uitæ operibus. Reſina ei uitium, unde fructus unus piceæ:exiguumq́; ſudat, aliquando contactu ſolis. E diuerſo materies quæ ab- iẽti pulcherrima, piceæ ad fiſſiles ſcãdulas, cupasq́;, & pauca alia ſecamẽta. Quinto generi ſitus idem, eadem facies, larix uocatur, materia præſtãtior lon ge, incorrupta uis, emori contumax, rubens prætere- ea, & odore acrior. Pluſculum huic erumpit liquo- ris, melleo colore, atque lentiore, nunquam duraſcen tis. Sextum genus eſt tæda proprie dicta, abundan- tior ſucco quàm reliqua, parcior, liquidiorq́; quàm picea, flammis ac lumini ſacrorum etiã grata. Hanc mares duntaxat ferunt, & eam quam Græci ſycen uocant, odoris grauißimi. Laricis morbus eſt, ut tæ- da fiat. Oĩa autem hæc genera accenſa, fuligine im- modica carbonem repente expuunt cum eruptionis crepitu, eiaculãturq́; longe, excepta larice, quæ nec ardet, nec carbonẽ facit, nec alio modo ignis ui cõſu mitur, q̃ lapides. Oĩa uero ea ppetuo uirent, nec faci le diſcernuntur in fronde à peritis. Tanta nataliũ mi xtura eſt: ſed picea minus alta quàm larix. Illa craſ ſior leuiorq́; cortice, folio uilloſior, pinguior, & den ſior, meliórque flexu. At piceæ rariora, ſicciorâque

folia & tenuiora, ac magis algentia: totaq́; horridior eſt, & pfuſa reſina. Lignũ uero abieti ſimilius. Larix uſtis radicibus non repullulat, picea repullulat, ut ĩ Leſbo accidit, incẽſo nemore Pyrrhæo. Alia etiamnũ generibus ipſis in ſexu differẽtia. Mas breuior & durior, fœĩa procerior, pinguioribus folijs & ſimplicibus, atq; non rigentibus. Lignũ maribus durum, & in fabrili ope contortũ, fœminæ mollius, publico diſcrimine in ſecuribus. Eæ quocunq; in genere deprehendunt marẽ: quippe reſpuuntur, & fragoſius ſidunt, ægrius reuellũtur. Ipſaq́; materies retorrida, & nigrior maribus radix. Circa Idam in Troade, & alia differẽtia eſt mõtanæ maritimæq́;. Nanq; in Macedonia & Arcadia circa Elin pmutant nomina. Nec conſtat autoribus, quod cuiq; generi attribuãt, nos iſta Romano diſcernimus iudicio. Abies è cunctis ampliſsima eſt, & fœmina etiã prolixior: materia mollior, utiliorq́;, arbore rotundior, folio pinnato denſa, ut imbres non tranſmittat, at hilarior intuitu. E ramis generũ horũ paniculárum modo nucamẽta ſquamatim cõpacta depẽdent, præterq̃ larici. Hæ quoq; abietes maſculæ prima in parte nucleos habẽt, non item fœminæ. Piceæ uero totis pãniculis minoribus, gracilioribusq́; minimos ac nigros. Propter qđ Græci phthirophoron eam appellant. In eadẽ nucamẽta cõpreſsiora maribus ſunt, ac minus reſina roſcida. Siſis his etiamnũ aſpectu eſt, ne quid

ne q̃d prætereatur, taxus, minus uirẽs, gracilisq́; et triſtis, ac dira, nullo ſucco, ex oĩbus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe baccis in Hiſpania præcipue uenenum ineſt. Vaſa etiam uiatoria ex ea uinis in Gallia facta, mortifera fuiße compertũ eſt. Hanc Seſtius ſmilacem à Græcis uocari dixit: et eſſe in Arcadia tam præſentis ueneni, ut ſi qui dormiant ſub ea, cibúmue capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicũt uenena, quæ nũc toxica diximus, quibus ſagittæ tingãtur. Repertũ, innoxiam fieri, ſi in ipſam arborem clauus æreus adigatur.

Quibus modis fiant genera picis, & quõ fiat
cedriũ, & de ſpiſſa pice quõ fiat, & quibus Terra legen-
modis reſina coquatur. Ca. .XI. dum, nõ ferro,

PIx liquida in Europa è tæda coqtur naualibus ut hactenus, ex
muniẽdis, multosq́; ad alios uſus. Lignum eius Theoph. li. 9.
conciſum furnis undiq; igni extrà circũdato• terra, c. 3. Cũ igitur
ut primus ſudor aquæ modo fluat ĩ canali: hoc in Sy- tædã (inqt) ita
ria cedriũ uocatur, cui tãta uis eſt, ut ĩ Aegypto cor cõſtruxerint,
pora hoĩm defunctorũ eo pfuſa ſeruẽtur. Sequens li et materiã p-
quor craßior iam picẽ fundit. Hæc rurſus in corti- texerint, aliq̃
nas æreas cõfecta aceto ſpiſſatur, & coagulata bru terra ſupinfu-
tiæ cognomẽ accepit, dolijs dũtaxat uaſisq́; cæteris ſa, undiq; ſum
utilis, lentore ab alia pice differẽs: Item colore ruti- ma cũ diligen
lante, & q̃ pinguior eſt. E tæda oĩa illa fiunt. E pi- tia occultant,
cea reſina feruẽtibus cocta lapidibus in alueis ualidi ut ignis nulla
roboris: aut ſi aluei non ſint, ſtruis congerie uelut in ex pte emica-
carbonis re poßit.

carbonis uſu. Hæc in uinũ additur, farinæ modo tu-ſa, nigrior colore. Eadẽ reſina ſi cũ aqua leuius deco quatur coleturq́;, ruffo colore leteſcit, ac ſtillaticia uocatur. Seponũtur autem in id ferè uitia reſinæ corticisq́;. Alia tẽperies ad crapulã. Nanq; flos crudus reſinæ cũ multa haſtula tenui breuiq; auulſus, cõciditur ad cribrũ minuta, deinde feruẽti aqua donec coquatur pfunditur. Huius expreſſum pingue præcipua reſina fit, atq; rara, nec niſi paucis in locis ſubalpinæ Italiæ, cõueniens medicis. Reſinæ albæ congiũ in duobus aquæ pluuiæ coquũt. Alij utilius putãt ſine aqua coquere lento igne tota die, utriq; uaſe æris albi. Item terebinthinam in ſartagine referuenti, hãc cæteris præferentes. Proxima ex lentiſco.

De zopiſſa & ſapio, & quarum arborũ materia in pretio. Caput .XII.

NOn omittendũ, apud eoſdẽ zopiſſam uocari deraſam nauibus maritimis picẽ cũ cera, nihil non experiente uita, multo efficaciorẽ ad oĩa, q̃bus pices reſinæq; pſunt, uidelicet adiectoſalis callo. Aperitur picea è parte ſolari non plaga, ſed uulnere ablati corticis, cũ plurimũ bipedali hiatu, ut à terra cubito cũ minimũ abſit. Nec corpori ipſi parcitur, ut in cæteris, quoniã haſtula in fructu eſt. Verum hæc terræ pxima laudatur: altior amaritudinẽ affert. Poſtea humor oĩs è tota confluit in ulcus. Itẽ tæda, cũ id manare deſijt, ſimili modo ex alia parte*

aperitur,

*pitur, ac deinde alia. Poſtea tota arbor ſucciditur, et medulla eius uritur. Sic et in Syria terebintho detrahũt cortices. Ibi quidẽ et è ramis ac radicibus, cũ reſina damnetur ex his ꝑtibus. In Macedonia laricẽ maſculã urunt, fœminæ radices tantũ. Theopompus ſcripſit in Apolloniatarũ agro picẽ foßilẽ nõ deteriorẽ macedonica inueniri. Pix optĩa ubiq; ex apricis aqlonis ſitu. Ex opacis horridior, uiruſq; præferens. Frigida hyeme deterior, ac minus copioſa & decolor. Quidã arbitrãtur in mõtoſis copia præſtãtiorẽ fieri ac coloratiorẽ, et dulciorẽ quoq; et gratiorẽ dũ reſina ſit. Decoctã aũt minus picis reddere, quoniã in ſerũ abeat, tenuioreſq; eſſe ipſas arbores q̃ in planis. Sed has et illas ſerenitate ſteriliores. Fructum quædã ꝓximo anno ab inciſu largiuntur, aliæ ſecũdo, quædã tertio. Expletur aũt plaga reſina, nõ cortice, nec cicatrice, q̃ in hac arbore nõ coit. Inter hæc genera ꝓpriũ quidã fecere ſapiũ, quoniã ex cognatiõe earũ ſeritur, qualis dicta eſt in nucleis. Eiuſq; arboris imas ꝑtes tædas uocãt, cũ ſit illa arbor nil aliud q̃ picea, feritate paulũ mitigata ſatu. Sapini autẽ materies cæſarum è genere fit, ſicuti docebimus.

De fraxino, genera eius quatuor. Ca. XIII.

MAteriæ enĩ cauſa reliquas arbores natura genuit, copioſißimãq; fraxinũ. * Procera hæc ac teres, pẽnata et ipſa folio: multũq; Homeri præconio, et Achillis haſta nobilitata. Materies eſt ad plurima

* Iliados. 19. ἐκ δ' ἄρα σύριγγος πατρώϊον ἐσπάσα τ' ἔγχος βριθὺ, μέγα, στιβαρόν. τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος ἀχαιῶν πάλλειν. ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι ἀχιλλεύς πηλιάδα μελίην τὴν πατρὶ φίλῳ τάμε χείρων.

ad pluria utilis. Ea quidē q̃ ſit in Ida Troadis in tantū cedro ſilis, ut emētes fallat cortice ablato. Græci duo genera eius fecere. Longā, enodē. Alterā breuē duriorē fuſcioremq́; laureis folijs. Bumeliā uocāt in Macedonia ampliſsimā lentiſſimāq́;. Alij ſitu diuiſere. Campeſtrē enim eſſe criſpā, montanā ſpiſſam. Folia earū iumentis mortifera, cæteris ruminantiū innocua græci ꝓdidere. In Italia nec iumētis nocēt. Contra ſerpētes uero ſucco expreſſo ad potū, et impoſita ulceribus, opifera ac nihil æque repitur. Tantaq́; eſt uis, ut ne matutinas quidē, occidentéſue umbras, q̃uis ſint longiſſimæ, ſerpens arboris eius attingat, adeo ipſam ꝓcul fugat. Experta prodimus: Si fronde ea gyro claudatur ignis et ſerpens, in ignem potius q̃ in fraxinū fugere ſerpentem. Mira naturæ benignitas, prius quàm hæ ꝓdeant, florere fraxinū, nec ante conditas folia dimittere.

De tilia, genera duo. Caput .XIIII.

IN *tilia mas et fœmina differunt oī modo. Nanq; et materies maris dura, ruffiorq́; ac nodoſa, & odoratior. Cortex quoq; craſſior, ac detractus inflexibilis. Nec ſemen fert aut florem, ut fœmina, quæ craſſior arbore, materia candida præcellenſq́; eſt. Mirum in hac arbore, fructum à nullo animaliū attingi, foliorum corticiſq́; ſuccum dulcem eſſe. Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus uincula tiliæ uocātur.* * *Tenuiſſimū*

Circa huius loci lectionē uaria [margin note, partly cut]

carum

earum philyræ coronarum lemniſcis celebres, antiquorumq; honore. Materies teredinem non ſentit, proceritate perq̃ modica, uerum utilis.

De aceris, genera .X. Caput .XV.

ACer eiuſdē ferè amplitudinis, operū elegantia, ac ſubtilitate cedro ſecūdum. Plura eius genera. Albū qđ præcipui cādoris, uocatur gallicū, in tranſpadana Italia tranſq; alpes naſcens. Alterū genus criſpo macularum diſcurſu: q cū excellentior fuit, à ſimilitudine caudæ pauonū nomen accepit. In Iſtria Rhetiaq; præcipuū. E uiliori genere craſſiuenium uocatur. Græci ſitu diſcernūt. Campeſtre enim candidū eſſe, nec criſpū, qđ glinon uocāt: Montanū uero criſpius duriusq;, etiamnum è maſcula criſpius ad lautiora opera. Tertiū genus zygiā, rubentē, fiſſili ligno, cortice liuido, et ſcabro. Hoc alij ꝓprij generis eſſe malunt, & Latine carpinum appellant.

De bruſco, molluſco, & ſtaphylodendro, & buxo genera tria. Caput .XVI.

PVlcherrimū uero eſt bruſcū, multoq; excellentius etiamnū molluſcū. Tuber utrunq; arboris eius. Sed bruſcū intortius, criſpū: molluſcū ſimplicius, ſparſum. Et ſi magnitudinem menſarum caperet, haud dubie præferretur cedro. Nunc intra pugillares lectorumq; * ſilicios aut laminas raro uſu ſpectatur. E bruſco fiunt & menſæ nigreſcentes. Reperitur et in alno tuber: tanto deterius, quanto ab acere

alnus ipſa

riāt graues eruditione uiri. Hermo. et Angelus Politia. Siquidē Angelus hūc locum ita legendū putat: Tenuiſſimæ earū philyræ coronarum lemniſcis &c. Hermo. uero, Tenuiſſimū corium philyræ &c. Vſum aūt et philyrarum in coronis oſtēdit Horati. li. Oda. 2. Perſicos odi puer apparatus, diſplicent nexæ philyra coronæ.

Fortaſſis legēdū ſublicas.

alnus ipſa diſtat. Aceris mares prius florẽt. Etiamnũ in ſiccis natæ præferũtur aquaticis, ſicut et fraxini. Eſt et trans alpes arbor ſimillima aceri albo materia, quæ uocatur ſtaphylodendrõ. Fert ſiliquas et in ijs nucleos ſapore nucis auellanæ. In primis uero materies honorata buxo eſt, raro, criſpãti, nec niſi radice, cætero lenis: quin et materia ſilẽti, et quadã duritia ac pallore cõmendabilis: in ipſa uero arbore topiario ope. Tria eius genera: Gallicum, qđ in metas emittitur, amplitudineq; ꝓcerior eſt: Oleaſtrũ in oĩ uſu damnatũ, fert graue odorẽ. Tertiũ genus noſtrate uocãt: ſylueſtre, ut credo, mitigatũ ſatu, diffuſius, et dẽſitate parietũ uirẽs ſemper, ac tõſile. Buxus Pyrenæis, ac Citoro mõtibus plurima, ac Berecynthio tractu. Craſſiſſima in Corſica, florẽ nõ ferendo: quæ cauſa amaritudinis mellis. Semẽ illius cũctis animãtibus inuiſum. Hæc in Olympo Macedoniæ gracilior, ſed breuis. Amat frigida, aprica. In igne quoq; duritia quæ ferro, nec flamma nec carbone utilis.

De ulmo, genera quatuor. Caput .XVII.

INter has atq; frugiferas, materiæ uitiumq; amicitia, accipitur ulmus. Græci duo eius genera nouere: Montoſam, quæ ſit amplior: Campeſtrem, quæ fruticoſa. Italia attineas uocat excelſiſſimas, & ex ijs ſiccanas illis præfert, quæ non ſunt riguæ. Alterũ genus gallicas. Tertium noſtrates, denſiore folio, & ab eodem pediculo numeroſiore. At quartum ſylueſtre. Inter

ſtre. Inter quas attineæ non ferunt ſamara: ita uero uocatur ulmi ſemen. Omnesq; è radicum plantis proueniunt: reliqua ſemine.

De arborum natura per ſitus. Ca. .XVIII.

NVnc celeberrimis arborum dictis, quædã in uniuerſum de cũctis indicanda ſunt. Montes amãt cedrus, larix, tæda, et cæteræ è qbus reſina gignitur. Itẽ aquifolia, buxus, ilex, iuniperus, terebinthus, pópulus, ornus, cornus, carpinus. Eſt et in Apennino frutex qui uocatur cotinus, ad liniamẽta modo cõchylij colore inſignis. Montes et ualles diligit abies, robur, caſtaneæ, tilia, ilex, cornus. Aquoſis montibus gaudẽt acer, fraxinus, ſorbus, tilia, ceraſus. Non temere in montibus uiſæ ſunt prunus, punicæ, oleaſtri, iuglans, morus, ſambuci. Deſcendũt etiam in plana, cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. Subeũt & in montoſa, ulmus, malus, pirus, laurus, myrtus: ſanguinei frutices ilex, tingendisq; ueſtibus naſcentes geniſtæ. Gaudet frigidis ſorbus, & magis etiam betulla. Gallica hæc arbor mirabili candore atq; tenuitate, terribilis magiſtratuũ uirgis. Eadem circulis flexibilis, item corbiũ ſportis. Bitumen ex ea Galliæ excoquũt. In eoſdem ſitus comitatur et ſpina, nuptiarũ facibus auſpicatiſſima, quoniã inde fecerint paſtores q rapuerunt ſabinas, ut autor eſt Maſurius. Nunc facibus carpinus & corylus familiariſſiæ. Aquas odere cupreſſi,

iuglandes

iuglandes,caſtaneæ,laburnũ:Alpina & hæc arbor, nec uulgo nota,dura ac candida materie,cuius florem cubitalẽ longitudine apes non attingũt.Odit et quæ appellatur Iouis barba,in opere topiario tonſilis,& in rotunditatẽ ſpiſſa,argenteo folio.Non niſi in aquoſis ꝓueniũt ſalices,alni,populi,ſiler:liguſtra teſſeris utiliſſima:Itẽ uacinia,Italiæ in aucupijs ſata. Galliæ uero etiam purpurea, tingendi cauſa ad ſeruorum ueſtes.Quæcunq; communia ſunt montibus planisq;,maiora fiunt, aſpectuq; puchriora. Quæ in campeſtribus, meliora materie. Criſpiora quæ in montibus,exceptis malis,pirisq;.

Diuiſio generum. Caput .XIX.

PRæterea arborũ alijs decidunt folia,aliæ ſempiterna coma uirẽt.Quam differentiã neceſſe eſt antecedat prior.Sunt enim arborum quædam omnino ſylueſtres,quædam urbaniores,quas his placet nominibus diſtinguere. Ergo mites,quæ fructu, aut aliqua dote umbrarúmue officia humanius iuuant,non improbe dicantur urbanæ.

Quibus folia non decidant,& de rhododendro. Caput .XX.

HArum generi non decidunt,oleæ,lauro,palmæ,myrto,cupreſſo,pinis,ederæ,rhododendro.Et q̃uis herba dicatur ſabina rhododendron, ut nõie appet,à græcis uenit. Alij nerion uocarũt,alij rhododaphnẽ,ſempiternũ frõde,roſæ ſilitudine,cau libus fruti

tibus fruticoſum. Iumẽtis capriſq; et ouibus uenenum eſt. Idẽ homini contra ſerpentium uenena remedio.

Item quibus folia non decidunt, & quibus non omnia folia cadant, & quibus locis nullæ arborum. Caput .XXI.

SYlueſtrium generis folia non decidunt, abieti, larici, pinaſtro, iunipero, cedro, terebintho, buxo, ilici, aquifolio, ſuberi, taxo, tamarici. Inter utraq; genera ſunt adrachne in græcia, & ubiq; unedo. Reliqua enĩ folia decidunt his, præterq̃ in cacuminibus. Non decidunt aũt & in fruticũ genere quibuſdam, rubo et calamo. In Thurino agro, ubi urbs Sybaris fuit, ex ipſa urbe ꝓſpiciebatur quercus una, nunq̃ folia dimittens, nec ante mediã æſtatẽ germinans. Idq; mirum eſt, græcis autoribus proditum, apud nos poſtea ſileri. Nam locorum tanta uis eſt, ut circa Memphim Aegypti, et in Elephantine Thebaidis nulli arbori decidant, ne uitibus quidem.

De natura foliorum cadentium, et quibus foliorum uarij colores. Ca. .XXII.

CAeteræ oẽs extra prædictas (etenim numerare longũ eſt) folia deperdũt: obſeruatumq; nõ areſcere niſi tenuia, & lata, et mollia. Quæ uero nõ decidant, callo craſſa et anguſta eſſe. Falſa definitio eſt, non decidere his quarũ ſuccus pinguior ſit. Quis enim poteſt in ilice intelligere? Decidere Timæus mathematicus ſole ſcorpionẽ tranſeunte ſideris ui,

mucronata malo: anguloſa ederæ: diuiſa platano: in ſecta pectinum modo piceæ, abieti: ſinuoſa toto ambitu robori: ſpinoſa cute, rubo. Mordacia ſunt quibuſdam, ut urticis. Pungentia pino, piceæ, abieti, larici, cedro, aquifolijs. Pediculo breui oleæ, & ilici: longo uitibus: tremulo pópulis, & ijſdem ſolis inter ſe crepitantia. Iam & in pomo ipſo, mali quodam in genere, parua medijs emicant folia. Interim & gemina. Præterea alijs circa ramos, alijs in cacumine ramorum. Robori & in ipſo caudice iam denſa, ac rara: ſemperq́; lata rariora. Diſpoſita myrto: concaua buxo: inordinata pomis. Plura eodem pediculo exeuntia malis piriſq́;. Ramuloſa ulmo, & cytiſo. Quibus adijcit Cato decidua, à pópulo, quernáque, animalibus iubens dari non perarida. Bubus quidem & ficulnea, ilignaq́; & ederacea. Dantur & ex harundine ac lauro. Decidunt ſorbo uniuerſa, cæteris paulatim. Et de folijs hactenus.

De ordine naturæ ĩ ſatis, & de flore arborũ, & conceptu, & germinatione, & partu, & quo ordine floreant. Ca. .XXV.

ORdo aũt naturæ annuus ita ſe habet. Primus eſt cõceptus, flare incipiente uento fauonio. Exit ferè. VI. Idus Feb. Hoc enim maritantur uiueſcentia è terra, quo etiam equæ in Hiſpania, ut diximus. Hic eſt genitalis ſpiritus mundi, à fouendo dictus, ut quidam exiſtimauere. Flat ab occaſu æquinoctiali

noctiali uer inchoans. Catulitionem ruſtici uocãt, geſtiente natura ſemina accipere, eoq́; animã inferẽte omnibus ſatis. Concipiunt uarijs diebus, & pro ſuaquæq; natura. Alia ꝓtinus, ut animalia: tardius aliqua & diutius grauida partus gerunt: quod germinatio ideo uocatur. Pariunt uero cum florent, floſq́; ille ruptis cõſtat utriculis. Sed educatio in pomo eſt. Hæc et germinatio arborũ. Flos eſt pleni ueris indiciũ, et anni renaſcẽtis. Flos gaudiũ arborũ. Tunc ſe nouas aliaſq́; q̃ ſunt oſtẽdunt, tunc uarijs colorũ picturis in certamẽ uſq; luxuriãt. Sed hoc negatũ pleriſq;. Nam nec oẽs florent, ſed ſunt triſtes quædam, quæq; non ſentiant gaudia annorũ. Nam neq; ilex, picea, larix, pinus, ullo flore exhilarãtur, natalésue pomorũ recurſus annuos uerſicolori nuncio promittunt. Nec fici atq; caprifici. Protinus enim fructum flores gignũt. In ficis mirabiles ſunt & abortus, qui nunq̃ matureſcunt. Nec iunipi florẽt. Quidã earum duo genera tradunt. Alterã florere, nec ferre. Quæ uero non floreat, ferre ꝓtinus baccis ſubnaſcẽtibus, quæ biennio hærẽat. Sed id falſum, omnibuſq́; ijs dura facies ſemper. Sic & hominum multis fortuna ſine flore eſt. Oẽs autẽ germinant, etiam quæ non florent. Magna & locorũ differẽtia. Quippe cum ex eodem genere quæ ſunt in paluſtribus priora germinent, mox campeſtria, nouiſſima in ſyluis. Per ſe aũt tardius piri ſylueſtres q̃ cætera. Primo fauonio ger

 minat

ſe oſtẽdens: In Gallia (inquit) & Luſitania, & Aquitania ſcandulis robuſteis et ſtramẽtis ædificia cõſtituuntur.

querculana colle, in quem uimina petebantur, totq; lucis, quibuſdam & geminis. Q. Hortenſius dictator, cum plebs ſeceſſiſſet in Ianiculum, legẽ in eſculeto tulit, ut ea quod iuſſiſſet, omnes quirites tenerentur. Peregrinæ tunc uidebantur (quoniam non erant ſuburbanæ) pinus atque abies, omnesq; quæ picem gignunt, de quibus nunc dicemus, ſimul ut tota condiendi uina origo cognoſcatur. Quæ ferunt in Aſia, aut oriente è prædictis picem, in Europa ſex genera cognatarum arborum reſinam ferunt. Ex ijs pinus atque pinaſter folium habent capillamẽti modo prætenue, longumq;, & mucrone aculeatum. Pinus fert minimum reſinæ, interdũ ex nucibus ipſis, de quibus dictum eſt, uix ut aſcribatur generi. Pinaſter nihil aliud eſt quàm pinus ſylueſtris, mira altitudine, & à medio ramoſa, ſicut pinus in uertice. Copioſiorem dat hæc reſinam, quo dicemus modo. Gignitur & in planis. Eaſdẽ arbores alio nomine eſſe per oram Italiæ, quas ſtrobilos uocant, pleriq; arbitrãtur, ſed graciles ſuccíctioresq;, et enodes, liburnicarũ ad uſus, penè reſina. Picea mõtes amat atq; frigora: feralis arbor, & funebri indicio ad fores poſita, ac rogis uirens. Iam tamẽ & in domos recepta, tonſili facilitate. Hæc plurimã reſinam fundit, interueniente candida gẽma tam ſimili thuri, ut mixta uiſu diſcerni non queat, & inde fraus ſeplaſiæ. Oĩbus his generibus folia breui ſeta & craſſiore, duráque cœcu-

ceu cupreßis. Piceæ rami penè ſtatim ab radice mo dici, uelut brachia lateribus inhærent. Similiter abie ti expetitæ nauigijs. Situs in excelſo montiũ, ceu ma ria fugerit, nec forma alia. Materies uero præci- pua trabibus, & plurimis uitæ operibus. Reſina ei uitium, unde fructus unus piceæ: exiguumq; ſudat, aliquando contactu ſolis. E diuerſo materies quæ ab- ieti pulcherrima, piceæ ad fiſſiles ſcãdulas, cupasq;, & pauca alia ſecamẽta. Quinto generi ſitus idem, eadem facies, larix uocatur, materia præſtãtior lon ge, incorrupta uis, emori contumax, rubens præter- ea, & odore acrior. Pluſculum huic erumpit liquo- ris, melleo colore, atque lentiore, nunquam duraſcen tis. Sextum genus eſt tæda proprie dicta, abundan- tior ſucco quàm reliqua, parcior, liquidiorq; quàm picea, flammis ac lumini ſacrorum etiã grata. Hanc mares duntaxat ferunt, & eam quam Græci ſycen uocant, odoris grauißimi. Laricis morbus eſt, ut tæ- da fiat. Oĩa autem hæc genera accenſa, fuligine im- modica carbonem repente expuunt cum eruptionis crepitu, eiaculãturq; longe, excepta larice, quæ nec ardet, nec carbonẽ facit, nec alio modo ignis ui cõſu mitur, q̃ lapides. Oĩa uero ea ꝑpetuo uirent, nec faci le diſcernuntur in fronde à peritis. Tanta nataliũ mi xtura eſt: ſed picea minus alta quàm larix. Illa craſ ſior leuiorq; cortice, folio uilloſior, pinguior, & den ſior, meliórque flexu. At piceæ rariora, ſicciora que

*folia & tenuiora, ac magis algentia: totaq́; horri-
dior eſt, & ꝑfuſa reſina. Lignũ uero abieti ſimilius.
Larix uſtis radicibus non repullulat, picea repullu-
lat, ut ĩ Leſbo accidit, incẽſo nemore Pyrrhæo. Alia
etiamnũ generibus ipſis in ſexu differẽtia. Mas bre-
uior & durior, fœĩa procerior, pinguioribus folijs
& ſimplicibus, atq; non rigentibus. Lignũ maribus
durum, & in fabrili opẽ contortũ, fœminæ mollius,
publico diſcrimine in ſecuribus. Eæ quocunq; in ge-
nere deprehendunt marẽ: quippe reſpuuntur, & fra
goſius ſidunt, ægrius reuellũtur. Ipſaq́; materies re-
torrida, & nigrior maribus radix. Circa Idam in
Troade, & alia differẽtia eſt mõtanæ maritimæq́;.
Nanq; in Macedonia & Arcadia circa Elin ꝑmu-
tant nomina. Nec conſtat autoribus, quod cuiq; ge-
neri attribuãt, nos iſta Romano diſcernimus iudicio.
Abies è cunctis ampliſſima eſt, & fœmina etiã pro-
lixior: materia mollior, utiliorq́;, arbore rotundior,
folio pinnato denſa, ut imbres non tranſmittat, at hi-
larior intuitu. E ramis generũ horũ pannicularum
modo nucamẽta ſquamatim cõpacta depẽdent, præ
terq̃ larici. Hæ quoq; abietes maſculæ prima in par
te nucleos habẽt, non item fœminæ. Piceæ uero totis
pãniculis minoribus, gracilioribuſq́; minimos ac ni
gros. Propter qđ Græci phthirophoron eam appel
lant. In eadẽ nucamẽta cõpreſſiora maribus ſunt, ac
minus reſina roſcida. Sitis his etiamnũ aſpectu eſt,
ne quid*

ne q̃d prætereatur, taxus, minus uirẽs, gracilisq́; et triſtis, ac dira, nullo ſucco, ex oĩbus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe baccis in Hiſpania præcipue uenenum ineſt. Vaſa etiam uiatoria ex ea uinis in Gallia facta, mortifera fuiße compertũ eſt. Hanc Seſtius ſmilacem à Græcis uocari dixit: et eſſe in Arcadia tam præſentis ueneni, ut ſi qui dormiant ſub ea, cibúmue capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicũt uenena, quæ nũc toxica diximus, quibus ſagittæ tingãtur. Repertũ, innoxiam fieri, ſi in ipſam arborem clauus æreus adigatur.

Quibus modis fiant genera picis, & quõ fiat cedriũ, & de ſpiſſa pice quõ fiat, & quibus modis reſina coquatur. Ca. .XI.

PIx liquida in Europa è tæda coqtur naualibus muniẽdis, multosq; ad alios uſus. Lignum eius conciſum furnis undiq; igni extrà circũdato• ut primus ſudor aquæ modo fluat ĩ canali: hoc in Syria cedriũ uocatur, cui tãta uis eſt, ut ĩ Aegypto corpora hoĩm defunctorũ eo pfuſa ſeruẽtur. Sequens liquor craßior iam picẽ fundit. Hæc rurſus in cortinas æreas cõfecta aceto ſpiſſatur, & coagulata brutiæ cognomẽ accepit, dolijs dũtaxat uaſisq; cæteris utilis, lentore ab alia pice differẽs: Item colore rutilante, & q, pinguior eſt. E tæda oĩa illa fiunt. E picea reſina feruẽtibus cocta lapidibus in alueis ualidi roboris: aut ſi aluei non ſint, ſtruis congerie uelut in carbonis

Terra legendum, nõ ferro, ut hactenus, ex Theoph. li. 9. terra, c. 3. Cũ igitur tædã (inqt) ita cõſtruxerint, et materiã p texerint, aliq̃ terra ſupinfuſa, undiq; ſumma cũ diligentia occultant, ut ignis nulla ex pte emicare poßit.

carbonis uſu. Hæc in uinũ additur, farinæ modo tuſa, nigrior colore. Eadẽ reſina ſi cũ aqua leuius decoquatur coleturq́;, ruffo colore lenteſcit, ac ſtillaticia uocatur. Seponũtur autem in id ferè uitia reſinæ corticisq́;. Alia tẽperies ad crapulã. Nanq; flos crudus reſinæ cũ multa haſtula tenui breuiq́; auulſus, cõciditur ad cribrũ minuta, deinde feruẽti aqua donec coquatur ꝓfunditur. Huius expreſſum pingue præcipua reſina fit, atq; rara, nec niſi paucis in locis ſubalpinæ Italiæ, cõueniens medicis. Reſinæ albæ congiũ in duobus aquæ pluuiæ coquũt. Alij utilius putãt ſine aqua coquere lento igne tota die, utriq; uaſe æris albi. Item terebinthinam in ſartagine referuenti, hãc cæteris præferentes. Proxima ex lentiſco.

De zopiſſa & ſapio, & quarum arborũ materia in pretio. Caput .XII.

NOn omittendũ, apud eoſdẽ zopiſſam uocari deraſam nauibus maritimis picẽ cũ cera, nihil non experiente uita, multo efficaciorẽ ad oĩa, quibus pices reſinæq́; ꝓſunt, uidelicet adiecto ſalis callo. Aperitur picea è parte ſolari non plaga, ſed uulnere ablati corticis, cũ plurimũ bipedali hiatu, ut à terra cubito cũ minimũ abſit. Nec corpori ipſi parcitur, ut in cæteris, quoniã haſtula in fructu eſt. Verum hæc terræ ꝓxima laudatur: altior amaritudinẽ affert. Poſtea humor oĩs è tota confluit in ulcus. Itẽ tæda, cũ id manare deſijt, ſimili modo ex alia parte

aperitur,

[ca]pitur, ac deinde alia. Poſtea tota arbor ſucciditur, et medulla eius uritur. Sic et in Syria terebintho detrahũt cortices. Ibi quidẽ et è ramis ac radicibus, cũ reſina damnetur ex his ꝑtibus. In Macedonia laricẽ maſculã urunt, fœminæ radices tantũ. Theopompus ſcripſit in Apolloniatarũ agro picẽ foſsilẽ nõ deteriorẽ macedonica inueniri. Pix optĩa ubiq; ex apricis aqlonis ſitu. Ex opacis horridior, uiruſq́; præſerens. Frigida hyeme deterior, ac minus copioſa & decolor. Quidã arbitrãtur in mõtoſis copia præſtãtiorẽ fieri ac coloratiorẽ, et dulciorẽ quoq; et gratiorẽ dũ reſina ſit. Decoctã aũt minus picis reddere, quoniã in ſerũ abeat, tenuioreſq́; eſſe ipſas arbores q̃ in planis. Sed has et illas ſerenitate ſteriliores. Fructum quædã ꝓximo anno ab inciſu largiuntur, aliæ ſecũdo, quædã tertio. Expletur aũt plaga reſina, nõ cortice, nec cicatrice, q̃ in hac arbore nõ coit. Inter hæc genera ꝓpriũ quidã fecere ſapiũ, quoniã ex cognatiõe earũ ſeritur, qualis dicta eſt in nucleis. Eiúſq; arboris imas ꝑtes tædas uocãt, cũ ſit illa arbor nil aliud q̃ picea, feritate paulũ mitigata ſatu. Sapini aũtẽ materies cæſarum è genere fit, ſicuti docebimus.

De fraxino, genera eius quatuor. Ca. XIII.

MAteriæ enĩ cauſa reliquas arbores natura genuit, copioſiſsimãq; fraxinũ. * Procera hæc ac teres, pẽnata et ipſa folio: multũq; Homeri præconio, et Achillis haſta nobilitata. Materies eſt ad plurima

* Iliados. 19. ἐκ δ᾽ ἄρα σύριγγος πατρώϊον ἐσπάσα τ᾽ ἔγχος βριθὺ, μέγα, στιβαρόν. τὸ μὲν οὐ δύνατ᾽ ἄλλος ἀχαιῶν πάλλειν. ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι ἀχιλλεύς πηλιάδα μελίην τὴν πατρὶ φίλῳ τάμε χείρων.

ad pluria utilis. Ea quidē q̄ ſit in Ida Troadis in tantū cedro ſilis, ut emētes fallat cortice ablato. Græci duo genera eius fecere. Longā, enodē. Alterā breuē duriorē fuſcioremq́; laureis folijs. Bumeliā uocāt in Macedonia ampliſsimā lentiſſimāq́;. Alij ſitu diuiſere. Campeſtrē enim eſſe criſpā, montanā ſpiſſam. Folia earū iumentis mortifera, cæteris ruminantiū innocua græci ꝓdidere. In Italia nec iumētis nocēt. Contra ſerpētes uero ſucco expreſſo ad potū, et impoſita ulceribus, opifera ac nihil æque repitur. Tantaq́; eſt uis, ut ne matutinas quidē, occidentéſue umbras, q̄uis ſint longiſſimæ, ſerpens arboris eius attingat, adeo ipſam ꝓcul fugat. Experta prodimus: Si fronde ea gyro claudatur ignis et ſerpens, in ignem potius q̄ in fraxinū fugere ſerpentem. Mira naturæ benignitas, prius quàm hæ ꝓdeant, florere fraxinū, nec ante conditas folia dimittere.

De tilia, genera duo. Caput .XIIII.

IN tilia mas et fœmina differunt oī modo. Nanq́; et materies maris dura, ruſſiorq́; ac nodoſa, & odoratior. Cortex quoq́; craſſior, ac detractus inflexibilis. Nec ſemen fert aut florem, ut fœmina, quæ craſſior arbore, materia candida præcellenſq́; eſt. Mirum in hac arbore, fructum à nullo animaliū attingi, foliorum corticiſq́; ſuccum dulcem eſſe. Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus uincula tiliæ uocātur. Tenuiſſimū

Circa huius loci lectionē uabrana *[margin note: Circa huius loci lectionē ua-]*

earum

earum philyræ coronarum lemniſcis celebres, antiquorumq; honore. Materies teredinem non ſentit, proceritate perq̃ modica, uerum utilis.

De aceris, genera .X. Caput .XV.

ACer eiuſdẽ ferè amplitudinis, operũ elegantia, ac ſubtilitate cedro ſecũdum. Plura eius genera. Albũ qđ præcipui cãdoris, uocatur gallicũ, in tranſpadana Italia tranſq; alpes naſcens. Alterũ genus criſpo macularum diſcurſu: q cũ excellentior fuit, à ſimilitudine caudæ pauonũ nomen accepit. In Iſtria Rhetiaq; præcipuũ. E uiliori genere craſſiuenium uocatur. Græci ſitu diſcernũt. Campeſtre enim candidũ eſſe, nec criſpũ, qđ glinon uocãt: Montanũ uero criſpius duriusq;, etiamnum è maſcula criſpius ad lautiora opera. Tertiũ genus zygiã, rubentẽ, fiſſili ligno, cortice liuido, et ſcabro. Hoc alij ꝓprij generis eſſe malunt, & Latine carpinum appellant.

De bruſco, molluſco, & ſtaphylodendro, & buxo genera tria. Caput .XVI.

PVlcherrimũ uero eſt bruſcũ, multoq; excellentius etiamnũ molluſcũ. Tuber utrunq; arboris eius. Sed bruſcũ intortius, criſpũ: molluſcũ ſimplicius, ſparſum. Et ſi magnitudinem menſarum caperet, haud dubie præferretur cedro. Nunc intra pugillares lectorumq; * ſilicios aut laminas raro uſu ſpectatur. E bruſco fiunt & menſæ nigreſcentes. Reperitur et in alno tuber: tanto deterius, quanto ab acere

riãt graues eruditione uiri Hermo. et Angelus Politia. Siquidẽ Angelus hũc locum ita legendũ putat: Tenuiſſimæ earũ philyræ coronarum lemniſcis &c. Hermo. uero, Tenuiſſimũ corium philyræ &c. Vſum aũt et philyrarum in coronis oſtẽdit Horati. li. 1. Oda. 2. Perſicos odi puer apparatus, diſplicent nexæ philyra coronæ.

Fortaſſis legẽdũ ſublicas.

alnus ipſa

alnus ipſa diſtat. Aceris mares prius florẽt. Etiamnũ in ſiccis natæ præferũtur aquaticis, ſicut et fraxini. Eſt et trans alpes arbor ſimillima aceri albo materia, quæ uocatur ſtaphylodendrõ. Fert ſiliquas et in ijs nucleos ſapore nucis auellanæ. In primis uero materies honorata buxo eſt, raro, criſpãti, nec niſi radice, cætero lenis: quin et materia ſilẽti, et quadã duritia ac pallore cõmendabilis: in ipſa uero arbore topiario ope. Tria eius genera: Gallicum, qđ in metas emittitur, amplitudineq́; ꝓcerior eſt: Oleaſtrũ in oĩ uſu damnatũ, fert grauẽ odorẽ. Tertiũ genus noſtrate uocãt: ſylueſtre, ut credo, mitigatũ ſatu, diffuſius, et dẽſitate parietũ uirẽs ſemper, ac tõſile. Buxus Pyrenæis, ac Citoro mõtibus plurima, ac Berecynthio tractu. Craſſiſſima in Corſica, florẽ nõ ferendo: quæ cauſa amaritudinis mellis. Semẽ illius cũctis animãtibus inuiſum. Hæc in Olympo Macedoniæ gracilior, ſed breuis. Amat frigida, aprica. In igne quoq; duritia quæ ferro, nec flamma nec carbone utilis.

De ulmo, genera quatuor. Caput .XVII.

INter has atq; frugiferas, materiæ uitiumq́; amicitia, accipitur ulmus. Græci duo eius genera nouere: Montoſam, quæ ſit amplior: Campeſtrem, quæ fruticoſa. Italia attineas uocat excelſiſſimas, & ex ijs ſiccanas illis præfert, quæ non ſunt riguæ. Alterũ genus gallicas. Tertium noſtrates, denſiore folio, & ab eodem pediculo numeroſiore. At quartum ſylueſtre. Inter

ſtre. Inter quas attineæ non ferunt ſamara: ita uero uocatur ulmi ſemen. Omneſq; è radicum plantis proueniunt: reliqua ſemine.

De arborum natura per ſitus. Ca. .XVIII.

NVnc celeberrimis arborum dictis, quædã in uniuerſum de cũctis indicanda ſunt. Montes amãt cedrus, larix, tæda, et cæteræ è qbus reſina gignitur. Itẽ aquifolia, buxus, ilex, iuniperus, terebinthus, pópulus, ornus, cornus, carpinus. Eſt et in Apennino frutex qui uocatur cotinus, ad liniamẽta modo cõchylij colore inſignis. Montes et ualles diligit abies, robur, caſtaneæ, tilia, ilex, cornus. Aquoſis montibus gaudẽt acer, fraxinus, ſorbus, tilia, ceraſus. Non temere in montibus uiſæ ſunt prunus, punicæ, oleaſtri, iuglans, morus, ſambuci. Deſcendũt etiam in plana, cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. Subeũt & in montoſa, ulmus, malus, pirus, laurus, myrtus: ſanguinei frutices ilex, tingendiſq; ueſtibus naſcentes geniſtæ. Gaudet frigidis ſorbus, & magis etiam betulla. Gallica hæc arbor mirabili candore atq; tenuitate, terribilis magiſtratuũ uirgis. Eadem circulis flexibilis, item corbiũ ſportis. Bitumen ex ea Galliæ excoquũt. In eoſdem ſitus comitatur et ſpina, nuptiarũ facibus auſpicatiſſima, quoniã inde fecerint paſtores q rapuerunt ſabinas, ut autor eſt Maſurius. Nunc facibus carpinus & corylus familiariſſiæ. Aquas odere cupreſſi, iuglandes

iuglandes,caſtaneæ,laburnũ: Alpina & hæc arbor, nec uulgo nota,dura ac candida materie,cuius florem cubitalẽ longitudine apes non attingũt. Odit et quæ appellatur Iouis barba,in opere topiario tonſi lis,& in rotunditatẽ ſpiſſa,argenteo folio. Non niſi in aquoſis ꝓueniũt ſalices,alni,populi,ſiler: liguſtra teſſeris utiliſſima: Itẽ uacinia,Italiæ in aucupijs ſata. Galliæ uero etiam purpurea, tingendi cauſa ad ſeruorum ueſtes. Quæcunq; communia ſunt montibus planiſq;,maiora fiunt, aſpectuq; puchriora. Quæ in campeſtribus, meliora materie. Criſpiora quæ in montibus,exceptis malis,piriſq;.

Diuiſio generum. Caput .XIX.

PRæterea arborũ alijs decidunt folia,aliæ ſempiterna coma uirẽt. Quam differentiã neceſſe eſt antecedat prior. Sunt enim arborum quædam omnino ſylueſtres,quædam urbaniores,quas his placet nominibus diſtinguere. Ergo mites,quæ fructu, aut aliqua dote umbrarúmue officia humanius iuuant,non improbe dicantur urbanæ.

Quibus folia non decidant,& de rhododendro. Caput .XX.

HArum generi non decidunt,oleæ,lauro,palmæ,myrto,cupreſſo,pinis,ederæ,rhododendro. Et q̃uis herba dicatur ſabina rhododendron, ut noĩe appet,à græcis uenit. Alij nerion uocarũt,alij rhododaphnẽ,ſempiternũ frõde,roſæ ſilitudine,cau

libus fruti

libus fruticoſum. Iumẽtis capriſq; et ouibus uenenum eſt. Idẽ homini contra ſerpentium uenena remedio.

Item quibus folia non decidunt, & quibus non omnia folia cadant, & quibus locis nullæ arborum. Caput .XXI.

SYlueſtrium generis folia non decidunt, abieti, larici, pinaſtro, iunipero, cedro, terebintho, buxo, ilici, aquifolio, ſuberi, taxo, tamarici. Inter utraq; *genera ſunt adrachne in græcia, & ubiq; unedo.* Reliqua *enĩ folia decidunt his, prætereq̃ in cacuminibus.* Non *decidunt aũt & in fruticũ genere quibuſdam, rubo et calamo.* In Thurino *agro, ubi urbs* Sybaris *fuit, ex ipſa urbe ꝓſpiciebatur quercus una, nunq̃ folia dimittens, nec ante mediã æſtatẽ germinans.* Idq; *mirum eſt, græcis autoribus proditum, apud nos poſtea ſileri.* Nam *locorum tanta uis eſt, ut circa* Memphim Aegypti, *et in* Elephantine The*baidis nulli arbori decidant, ne uitibus quidem.*

De *natura foliorum cadentium, et quibus foliorum uarij colores.* Ca. .XXII.

CAeteræ oẽs extra prædictas (etenim numerare longũ eſt) folia deperdũt: obſeruatumq; nõ areſcere niſi tenuia, & lata, et mollia. Q*uæ uero nõ decidant, callo craſſa et anguſta eſſe.* Falſa *definitio eſt, non decidere his quarũ ſuccus pinguior ſit.* Q*uis enim poteſt in ilice intelligere?* Decidere Timæus *mathematicus ſole ſcorpionẽ tranſeunte ſideris ui,*

ui,ut quodã ueneno aëris putat. Cur ergo nõ eadem cauſa aduerſum oẽs polleat, iure miremur. Cadunt plurimis autumno. Quædã tardius amittũt,atq; in hyemes progant moras. Nec intereſt maturius germinaſſe,utpote cũ quædã primæ germinẽt, et inter nouiſſimas nudẽtur: ut amygdala,fraxini,ſambuci. Morus aũt nouiſſime germinat, et cum primis folia dimittit. Magna & in hoc uis ſoli. Prius decidunt in ſiccis macriſq́;,& uetuſtæ prius arbori: multis etiã anteq̃ matureſcat fructus. In ſerotina ficu,& hyberna piro, & malogranato eſt pomũ tantum aſpici in matre. Neq; his aũt quæ ſemp retinent comas,eadẽ folia durãt,ſed ſubnaſcẽtibus alijs, tunc areſcunt uetera,quod euenit circa ſolſtitiũ. Maxĩe foliorũ unitas in ſuo cuique genere pmanet,præterquã pópulo, ederæ, crotoni, quam & ricinum diximus uocari.

De populo tria genera, et quorum foliorum figura mutetur. Caput .XXIII.

POpuli tria genera, alba & nigra, & quæ Libyca appellatur,minima folio ac nigerrima, fungiſq; enaſcentibus laudatiſſima. Alba folio bicolor,ſupne candicãs,inferiore parte uiridi. Huic nigræq; ,ut crotoni folia in iuuẽta circinatæ rotunditatis ſunt. Vetuſtiora in angulos exeunt. E contrario ederæ anguloſa rotundantur. Pópulorum folijs grandiſſima lanugo. Euolat candidæ,(tradita folió numeroſiore candida)ut iulus. Folia granatis & amygdalis ruben-

lis rubentia. Mirum in primis id, quod ulmo, tiliæq́;, & oleæ, pópulo albæ, & ſalici euenit. Circumagun tur enim folia earum poſt ſolſtitium. Nec alio argu mento certius intelligitur ſidus confectum.

Quæ folia uerſentur oĩbus annis, quæ foliorũ ex eius palmis cura & uſus, & foliorum mi rabilia. Caput ·XXIIII·

EST & publica oĩm foliorũ differentia. In ipſis nanq; pars inferior à terra herbido uiret colore. Ab eadem leuiora. Neruos callumq́;, & articu los in ſuperiore habent parte, inciſuras uero ſubter, ut manus humana. Oleæ ſuperne candidiora, & minus leuia: Item ederæ. Sed oĩm folia quotidie ad ſolẽ oſcitant, interiores partes tepefieri uolentia. Superi or pars oĩm lanuginẽ quantulamcunq; habet, quæ in alijs gentium lana eſt. In oriente funes ualidos è pal mæ folijs fieri dictum eſt, eosq́; in humore utiliores eſſe. Et apud nos uere palmæ à matre integre decer puntur. Meliores enim ſunt, quæ non diuiſæ fuerint. Siccantur ſub tecto quaternis diebus: mox in ſole ex panduntur: & noctibus relictæ, donec candore inareſcant, poſtea in opera diuiduntur. Latiſſima folia ſunt fico, uiti, platano: anguſta myrto, punicæ, oleæ: capillata pino, cedro: aculeata aquifolio, & ilicum generi: (nam iunipero ſpina pro folio eſt) carnoſa cupreſſo, tamarici: craſſiſſima alno: longa harundini, coici: palmæ etiã duplicia: circinata piro:

mucronata malo: anguloſa ederæ: diuiſa platano: inſecta pectinum modo piceæ, abieti: ſinuoſa toto ambitu robori: ſpinoſa cute, rubo. Mordacia ſunt quibuſdam, ut urticis. Pungentia pino, piceæ, abieti, larici, cedro, aquifolijs. Pediculo breui oleæ, & ilici: longo uitibus: tremulo pópulis, & ijſdem ſolis inter ſe crepitantia. Iam & in pomo ipſo, mali quodam in genere, parua medijs emicant folia. Interim & gemina. Præterea alijs circa ramos, alijs in cacumine ramorum. Robori & in ipſo caudice iam denſa, ac rara: ſemperq́; lata rariora. Diſpoſita myrto: concaua buxo: inordinata pomis. Plura eodem pediculo exeuntia malis pirisq́;. Ramuloſa ulmo, & cytiſo. Quibus adijcit Cato decidua, à pópulo, quernáque, animalibus iubens dari non perarida. Bubus quidem & ficulnea, ilignaq́; & ederacea. Dantur & ex harundine ac lauro. Decidunt ſorbo uniuerſa, cæteris paulatim. Et de folijs hactenus.

De ordine naturæ ĩ ſatis, & de flore arborũ, & conceptu, & germinatione, & partu, & quo ordine floreant. Ca. .XXV.

ORdo aũt naturæ annuus ita ſe habet. Primus eſt cõceptus, flare incipiente uento fauonio. Exit ferè .VI. Idus Feb. Hoc enim maritantur uiueſcentia è terra, quo etiam equæ in Hiſpania, ut diximus. Hic eſt genitalis ſpiritus mundi, à fouendo dictus, ut quidam exiſtimauere. Flat ab occaſu æquinoctiali

noctiali uer inchoans. Catulitionem ruſtici uocāt, geſtiente nãtura ſemina accipere, eoq́; animã inferẽte omnibus ſatis. Concipiunt uarijs diebus, & pro ſua quæq; natura. Alia ꝓtinus, ut animalia: tardius aliqua & diutius grauida partus gerunt: quod germinatio ideo uocatur. Pariunt uero cum florent, flosq́; ille ruptis cõſtat utriculis. Sed educatio in pomo eſt. Hæc et germinatio arború. Flos eſt pleni ueris indiciú, et anni renaſcẽtis. Flos gaudiú arború. Tunc ſe nouas aliasq́; q̃ ſunt oſtẽdunt, tunc uarijs colorú picturis in certamẽ uſq; luxuriãt. Sed hoc negatú pleriſq;. Nam nec oẽs florent, ſed ſunt triſtes quædam, quæq́; non ſentiant gaudia annorú. Nam neq; ilex, picea, larix, pinus, ullo flore exhilarãtur, natalésue pomorú recurſus annuos uerſicolori nuncio promittunt. Nec fici atq; caprifici. Protinus enim fructum flores gignũt. In ficis mirabiles ſunt & abortus, qui nunq̃ matureſcunt. Nec iunipi florẽt. Quidã earum duo genera tradunt. Alterã florere, nec ferre. Quæ uero non floreat, ferre ꝓtinus baccis ſubnaſcẽtibus, quæ biennio hærẽãt. Sed id falſum, omnibusq́; ijs dura facies ſemper. Sic & hominum multis fortuna ſine flore eſt. Oẽs autẽ germinant, etiam quæ non florent. Magna & locorú differẽtia. Quippe cum ex eodem genere quæ ſunt in paluſtribus priora germinent, mox campeſtria, nouiſsima in ſyluis. Per ſe aũt tardius piri ſylueſtres q̃ cætera. Primo fauonio ger

germinat cornus, proxime laurus, pauloq; ante æqnoctiũ tilia, acer. Inter primas uero pópulus, ulmus, ſalix, alnus, nuces. Feſtinat et platanus. Cæteræ uere concepto, aquifoliũ, terebinthus, paliurus, caſtanea, glandes. Serotino aũt germine malus, tardiſſimus ſuber. Quibuſdam geminatur germinatio, nimia ſoli hubertate, aut inuitãtis cæli uoluptate, qđ magis in herbis ſegetũ euenit. In arboribus tamen nimia germinatio elaſſeſcit. Sunt aliæ naturales quidẽ quibuſdam germinationes, pariterq; uernæ, quæ ſuis conſtant ſideribus, quarũ ratio aptius reddetur ab hoc tertio uolumine. Hyberna aquilæ exortu, æſtiua canis ortu, tertia Arcturi. Has duas quidam oĩbus arboribus coẽs putant. Sentiri aũt maxime in fico, uite, punicis, cauſam afferentes, quoniam in Theſſalia Macedoniaq;, plurima tunc ficus exeat. Maxĩe tamen ĩ Aegypto apparet hæc ratio. Et reliquæ qdem arbores, ut primũ cœpe, cõtinuant germinationem. Robur, & abies, & larix intermittũt tripartito, ac terna germina edũt: ideo et inter ſquamas corticem ſpargunt: qđ oĩbus arboribus in germinatione euenit, quoniã prægnantiũ rũpitur cortex. Eſt aũt prima earũ incipiente uere circiter. XV. diebus. Iterũ germinãt trãſeũte geminos ſole. Sic fit, ut dũ prima cacumina ĩpelluntur, ſe cutis apiat geniculato incremẽto. Tertia eſt earundẽ ad ſolſtitiũ breuiſſima, nec diutius ſeptenis diebus. Clareq; & tunc cernitur ex

creſcen-

creſcentiũ cacuminũ articulatio. Vitis ſola bis parturit, cũ primũ emittit uuã, iterũ cũ digerit. Eorum quæ nõ florẽt, partus tantũ eſt & maturitas. Quædam ſtatim in germinatione florẽt, ꝑperantq; ĩ eo, ſed matureſcũt tarde, ut uites. Serotino quædã germinatu florẽt, maturãtq; celeriter, ut morus, quæ nouiſsima urbanarũ germinat, nec niſi exacto frigore, ob id dicta ſapiẽtiſsima arborũ. Sed cum cœpit, tantum uniuerſa germinatio erũpit, ut una nocte pagat etiã cum ſtrepitu. Ex his quæ hyeme aqla exoriente (ut diximus) cõcipiunt, floret prima oĩm amygdala menſe Ianuario. Martio uero poma matura. Ab ea ꝓxime florẽt armeniaca, dein tuberes, et præcoces. Illæ pegrinæ, hæ coactæ. Ordine aũt naturæ ſylueſtrium primæ ſambucus, cui medulla plurima: et cui nulla, cornus maſcula. Vrbanarũ malus, paruóque poſt ut ſimul uideri poſſit, pirus, & ceraſus, & prunus. Sequitur laurus, illamq; cupreſſus, deinde Punica, fici. At uites & oleæ florentibus iam ijs germinant. Concipiunt uergiliarum exortu. Hoc ſidus illarum eſt. Floret autem ſolſtitio uitis, & quæ paulo ſerius incipit olea. Defloreſcũt oĩa ſeptenis diebus, nõ celerius, quædam tardius, ſed nulla pluribus bis ſeptenis. Omnia & intra .VIII. Iulij Idus, eteſiarum præcurſu. Nec ſtatim fructus ſequitur in aliquibus.

Morus cur ſapiẽtiſſima arborũ dicatur.

De corno, & quo tempore quæque ferant, & quæ fructũ non ferãt, & quæ

infelices exiſtimantur, & quæ facillime fructum pdunt, & quibus fructus anteq̄ foliū naſcantur. Ca. .XXVI.

*C*Ornus enim circa ſolſtitia reddit primo candidū, poſtea ſanguineum. Ex eo genere fœmina poſt autumnū fert baccas acerbas, & inguſtabiles cunctis aīantibus. Ligno quoq; fungoſa & inutilis, cum mas è fortiſſimis ſit in tanta differentia ab eodem genere. Et terebinthus meſſibus reddit ſemē, & acer, & fraxinus nuces & mala, & pira, præterq̄ hyberna, aut præcocia. Autūno glandiferæ. Serius etiamnū Vergiliarū occaſu. Eſculus tantū autumno. Incipiente aūt hyeme quædā genera mali, piriq;, & ſuber. Abies flores croci colore circa ſolſtitium, ſemen uero reddit poſt uergiliarū occaſum. Pinus aūt & picea præueniūt germinatione. XV ferè diebus. Semē uero poſt uergilias & ipſæ reddūt. Cedri & iunipus, & ilex annuæ ferè habētur, nouusq; fructus ī ijs cum autūno pendet. In maxīa tamen admiratione pinus eſt. Habet fructū matureſcentē. Habet pximo anno ad maturitatē uenturum, ac deinde tertio. Nec ulla arbor auidius ſe promittit. Quo mēſe ex ea nux decerpitur, eodē matureſcit alia. Et ſic diſpenſatur, ut nullo non menſe matureſcat. Quæ ſe in arbore ipſa diuiſere, uocātur zamiæ, læduntq; cæteras, niſi detrahantur. Fructū arborū ſolæ nullū ferunt, hoc eſt, ne ſemen quidē, tamarix ſcopis tantum naſcens,

naſcens, pópulus, alnus, ulmus attinia, alaternus, cui
folia inter ilicem & oliuam. Infelices aũt exiſtiman
tur, damnatæq; religione, quæ neq; ſeruntur unq̃, ne
q; fructũ ferunt. Cremutius autor eſt, nunq̃ uirere
arborẽ, ex qua Phyllis ſe ſuſpenderit. Quæ gũmi gi
gnunt, poſt germinationẽ apiuntur. Gummi uero nõ
niſi fructu detracto ſpiſſatur. Nouellæ arbores ca-
rent fructu q̃diu creſcunt. Perdũt aũt facillime ante
maturitatẽ palma, ficus, amygdala, malus, pirus. Itẽ
Punica, quæ etiam roribus nimijs & pruinis florem
amittit. Qua de cauſa inflectunt ramos eius, ne ſub-
recti humorem infeſtum excipiant, atq; contineant.
Pirus & amygdala etiã ſi non pluat, ſed fiat auſtri-
num cælũ atq; nubilũ, amittunt florẽ & primos fru
ctus: ſi cũ defloruere, tales dies fuerint. Ocyſſime au
tem ſalix amittit ſemen, anteq̃ omnino maturitatem
ſentiat. Ob id dicta ab Homero frugipda. Secutaq; Odyſſ. 10.
ætas ſcelere ſuo interpretata eſt hãc ſententiã, quan μακραί τ᾽ αἴ-
do ſemen ſalicis mulieri ſterilitatis medicamentum γειροι καὶ ἰτέ-
eſſe conſtat. Sed hoc quoq; puidens natura facile na αι ὠλεσί-
ſcenti, & depacto ſurculo incurioſius, ſemen dedit. καρποι.
Vna tantum proditur ad maturitatem proferre ſo-
lita, in Creta inſula, ipſo deſcenſu Iouis ſpeluncæ tor
uum ligneũq; magnitudine ciceris. Fiunt uero quæ
dam & loci uitio infructuoſa, ut ĩ Paroſylua cædua
quæ nihil fert. Perſicæ arbores in Rhodo florent tan
tum. Fit hæc differẽtia & ex ſexu, in his eſſe mares

quæ non ferunt. Aliq́ hoc ꝑmutantes, mares eſſe quæ ferant tradũt. Facit et denſitas ſterilitatẽ. Gignentium aũt quædã ex lateribus ramorũ et cacuminibus ferunt, pirus, punica, ficus, myrtus. Cætero eadẽ natura quæ frugibus. Nanq; et in eis ſpica in cacumẽ naſcitur. Legumina in lateribus, palma ſola ut dictũ eſt in ſpathis habet fructũ racemis ꝑpendentẽ. Reliquis ſub folio pomũ, ut ꝓtegatur, excepta fico, cui folium maximũ umbroſiſſimumq;. Et ideo ſupra id pomum ei demum ſerius folium naſcitur q̃ pomum. Inſigne ꝓditur in quodã genere Ciliciæ, Cypri, Helladis, ficos ſub folio, groſſos uero ſupra folium naſci. Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos uocant. In Laconico genere maximæ ſunt.

De biferis et triferis, et quæ celerrime ſeneſcant, et de ætatibus earum. Caput .XXVII.

SVnt & biferæ in eiſdẽ. In Cea inſula caprifici triferæ ſunt. Primo fœtu ſequẽs euocatur, ſequẽti tertius. Hoc fici caprificãtur. Et caprifici aũt aduerſis folijs naſcũtur. Biferæ et in malis ac piris quædam, ſicut et præcoces. Malus ſylueſtris bifera. Sequens eius fructus poſt Arcturũ in apricis maxime. Vites quidẽ et triferæ ſunt, quas ob id inſanas uocãt, quoniã in ijs alia matureſcunt, alia turgeſcunt, alia florẽt. M. Varro autor eſt uitẽ fuiſſe Smyrnæ apud mare biferam, & malum in agro Conſentino. Hoc autem euenit perpetuo in Tacapẽſi Africæ agro, de quo plura

Apđ M. Var. nõ apđ matriam, ſed apud

quo plura

quo plura aliâs: ea eſt ſoli fertilitas. Trifera eſt et cupreſſus. Nanq; baccæ eius colliguntur menſe Ianuario, et Maio, et Septẽbri, ternasq́; earũ gerũt magnitudines. Eſt uero in ipſis arboribus etiã onuſtis peculiaris differentia. Summa ſui in parte fertilior eſt arbutus: quercus inferiore, iuglandes, fici, mariſcæ. Omnes quo magis ſeneſcũt, eo maturius ferũt, & in apricis locis, nec pingui terra. Sylueſtriora oĩa tardiora. Quædã ex ijs oĩno non matureſcunt. Itẽ quæ ſubarãtur, aut quæ ablaqueãtur, celeriora neglectis, hæc et fertiliora. Eſt etiamnũ ætatis differẽtia. Amygdala enĩ et pirus in ſenecta fertiliſsime, ut glandiferæ, & quoddã genus ficorũ. Cæteræ eius in iuuẽta, tardiusq; maturantes, qđ notatur in uitibus maxĩe. Vetuſtioribus enim uinũ melius, nouellis copioſius. Celerrime uero ſeneſcit, et in ſenecta deteriorẽ fructum gignit malus. Nanq; et minora poma ꝓueniũt, et uermiculis obnoxia. Quin et in ipſa arbore naſcũtur. Ficus ſola ex oĩm arborũ fœtu maturitatis cauſa medicatur. Iam quidẽ ex portẽtis, quoniã maiora ſunt præcocia præpoſteris. Oĩa aũt celerius ſeneſcũt præfœcũda. Quin et ꝓtinus moriũtur aliq̃, cælo fœcunditatem oẽm eblãdito, qđ maxĩe uitibus euenit.

mare legitur, et biferam nõ triferam. Propter eandẽ (inquit) cãm mlta ſunt bifera, ut uites apđ mare Smyrnæ.

De moro. Caput .XXVIII.

Contrà morus tardiſsime ſeneſcit, fructibus minime laborans. Tarde & ea quorũ criſpa materies, ut acer, palma, pópulus. Et ſubarata ocyus ſe-

ocyus ſeneſcunt.

De ſylueſtribus. Caput .XXIX.

SYlueſtria aũt tardiſſime. Atq; in totum, omnis cura fertilitatẽ adijcit, fertilitas ſenectã, ideóq; et præflorent talia et prægerminant, atq; in totũ præcocia fiunt. Quoniam omnis infirmitas cælo magis accidit. Multæ uero plura gignunt, ut diximus in glandiferis, inter quæ laurus uuas ſuas, maximéq; ſterilis quæ non gignit aliud, obq; id à quibuſdam mas exiſtimatur. Ferunt & auellanæ iulos compactili callo ad nihil utiles.

De buxo, & faba Græca, ſiue loto. Caput .XXX.

PLurima uero buxus. Nam & ſemen ſuum, & granũ quod cartegon uocãt, & à ſeptẽtrione uiſcũ, à meridie hyphear, de qbus plura mox paulo. Interdumq; pariter res quaternas habẽt. Arborum quædã ſimplices, quibus à radice caudex unus, et rami frequẽtes, ut oliuæ, fico, uiti. Quædã fruticoſi generis, ut paliurus, myrtus: itẽ nux auellana. Quinimò melior eſt et copioſior fructu in plures diſperſa ramos: In quibuſdam omnino nullus, ut in ſuo genere buxo, loto tranſmarinæ. Quædam bifurcæ, atq; etiã in quinas partes diffuſæ. Quædam indiuiduæ, nec ramoſæ, ut ſambuci. Quædã indiuiduæ ramoſæ, ut piceæ. Quibuſdam ramorum ordo, ſicut piceæ, abieti: Alijs incõditus, ut robori, malo, piro. Et abieti quidem ſubre

dem ſubrecta diuiſura, ramiq́; in cælũ tendentes, nõ in latera ꝓni. Mirũ, cacuminibus eorũ deciſis moritur, totis uero detruncatis durat. Et ſi infrà q̃ rami fuere præcidatur, qđ ſupereſt uiuit: Si uero cacumẽ tantũ auferãt, tota moritur. Alia ab radice brachiata, ut ulmus. Alia in cacumĩe ramoſa, ut pinus, lotos, ſiue faba græca: quã Romæ à ſuauitate fructus ſyluestris quidem, ſed cerasorũ penè natura, loton appellant. Præcipueq́; domibus expetitur ramorum petulantia, breui caudice, latiſſima expatiantiũ umbra, & uicinas domos ſæpe tranſilientiũ. Nulli opacitas breuior, nec aufert ſolem hyeme decidẽtibus folijs. Nulli cortex iucũdior, aut oculos excipiens blandius. Nulli rami longiores ualidioresq́;, aut plures, ut dixiſſe totidẽ arbores liceat. Cortice pelles tingũt, radice lanas. Malis ꝓpriũ genus. Ferarũ enĩ roſtra reddũt, adhærẽtibus uni maxĩo minoribus. Ramorũ aliq cæci, qui non germinant: quod natura fit, ſi non eualuere: aut pœna, cũ amputatos cicatrix hebetauit. Quæ diuiduis in ramo natura eſt, hæc uti in oculo, harundini in geniculo. Omnium terræ proxima craſſiora. In longitudinem excreſcunt abies, larix, palma, cupreſſus, & ulmus, ſi qua uniſtirpia. Ramoſorum ceraſus etiã in. XL. cubitorũ trabes, æquali per totum duûm cubitorum craſſitudine reperitur.

De ramis, & cortice, et radicibus arborum. Caput .XXXI.

Quædam

QVædam ſtatim in ramos ſpargũtur, ut mali. Cortex alijs tenuis, ut lauro, tiliæ. Alijs craſſus ut robori. Alijs leuis, ut malo, fico. Idẽ ſcaber robori, palmæ. Omnibus in ſenecta rugoſior. Quibuſdam rumpitur ſponte, ut uiti: quibuſdã etiam cadit, ut malo, unedoni: carnoſus ſuberi, pópulo: membranaceus, ut uiti, harundini: libris ſimilis, ceraſo: multiplex tunicis, ut uitibus, tiliæ, abieti. Quibuſdã ſimplex, ut fico, harũdini. Magna et radicũ differẽtia. Copioſæ fico, robori, platano: breues et anguſtæ, malo: ſingulares abieti, larici. Singulis enim innitũtur, quanq̃ minimis in latera diſperſis. Craſſiores lauro & inæquales. Item oleæ, cui & ramoſæ. At robori carnoſæ. Robora ſuas in profundum agunt. Si Virgilio quidem credimus, eſculus quantũ corpore eminet, tantũ radice deſcendit. Oleæ, malis, & cupreſſis ꝑ ſumma ceſpitũ. Alijs rectomeatu, ut lauro, oleæ. Alijs flexuoſo, ut fico. Minutis hæc capillamẽtis hirſuta, ut abies, multæq; ſylueſtriũ: è quibus montani prætenuia fila decerpentes, ſpectabiles lagenas, & alia uaſa nectunt. Quidã non altius deſcendere radices, q̃ ſolis calor tepefaciat. Idq; natura loci tenuiores ſiue craſſiores dixere, qđ falſum arbitror. Apud autores certe inuenitur abietis plantam, cum tranſferretur. VIII. cubitorũ in altitudine, nec totam refoſſam, ſed abruptã. Maxima ſpatio atq; plenitudĩe et cedri eſt. Ab ea platani, roboris, et glandiferarũ.

Virgilius georg. li. 2. Eſculus in primis, quæ quantum uertice ad auras Aethereas, tantum radice in tartara tendit.

Quarun-

Quarundã radix uiuacior ſuperficie,ut lauri.Itaq; cum trũco ĩaruit reciſa,etiã lætius fruticat. Quidã breuitate radicũ celerius ſeneſcere arbores putant, quod coarguunt fici,quarũ radices longiſſimæ,et ſenectus ocyſſima.Falſum arbitror,et quod aliqui ꝓdidere,radices arborum uetuſtate minui. Viſa etenim eſt annoſa quercus euerſa ui tẽpeſtatis,et iugerũ ſoli amplexa.Proſtratas reſtitui plerunq;,et quadã terræ cicatrice reuiuiſcere,uulgare eſt.Et familiariſſimũ hoc platanis,quæ plurimũ uentorũ concipiunt ꝓpter denſitatẽ ramorũ: qbus amputatis,leuatæ onere in ſua ſcrobe reponuntur. Factamq; iam eſt hoc in iuglandibus oleiſq;,ac multis alijs.

De ꝓdigioſis arboribus,& quibus modis ſponte naſcãtur,et ꝙ non omnia ubiq; naſcantur,et quæ non alibi naſcantur arbores. Ca. .XXXII.

EST in exẽplis,& ſine tempeſtate,ulláue cauſa alia q̃ ꝓdigij cecidiſſe multas,ac ſua ſpõte reſurrexiſſe. Factũ hoc populi Ro. q̃ritibus oſtentum Cimbricis bellis Nuceriæ ĩ luco Iunonis, ulmo(poſtq̃ etiã cacumen amputatũ erat,quoniã in aram ipſam ꝓcumbebat)reſtituta ſponte,ita ut ꝓtinus floreret. A quo deinde tempore maieſtas populi Ro.reſurrexit,quæ antè uaſtata cladibus fuerat. Memoratur hoc idẽ factũ & in Philippis,ſalice ꝓcidua atq; detruncata:& Stagiris in muſæo pópulo alba.Omnia fauſti ominis.Sed maxĩe mirum,Antandri platanus

etiam

etiam circūdolatis lateribus reſtibilis ſponte facta, uitæq; reddita, longitudine. XV*.cubitorū, craſſitudine quatuor ulnarū. Arbores quas naturæ debeamus, tribus modis naſcūtur: Sponte, aut ſemine, aut ab radice. Cura numeroſior exiſtit, de qua ſuo dicemus uolumine. Nunc enim totus ſermo de natura eſt, multis modis miriſq; memorabili. Nanq; nō omnia in omnibus locis naſci docuimus, nec tranſlata uiuere. Hocq; aliâs faſtidio, aliâs cōtumacia, ſæpius imbecillitate eorū quæ transferuntur euenit: aliâs cælo inuidente, aliâs ſolo repugnāte. Faſtidio balſamū alibi naſci natura q̄ in Syria noluit ferè: Necnon et palmam naſci ubiq;, aut natā parere: uel (cū ꝑmiſit etiā oſtēditq;) ea educare, quæ tanq̄ inuita peperit. Non habet uires frutex cinnami in Syriæ uicina perueniēdi. Non ferūt amomi nardiq; deliciæ, ne in Arabia quidē ex India naue peregrinari. Tentauit enim Seleucus rex. Illud maxīe mirū, ipſas arbores plerūq; exorari ut uiuāt, atq; tranſmigrēt: aliquādo & à ſolo impetrari, ut alienas alat, aduenaſq; nutriat: cælū nullo mō quit flecti. Viuit in Italia piperis arbor: caßiæ uero etiā in ſeptētrionali plaga. Vixit & in Lydia thuris. Sed unde ſorbētes ſuccū oēm ex ijs ſoles, coquēteſq; lachrymā? Illud ꝓxime mirū, mutari naturā in ijſdē locis, atq; improuiſo ualere. Cedrū æſtuoſis ꝑtibus dederat, at in Lycijs frigidiſq; montibus naſcitur. Frigus inimicum lauro fecerat, ſed in*

Olympo

copioſior nulla eſt. Circa Boſphorũ Cimmeriũ in Pãticapeo urbe, omni mõ laborauit Mithridates rex, et cæteri incolæ, ſacrorũ certe cauſa laurũ myrtũq; habere, et nõ cõtigit, cũ abũdent arbores ibi Punicæ ficiq;, iam mali et piri laudatiſſimæ. Frigidas natura eodẽ tractu nõ genuit arbores, pinũ, abietẽ, piceam. Et quid attinet ad Pontum abire? Iuxta Romam ipſam caſtaneæ ceraſiq; ægre ꝑueniunt, Perſica in Tuſculano. Necnon nuces græcæ cũ tædio inſeruntur. Terracina ſyluis ſcatet earum.

De cupreſſo: et ꝙ ex terra noua aliqua ſæpe naſcãtur, ꝙ in ea antè non fuerũt. Ca. XXXIII.

CVpreſſus aduena, & difficillime naſcentium fuit, ut de qua uerboſius ſæpiusq;, ꝙ de omnibus alijs ꝓdiderit Cato. Natu moroſa, fructu ſupuacua, baccis torua, folia amara, odore uiolenta, ac ne umbra quidẽ gratioſa, materie rara, ut penè fruticoſi generis, diti ſacra, & ideo funebri ſigno ad domos poſita. Fœmina ſterilis diu. Metæ demũ aſpectu non repudiata, diſtinguẽdis tantum pinorum ordinibus. Nunc uero tonſilis facta in denſitate parietũ, coërcitaq; gracilitate perpetuo tenera. Trahiturq; etiam in picturas opere hiſtoriali: uenatus claſſeſue, et imagines rerũ tenui folio, breuiq; & uirente ſuperueſtiens. Duo genera earum: Meta in faſtigium conuoluta, quæ et fœmina appellatur. Mas ſpargit extra ſe ramos, deputaturq;, & accipit uitem. Vtraq; autẽ

immittitur in perticas aſſeréſue amputatione ramarum,q.XIII.anno denarijs ſinglis ueneũt.Quæſtuoſiſſima in ſatus rõne ſylua.Vulgoq́; dotẽ filiarũ antiqui plantaria appellabãt.Huic patria inſula Creta, quanq̃ Cato Tarentinã eã appellat.Credo q̃ primũ eò uenerit.Et in Aenaria ſucciſa regerminat.Sed in Creta quocũq; loco terrã mouerit qſpiã,niſi ſeratur alia,hæc gignitur,ꝓtinusq́; * emicat.Illa uero etiã nõ appellato ſolo ac ſpõte,maxiéq; in Idæis mõtibus, et quos albos uocant,ſummiſq́; iugis,ubi niues nunq̃ abſunt,pluria.Qđ miremur alibi,nõ niſi ĩ tepore ꝑueniẽs,et nutricẽ magnopẽ faſtidiẽs.Nec terræ tantũ natura circa has refert,aut ꝑpetua cæli,uerũ & quędã tẽporaria uis imbriũ.Aliquæ plerũq; ſemia afferũt,et certo fluũt genere.Aliquæ etiã incognito, quod accidit Cyrenaicæ regioni,cũ primũ ibi laſerpitiũ natũ eſt,ut in herbarũ natura dicemus. Nata eſt & ſylua urbi ei proxima imbre piceo craſſoq́; circiter urbis Romæ anno.CCCCXXX.

Cato de re ru-ca. 150.

* Vetus lectio habet emigrat.

De edera. Caput .XXXIIII.

EDera iam dicitur in Aſia naſci. Negauerat Theophraſtus:nec ĩ India,niſi in mõte Mero. Quin et Harpalũ oĩ modo laboraſſe ut ſereret eã in Medis,fruſtra.Alexandrũ uero ob raritatẽ ita coronato exercitu,uictorẽ ex India rediſſe,exẽplo Liberi patris: cuius dei et nũc adornãt thyrſos,galeaſq́; etiã et ſcuta,in Thraciæ populis in ſolẽnibus ſacris.

Inimica

inimica arbor ſatis oĩbus, ſepulchraq́; ac muros rũ pens: ſerpentiũ frigori gratiſſima, ut mirũ ſit illam in honore ullo habitã. Duo genera eius. Prima ut re liquarũ mas et fœmina. Maior traditur mas corpo re, et folio duriore ac pinguiore, et flore ad purpurã accedẽte. Vtriuſq; aũt flos ſilis eſt roſæ ſylueſtri, niſi q caret odore. Species horũ generũ tres: Eſt enĩ cã dida, et nigra edera, tertiaq́; q̃ uocatur helix. Etiam num hæ ſpẽs diuiduntur in alias, quoniã eſt alia fru ctu tantũ candida, alia et folio. Fructũq; candidũ fe rentiũ alijs denſus acinus, et grandior, racemis in or bem circũactis, qui uocantur corymbi. Itẽ ſelenitiũ, cuius eſt minor acinus, ſparſior racemus. Simili mo do in nigra. Alicui et ſemẽ nigrũ, alijs crocatiũ. Cu ius coronis poẽtæ utũtur, folijs minus nigris, quã qui dã Dionyſiã, alij bacchicã uocant, maximis inter ni gras corymbis. Quidã apud græcos etiamnũ duo ge nera huius faciunt, à colore acinorum, erythranũ et chryſocarpum. Plurimas habet differentias helix, quoniam folio maxime diſtat. Parua ſunt et angulo ſa concinnioraq́;, cum reliquorum genera ſimplicia ſint. Diſtat & longitudine internodiorum, præcipue tamen ſterilitate, quoniam fructum non gignit. Qui dam hoc ætatis eſſe non generis exiſtimant, primoq́; eſſe helicem putant, fieri ederam uetuſtate. Horum error manifeſtus intelligitur, quoniam helicis plu ra genera reperiuntur, ſed tria maxime inſignia:

Herbacea ac uirẽs, quæ plurima eſt, altera candido folio, tertia uerſicolor, quæ Thracia uocatur. Etiam num herbaceæ tenuiora folia, in ordinẽ digeſta, denſioraq́;. In alio genere diuerſa oĩa. Et in uerſicolori alia tenuioribus folijs, ac ſimiliter ordinatis denſioribusq́;. In altera neglecta oĩa hæc. Maiora quoq; ac minora ſunt folia, macularumq́; habitu diſtãt. Et in candidis alia ſunt candidiora. Adoleſcit in longitudinem maxime herbacea. Arbores aũt necat candida, omnẽq́; ſuccũ auferẽdo tanta craſſitudine augetur, ut ipſa arbor fiat. Signa eius, folia maxĩa atq; latiſſima, mãmas erigentis, quæ ſunt cæteris inflexæ: racemi ſtantes, ac ſubrecti. Et quanq̃ omniũ generi radicoſa brachia, huic tamen maxĩe ramoſa ac robuſta. Ab ea nigræ: ſed proprium albæ, ꝙ inter media folia emittit brachia utrinque ſemper amplectens. Hæc eſt & in muris, q̃uis ambire non poſſit. Itaque etiam pluribus locis interciſa, uiuit tamen, duratq́;, & totidem initia radicum habet quot brachia, quibus incolumes & ſolidas arbores ſugit ac ſtrangulat. Eſt & in fructu differentia albæ nigræq́; ederæ: quoniam alijs tanta amaritudo acini, ut aues nõ attingant. Eſt & rigens edera, quæ ſine adminiculo ſtat, ſola omnium generum ob id uocata ciſſos. E diuerſo nunq̃ niſi humi repens chamæciſſos.

De edera q̃ uocatur ſmilax. Ca. XXXV.

SImilis eſt ederæ, ẽ Cilicia quidẽ primũ ꝓfecta, ſed in græ

ſed in græcia frequentior, quam uocant ſmilacē, denſis geniculata caulibus, ſpinoſa, fruticoſa ramis, folio ederaceo, paruo, nō anguloſo, à pediculo emittēte pampinos, flore cādido, olente liliū. Fert racemos labruſcæ mō non ederæ, colore rubro, cōplexa acinis maioribus nucleos ternos, minoribus ſingulos, nigros duroſq; : infauſta oībus ſacris et coronis, quoniā ſit lugubris: uirgine eius noīs, ꝑpter amorē iuuenis Croci, mutata in hunc fruticē. Id uulgus ignorās, plerunq; feſta ſua polluit, ederam exiſtimando: ſicut in poëtis, aut Libero patre, aut Sileno, qui omnino neſcit quibus coronētur. E ſmilace fiunt codicilli. Propriumq; materiæ eſt, ut admota auribus leuem ſonū reddat. Ederæ mira proditur natura ad experiēda uina. Si uas fiat ex ligno eius, uina transfluere, ac remanere aquam, ſi qua mixta fuerit.

Ternos nō ungros duroſq; denos, ut ī quibuſdā legitur exēplaribus, id qđ ex Theophraſt. lectione cōfirmare licet, q li. 3. c. 18. ita ſcribit de edera ſmilace: Nucleos ī uniuerſum q dē binos continet, q̄q̄ grandior ternos & paruulus unū.

De aquaticis calamis, et fruticibus. Ca. XXXVI.

*INterea, qui frigidis gaudent, aquaticos frutices dicere cōuenit. Principatū in his tenebūt harundines, belli paciſq; expimentis neceſſariæ, atq; etiā in delicijs gratæ. Tegulo enim earum domus ſuas ſeptentrionales populi operiunt, durantq; eius alta tecta. In reliquo uero orbe, et cameras leuiſſime ſuſpēdunt. Chartiſq; ſeruiunt calami Aegyptij maxīe, cognatione quadā papyri. Probatiores tamē Gnidij, et q in Aſia circa * Aneiticū lacū naſcūtur. Noſtratibus fungoſior ſubeſt natura, cartilagine bibula, quæ ca-*

* Anaiticum.

uo corpore intus ſuperne tenui inareſcit ligno: fiſſi-
lis, præacuta ſemper acie, geniculata. Cætero gra-
cilitas nodis diſtincta, leui faſtigio tenuatur in cacu-
mina, craſſiore peniculo coma, neq; hac ſupuacua.
Aut enim pro pluma ſtrata cauponarum replet: aut
ubi limoſiore callo induruit, ſicut in Belgis, contuſa
& interiecta nauium cõmiſſuris ferruminat textus,
glutino tenacior, rimiſq; explendis fidelior pice. Ca
lamis orientis populi bella conficiunt. Calamis ſpi-
cula addunt irreuocabili hamo noxia. Mortem acce
lerant pinna addita calamis. Fitq; & ex ipſo telum
aliud fracto in uulneribus. His armis ſolem ipſum ob
umbrant. Propter hoc maxime ſerenos dies optant.
Odere uentos & imbres, qui inter illos pacem eſſe
cogunt. Ac ſi quis Aethiopas, Aegyptum, Arabas,
Indos, Scythas, Bactras, Sarmatarum tot gentes, &
orientis, omniaq; Parthorum regna diligentius com
putet, æqua fermè pars hominum in toto mundo ca
lamis ſuperata degit. Præcipuus hic uſus in Creta
bellatores ſuos præcipitauit. Sed in hoc quoq;, ut in
cæteris rebus, uicit Italia: quoniã nullus ſagittis apti
or calamus, q̃ in rheno Bononiẽſi amne, cui plurima
ineſt medulla, ponduſq; uolucre, contra flatus quoq;
peruicax libra. Quippe non eadẽ gratia Belgicis.
Hæc & Creticis commendatioribus: quanq̃ præfe-
rãtur Indi, quorũ alia qbuſdã uidetur natura, quãdo
et haſtarũ uicẽ præbẽt additis cuſpidibus. Harũdini

quidem

quidem Indicæ arborea amplitudo, qualẽ uulgo in templis uidemus. Differre mares ac fœminas in his quoq; Indi tradũt: Spiſſius mari corpus, fœminæ capacius. Nauigiorum etiam uicem præſtant (ſi credimus) ſingula internodia. Circa Aceſinẽ amnẽ maxĩe naſcũtur. Harũdo oĩs ex una ſtirpe numeroſa. Atq; etiam reciſa fœcundius reſurgit. Radicis natura uiuax, geniculata & ipſa. Folia Indicis tantũ breuia. Oĩbus uero à nodo orſa, cõplexu tenues per ambitũ inducũt tunicas, atq; à medio internodio, cum plurimum deſinũt ueſtire, ꝓcumbuntq;. Latera harũdini calamoq; in rotunditatẽ bina, ſup nodos alterno ſemper inguine, ut alterum ad dextrã fiat, alterũ ſuperiore geniculo ſup læua per uices. Inde exeũt aliquãdo rami, qui ſunt calami tenues. Plura autẽ genera: Alia ſpiſsior denſiorq; geniculis, breuibus internodijs. Alia rarior maioribus, tenuior & ipſa. Calamus uero alius totus concauus, quẽ ſiringiam uocãt, utiliſſimus fiſtulis, quoniã nihil eſt ei cartilaginis atq; carnis. Orchomenius eſt cõtinuo foramine peruius, quẽ auleticon uocant. Hic tibijs utilior, fiſtulis ille. Eſt alius craſſiore ligno, & tenui foramine. Hũc totũ fungoſa replet medulla. Alius breuior, alius ꝓcerior, exilior, craſſiorq;. Fruticoſiſſimus q uocatur donax, non niſi in aquaticis natus: quoniam & hæc differẽtia eſt multũ prælata harundine quæ in ſiccis ꝓueniat. Suũ genus ſagittario calamo (ut diximus)

ſed Cretico longiſſimis internodijs, obſequētiq; quo libeat flecti calefacto. Differentias faciūt et folia, nō multitudine, uerū robore & colore. Varia Laconicis, et ab una parte denſiora, quales in totū circa ſtagna gigni putāt, diſsimiles amnicis, lōgisq; ueſtiti tunicis, ſpatioſius à nodo ſcandēte cōplexu. Eſt et obliqua harundo nō in excelſitatē naſcēs, ſed iuxta terrā fruticis mō ſe ſpargens, ſuauiſſima in teneritate āīalibus. Vocatur à quibuſdā elegia. Eſt et in Italia naſcēs adarcha nōīe, paluſtris ex cortice tātū, ſub ipſa coma, utiliſſima dentibus, quoniā uis eadē eſt q̄ ſinapi. De Orchomenij lacus harūdinetis accuratius dici cogit admiratio antiqua. Characian uocabāt craſſiorē firmiorēq;, plociā uero ſubtiliorē. Hanc in inſulis fluitantibus natare, illā in ripis expatiantis lacus. Tertia harūdo eſt tibialis calami, quē auleticon uocāt. Nono hic anno naſcebatur. Nam et lacus incrementa hoc tēporis ſpatio ſeruabat. Prodigioſus, ſi quando amplitudinē biennio extendiſſet, quod notatū apud Cheroniam infauſto Athenienſiū prælio: Et apud Lebadia ſæpe notatur influēte Cephiſo. Cū igitur anno permanſerit inundatio, ꝓficiunt in aucupatoriam quoq; amplitudinem: uocantur zeugitæ. Contra bōbycinæ maturius reciproco, graciles, fœminarum latiore folio atq; candidiore, modica lanugine, aut omnino nulla, ſpadonū nōmine inſignibus. Hinc erant armamenta ad incluſos cantus, & non ſilendo reli

Varia non ua lida ex Theophr. legendū, qui de Laconica harundine ita ſcribit lib. 4. c. 11. Quippe quæ Laconica cognoīatur, uerſicolor eſt.

lendo reliquo curæ miraculo, ut uenia ſit argēto iam potius cani. Cædi ſolebāt tēpeſtiue uſq; ad Antigenē tibicinē, cū adhuc ſimplici muſica uterentur ſub Arcturo: ſic præparatæ aliquot poſt annos utiles eſſe incipiebāt. Tunc quoq; multa domandæ exercitatiōe, et canore tibiæ ipſo educēdæ, cōprimentibus ſe ligu Vel, & canelis, qđ erat illis theatrorū moribus utilius. Poſtq̄ ua re tibiæ ipſæ rietas acceſſit, et cātus quoq; luxuriantes, cædi ante edocendæ. ſolſtitia cœptæ, et fieri utiles in trimatu, aptioribus earū ligulis ad flectendos ſonos: quæ inde ſunt et hodie. Sed tunc ex ſua quāq; tantū harundine cōgruere perſuaſum erat: et eam quæ radicē anteceſſerat, læuæ tibiæ conuenire: quæ cacumen, dextræ. Immenſum, quantū ijs prælatis quas ipſe Cephiſus abluiſſet, Nunc ſacrificæ Thuſcorū è buxo, ludicræ uero loto, oſſibusq; aſininis et argento fiunt. Aucupatoria harundo à Panhormo laudatiſſima, piſcatoria Abaritana ex Africa. Harūdinis Italiæ uſus ad uineas maxime. Cato ſeri eam iubet in humidis agris, bipalio ſubacto prius ſolo, oculis diſpoſitis interuallo ternorum pedum. Simul & corrudam, unde aſparagi fiant: concordare enim amicitiam.

De ſalice, genera eius. VIII. & q̄ præter ſalicē ſint utilia ligaturis, & de rubis. Ca. .XXXVII.

SAlicis uero, qua nulla aquaticarū utilior, licet populi uitibus placeant, et cæcubū ducant, licet alni ſepes muniant, contraq; erumpentiū amniū impetus ripa

petus riparũ muro in tutelas ruris excubẽt in aquę ſatæ, cæſæq; dẽſius innumero hærede proſint: ſalicis ſtatim plura genera: Nam quædã & in proceritatẽ magnam emittunt iugis uinearũ perticas, pariuntq́; baltheo cortice uincula. Et aliæ uirgas ſequacis ad iuncturas lenticiæ. Aliæ prætenues uiminibus texen dis ſpectabili ſubtilitate. Rurſus aliæ firmiores corbibus, ac plurimæ agricolarum ſupellectili, cãdidiores ablato cortice, leuiq; tractatu mollioribus uaſis, quàm ut è corio fiant, atq; etiam ſupinarum in delicias cathedrarum aptiſſima. Deciduæ ſalici fertilitas, denſiorq; tõſura ex breui pugno uerius quàm ramo, non ut remur in nouiſſimis curãda arbore. Nullius quippe tutior eſt reditus minoriſue impendij, aut tempeſtatum ſecurior. Tertium locum ei in æſtimatione ruris Cato attribuit, prioremq́; quàm oliuetis, quamq́; frumento, aut pratis: nec quia deſint alia uincula. Siquidem & geniſtæ Ithaceæ, & populi, & ulmi, & ſanguinei frutices, & betulæ, & harundo fiſſa, & harundinum folia ut in Liguria, & uitis ipſa, reciſiſq; aculeis rubi alligant, & intorta corylus. Mirũq;, contuſo ligno alicui maiores ad uincula eſſe uires. Salici autem præcipua dos. Finditur enim Græca rubens, candidiorq; amerina, ſed paulo fragilior, ideoq; ſolido ligat uexu. In Aſia tria genera obſeruant. Nigram, utiliorem uiminibus: candidam, agricolarum uſibus: tertiã, quæ breuiſſima eſt, helicen

helicen uocant. Apud nos quoque multi totidem nomina imponunt: Vimineam uocant, eandem purpuream. Alteram uitellinam à colore, quæ ſit tenuior. Tertiam Gallicam, quæ tenuiſſima. Nec in fruticum, nec in ueprium cauliúmue, neq; in herbarum, aut alio ullo quàm ſuo genere numerētur iure ſirpi fragiles paluſtresq;, ad tegulum tegetesq;: è quibus detracto cortice, candelæ luminibus & funeribus ſeruiunt. Firmior quibuſdam in locis earū rigor. Nanque ijs uelificāt non in Pado tantum nautici, uerum & in mari piſcator Africus, præpoſtero more uela intra malos ſuſpendens. Et mapalia ſua Mauri tegunt. Proximeq; æſtimāti hoc uideantur eſſe, quo in inferiore Nili parte papyri ſunt uſu, ſed fruticoſi generis ſunt. Inter aquaticas arbores ſunt & rubi, atq; ſambuci fungoſi generis, aliter tamen quàm ferulæ. Quippe plus ligni ac ſucci utique ſambuco. Ex qua magis canorā buccinam tubamq; credit paſtor ibi cæſa, ubi gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferūt, & alio genere ſimilitudinem roſæ, qui uocatur cynoſbatos. Tertium genus Idæū uocant Græci à loco. Tenuius eſt quàm cætera, minoribusq; ſpinis, & minus aduncis. Flos eius cōtra lippitudinē illinitur ex melle & ignem ſacrū. Contra ſtomachi quoq; uitia bibitur ex aqua. Sambuci acinos habēt nigros atq; paruos, humoris lēti, inficiēdo maxie capillo, qui & ipſi aqua decocti manduntur.

De ſuccis

De ſuccis arborum,& natura materiarum, et de cædendis arboribus. Ca.XXXVIII.

HVmor & cortici arborũ eſt,qui ſanguis earum intelligi debet,non idem oĩbus.Ficis lactus: huic ad caſeos figurandos coaguli uis. Ceraſis gummoſus,ulmis ſaliuoſus,lẽtus ac pinguis malis, uitibus ac piris aquoſus. Viuaciora quibus lentior. Atque in toto corpore arborum,ut reliquorum animalium,cutis,ſanguis,caro,nerui,uenæ, oſſa,medullæ. Pro cute cortex, mirum in moro medicis ſuccũ quærentibus,ferè hora diei ſcd'a, lapide inciſus manat, altius fractus ſiccus uidetur. Proximi pleriſque adipes.Ii uocantur à colore alburnum: mollis ac peßima pars ligni, etiam in robore facile putreſcens,teredini obnoxia, quare ſemper amputabitur. Subeſt huic caro,cui oſſa: id eſt materiæ optimum. Alternant fructus quibus ſiccius lignum,ut olea,magis q̃ quibus carnoſum,ut ceraſus. Nec oĩbus adipes carnéſue largæ,ſicuti nec aĩalium acerrimis. Neutrũ habẽt buxus,cornus,olea:nec medullam,minimũq; etiam ſanguinis:ſicut oſſa non habent ſorba,carnem ſambuci,& plurimam ambæ medullam : nec harundines maiore ex parte.In quarundam arborũ carnibus pulpæ uenæq; ſunt. Diſcrimen earum facile.Venæ latiores cãdidioreſq;,pulpæ fißilibus ĩſunt.Ideo fit, ut aure ad caput trabis quamlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite uel grauis ſentiatur,

penetran

penetrante rectis meatibus ſono. Vnde deprehenditur an torta ſit materies, nodiſq́; conciſa. Quibudā ſunt tubera, ſicut ſunt in carne glandia: In iis nec uena, nec pulpa, quodam callo carnis in ſe conuoluto. Hoc pretioſiſſimū in cedro & acere. Cætera menſarum genera fiſſis arboribus circinantur in pulpam, alioqn fragilis eſſet uena in orbē arboris cæſa. Fagis pectines tranſuerſi in pulpa apud antiquos. Inde & uaſis honos. Marcus Curius iurauit ſe ex præda nihil attigiſſe, præter guttum faginum quo ſacrificaret. Lignum in longitudinē ita fluctuat, ut quæ pars fuit ab radice, ualidius ſidat. Quibuſdam pulpa ſine uenis, mero ſtamine & tenui conſtat. Hæcq́; maxīe fiſſilia. Alia frangi celeriora quàm findi, quibus pulpa non eſt, ut oleæ, uites. At è contrario, totum à carne corpus fico. Tota oſſea eſt ilex, cornus, robur, cytiſus, morus, ebenus, lotos, & quæ ſine medulla eſſe diximus. Cæteris nigricās color. Fulua cornus, in uenabulis nitet inciſuris nodata propter decorem. Cedrus, & larix, & iuniperus rubent.

De hoc Marco Curio habes Valerium Ma. li. 4. Ti. de abſtinentia et cōtinentia.

De larice, & abiete, & ſapino, & cæteris hmōi arboribus cædēdis. Caput .XXXIX.

LArix fœmina habet quam Græci uocant ægida, mellei coloris. Inuentum eſt pictorū tabellis immortale, nulliſq́; fiſſile rimis hoc lignum. Proximum medullæ eſt. In abiete leucon Græci uocaue re. Cedrus quoq́; duriſſima, quæ medullæ ꝓxima, ut

Qđ de larice hic Plini. hoc Theoph. de pl

in cor-

no dicit, et qđ in corpore oſſa deraſo modo limo. Et ſambuci interi ora mire firma tradũtur. Nanq; qui uenabula ex ea faciũt, præferunt oĩbus. Conſtat enim ex cute et oſſibus. Cædi tempeſtiuũ quæ decorticentur, ut teretes, ad tẽpla cæteraq; uſus rotundi, cum germinãt, aliâs cortice inextricabili, et carie ſubnaſcẽte ei, materiá q; nigreſcẽte. Tigna et q̃bus aufert ſecuris corticẽ, à bruma ad fauoniũ: aut ſi præuenire cogamur, Arcturi occaſu, et ante eũ fidiculæ. Nouiſſima ratione ſolſtitio. Dies ſiderũ horũ reddẽtur ſuo loco. Vulgo ſatis putãt obſeruare, ne quæ dedolãdæ arbores ſternãtur ante editos ſuos fructus. Robur uere cæſum, teredinem ſentit. Bruma aũt neq; uitiatur, neq; finditur: aliâs obnoxiũ etiã ut torqueat ſeſe findatq;, qđ in ſubere tẽpeſtiue quoq; cæſo euenit. Infinitũ refert lunaris ratio, nec niſi à uiceſima in triceſimã cædi uolunt. Inter oẽs cõuenit, utiliſſime in coitu eius ſterni, quẽ diem alij interluniũ, alij ſilẽtis lunæ appellant. Sic certe Tib. Cæſar, cõcremato ponte naumachiario, larices ad reſtituendum cædi ex Rhetia præfiniuit. Quidã dicunt, ut in coitu & ſub terra ſit luna, qđ fieri non poteſt niſi noctu. At ſi competãt coitus, in nouiſſimũ diem brumæ: illa æterna ſit materies, ꝓxime cũ ſupradictis ſideribus. Quidã & canis ortum addũt, & ſic cæſas materies in forũ Auguſtum. Nec nouellæ aũt ad materiẽ, nec ueteres utiliſſimæ. Circunciſas quoq; ad medullã, alij nõ inutiliter relinquunt.

Pli. hic leucõ, ille luſſon uocat l. 3. ca 10: Habet ut pinus, inq̃t, ægida, ita abies albũ, dictũ luſsõ ueluti ægidi reſpondens.

linquunt, ut oĩs humor ſtantibus defluat. Mirũ, apud antiquos primo Punico bello claſſem Duillij impatoris ab arbore exciſa. LX. die nauigaſſe. Contra uero Hieronem regem. CCXX. naues effectas diebus XLV. tradit L. Piſo. Scd'o quoq; Punico bello, Scipionis claßis. XL. die à ſecuri nauigauit. Tantũ tẽpeſtiuitas etiã ĩ rapida celeritate pollet. Cato hoĩm ſummus in omni uſu, de materijs hæc adijcit: Prælũ ẽ ſapino atra potiſſimũ facito. Vlmeã, pineam, nuceam, hanc atq; aliã materiem omnẽ cum effodies, luna decreſcente eximito poſt meridiẽ, ſine uento auſtro. Tunc erit tempeſtiua, cum ſemen ſuum maturũ erit. Caueto, ne per rorem trahas, aut doles. Idemq́; mox: Niſi intermeſtri luna atque dimidiata, ne tangas materiem. Tunc ne effodias, aut præcidas abs terra. Diebus quatuor ,pximis quibus luna plena fuerit, optime eximitur. Omnino caueto, nigrã materiam ne doles, ne cædas, néue tangas, niſi ſiccam, néue gelidam, néue rorulentam. Tiberius idẽ & in capillo tondendo ſeruauit interlunia. M. Varro aduerſus defluuia præcepit obſeruandum idem à plenilunijs. Larici & magis abieti ſucciſis, humor diu defluit. Hæ omnium arborum altiſſimæ, ac rectiſſimæ. Nauium malis antemniſque propter leuitatem præfertur abies: *cõmuni ab his pino, quæ aut quadripartitos uenarum curſus bifidóſque habeat, uel oĩno ſimplices. Ad fabrorum inteſtina opera, medulla ſectilis

Capi. de re ruſtica 31.

*Vel cõmunio his cum pino. Vt huius loci ſenſum plane pcipias, q alioqui obſcurus eſt ob nimiam ſermonis breuitatem, lege Theophr. l. 5. capite. 2.

la ſectilis optima quadripartitis materijs, et mollior quàm cæteræ. Intellectus in cortice protinus peritis. Abietis quæ pars à terra fuit, enodis eſt: hacq; quam diximus ratione fluuiata decorticatur, atq; ita ſapinus uocatur: ſupior pars nodoſa duriorq;, ſuſterna. Et in ipſis aũt arboribus robuſtiores aquiloniæ partes. Et in totum deteriores ex humidis opacisq;: ſpiſſiores ex apricis & diuturnæ. Ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur. Eſt per gentium quoq; regiones in ijs differentia. Alpibus Apẽninoq; laudatiſſimæ: in Gallia Iura, ac monte Voſego: in Corſica, Bithynia, Põto, Macedonia. Deteriores * Aeneatica et Arcadica. Peſſimæ Parnaſia, & Euboẽa, quoniam nodoſæ ibi & cõtortæ, putreſcentesq; facile. At cedrus in Creta, Africa, Syria laudatiſſima. Cedri oleo perũcta materies, nec tineam, nec cariem ſentit. Iunipero eadem uirtus quæ cedro. Vaſta hæc in Hiſpania, maxĩeq; baccæ eius. Medulla eius ubicunq; ſolidior etiam q̃ cedrus. Publicum omniũ uitium uocãt ſpiras, ubi ſeſe couuoluère uenæ atq; nodi. Inueniuntur in quibuſdã, ſicut in marmore, cẽtra: id eſt duritia clauo ſimilis, inimica ſerris. Et quædam forte accidũt lapide comprehenſo aut recepto in corpus, aut alterius arboris ramo. Megaris diu ſtetit oleaſter in foro, cui uiri fortes affixerant arma, quæ cortice ambiente ætas longe occultauerat. Fuitque arbor illa fatalis excidio urbis præmonitæ oraculo, cum ar-

Ex Theo. Aeanica. li. 5. c. 3.

cum arbor arma peperiſſet, quod ſucciſæ accidit, ocreis galeiſq; intus repertis. Ferunt lapides ita inuentos, ad continendos partus eſſe remedio.

poſſunt omnes quæ lētæ ſunt: ſed moro caprificoq; pricatus dicitur

De materijs, de magnitudine arborū, et quæ cariem & ruinam non ſentiunt, & de perpetuitate materiarum.

Caput .XL.

AMpliſſima arborum ad hoc æui exiſtimatur Romæ uiſa, quā propter miraculū Tiberius Cæſar in eodē ponte naumachiario expoſuerat aduectam cū reliqua materie: durauitq; ad Neronis principis amphitheatrū. Fuit aūt trabs é larice lōga pedes. CXX. bipedali craſſitudine æqualis. Quo intelligebatur uix credibilis reliqua altitudo faſtigium ad cacumen æſtimantibus. Fuit & memoria noſtra in porticibus ſeptorū à M. Agrippa relicta, æque miraculi cauſa, quæ diribitorio ſuperfuerat. XX. pedibus breuior, ſeſqpedali craſſitudine. Abies admirationis præcipuæ ī naui, quæ ex Aegypto Caij prīcipis iuſſu, obeliſcū in Vaticano circo ſtatutū, quatuorq; trūcos lapidis eiuſdem ad ſuſtinendū eum adduxit: qua naue nil admirabilius uiſum in mari certum eſt. CXX. modij tūc lentis ꝑ ſaburra ei fuere. Longitudo ſpatiū obtinuit magna ex parte Oſtiēſis portus latere læuo. Ibi nanq; demerſa eſt à Claudio principe, cum tribus molibus, turriū altitudine in ea exædificatis, obiter Puteolano puluere aduectis. Quæ

Huius rei mentionē facit & Sueto. in uita ipſius Clau. ti.

 arboris de opibus pu-

dam ſit in ligno, clauiſue figẽdum ceu ferreis. Ilex item & oleaſter, & olea atque caſtanea, carpinus, pópulus. Hæc omnia & criſpa aceris modo. Si ulla materies idonea eſſet, ramis ſæpe deputatis caſtratio illis eſt, adimitque uires de cætero pleriſque eorum. Sed utique robori tanta duritia eſt, ut terebrari niſi madefactum non queat, et nc ſic quidem adactus auelli clauus. E diuerſo clauum nõ tenet cedrus. Molliſſima tilia, eadem uidetur & calidiſſima: argumentum afferunt, quod citiſſime aſcias retundat. Calidæ morus, laurus, edera, & omnes è quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc uſus in caſtris, paſtorúmque repperit, quoniam ad excutiendum ignẽ non ſemper lapidis occaſio eſt. Teritur igitur lignum ligno, ignémque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi, uel foliorum facillime conceptum. Sed nihil edera præſtantius, quæ teratur lauro, laurúmque terat. Probatur & uitis ſylueſtris, alia quàm labruſca, & ipſa ederæ modo arborem ſcandens. Frigidiſſima quæcunque aquatica. Lentiſſima autem, & ideo ſcutis faciendis aptiſſima, quorum plaga contrahit ſe protinus: clauditque ſuum uulnus: & ob id contumacius tranſmittit ferrum: in quo ſunt genere fici, ſalix, tilia, betula, ſambucus, pópulus utraque. Leuiſſimæ ex his, ficus & ſalix, ideóque utiliſſimæ. Omnes autem etiam ad ciſtas, quæcunque flexibili crate conſtant. Habent &

candorem rigorémque, & in ſculpturis facilitatem. Eſt lentitia platano, ſed madida ſicut alno. Sicior eadem ulmo, fraxino, moro, ceraſo, ſed ponderoſior. Rigorem fortißime ſeruat ulmus, ob id cardinibus aſſamentisque portarum utiliſſima, quoniam minime torquetur: permutanda tantum ſic, ut cacumen ab inferiore ſit cardine, radix ſuperior. Palma eſt mollis, & ſuberis materies ſpóngia, & malus, pirúsque, necnon acer: ſed fragiles, & quæcunque criſpa. In omnibus ſylueſtris & maſcula differentia cuiuſque generis augent. Et infœcunda firmiora fertilibus, niſi quo in genere mares ferunt, ſicut cupreſſus, & cornus. Cariem uetuſtatémque non ſentiunt cupreſſus, cedrus, ebenus, lotos, buxus, taxus, iuniperus, oleaſter, & olea. Et ex reliquis tardißime larix, robur, ſuber, caſtanea, iuglans. Rimam fiſſurámque non capit ſponte cedrus, cupreſſus, olea. Buxum maxime æternam putant, ebenum & cupreſſum, cedrumque, claro de omnibus materijs indicio in templo Epheſiæ Dianæ, utpote tota Aſia extruente, cum quadringentis annis peractum ſit. Conuenit tectum eius eſſe è cedrinis trabibus. De ipſo ſimulacro deæ ambigitur. Cæteri ex ebeno eße tradunt Mutianus ter conſul, ex his qui proxime uiſo eo ſcripſere, uitigineum, & nunquam mutatum, ſepties reſtituto templo. Hanc materiam elegiſſe eandem Canetiam, nomen artificis nuncupans: quod equidem

Vide diuersum ab hoc locum lib. 36. cap. 14 de tempore constructionis templi Dianae

æquidem miror, cum antiquiorem Mineruæ quoquo modo Libero patri uetuſtatem attribuat. Adijcit multis foraminibus nardo rigari, ut medicatus humor alat, teneátque iuncturas, quas & ipſas eſſe modicas admodum miror. Valuas eſſe è cupreſſo, & iam quadringentis propè annis durare materiam omnem nouæ ſimilem. Id quoque notandum, ualuas in glutinis compage quadriennio fuiſſe. Cupreſſus in eas electa, quoniam præter cætera uno in genere materiæ nitor maxime ualeat æternus. Nónne ſimulacrum Iouis in arce è cupreſſo durat à condita urbe ſexcenteſimoſexageſimoprimo anno dicatum? Memorabile & Vticæ templum Apollinis, ubi Numidicarū cedrorū trabes durant, ita ut poſitæ fuere prima urbis eius origine, annis mille centumoctogintaocto. Et in Hiſpanijs Sagunti aiunt templum Dianæ à Zacyntho aduectæ cum conditoribus, anno ducenteſimo ante excidium Troiæ, ut autor eſt Bocchus, infráque oppidum ipſum id haberi. Cui pepercit religione inductus Annibal, iuniperi trabibus etiam nunc durantibus. Super omnia memoratur ædes in Aulide eiuſdem deæ, ſeculis aliquot ante Troianum bellum exædificata: cuius quidem generis materiæ ſcientia obliterata, in plenum dici non poteſt. Vtique quæ odore præcellant, ea æternitate præſtare. A prædictis morus proxime laudatur; quæ uetuſtate etiam nigreſcit. Et quædam

alijs amaritudo, ut cupreſſo: in alijs duritia, ut buxo. Tradunt & abietem circa germinationes decorticatam qua diximus luna, aquis non corrumpi. Alexandri Magni comites prodiderunt in Tylo rubri maris inſula arbores eſſe, ex quibus naues fierēt, quas CC. annis durantes inuentas: & ſi mergerentur, incorruptas. In eadem eſſe fruticem baculis tantum idoneæ craſſitudinis, uarium tigrium maculis, ponderoſum: et cum in ſpiſſiora decidit, uitri modo fragilem.

De materijs architecti, & quæ materies ad quid utilis, & quæ firmior materia in tectū.

Caput .XLII.

Apud nos materiæ finduntur aliquæ ſponte: ob id architecti eas fimo illitas ſiccari iubent, ut afflatus non noceant. Pondus ſuſtinere ualidæ abies, larix, etiam in trāſuerſum poſitæ. Robur, olea incuruantur cedūntque ponderi. Illæ remittuntur, nec temere rumpuntur: prius'que carie quàm uiribus deficiunt. Et palma arborum ualida: in diuerſum enim curuatur. At pópulus contra omnia inferiora pandatur, palma è contrario fornicatur. Pinus & cupreſſus aduerſus cariem tineásque firmiſſimæ. Facile pandatur iuglans. Fiunt enim & ex ea trabes, frangiq; ſe prænuntiat ſtrepitu: quód in ✠ Andro accidit, cum è balneis territi ſono profugerunt. Pinus, piceæ, alni, ad aquarum ductus in tubos ca-

✠ Antandro ex Theophraſto li. 5. ca. 7.

bos cauantur. Obrutæ terra, plurimis durãt annis: Eædem ſi non integantur, cito ſeneſcunt: miro modo fortiores, ſi humor extrà quoque ſuperſit. Firmiſſima ad tectum abies. Eadem ualuarum repagulis, & ad quæque libeat inteſtina opera aptiſſima, ſiue Græco, ſiue Campano, ſiue Siculo fabricæ artis genere ſpectabilis, ramentorum crinibus pampinato ſemper orbe ſe uoluens ad incitatos runcinarum raptus. Eadem & curribus maxime ſociabilis glutino, in tantum, ut findatur ante qua ſolida eſt.

De glutinanda materia, & lignis ſectilibus.

Caput .XLIII.

MAgna autem et glutini ratio, ꝑpter ea quæ ſectilibus laminis, ac in alio genere operiuntur. Stamineam hoc uſu probant uenam, & uocant fertilem, argumento ſimilitudinis, quoniam lachrymoſe criſpa. In omni genere et glutinũ abdicãt quædam, & inter ſe & cum alijs inſociabili glutino, ſicut robur. Sed nec ferè cohærent, niſi ſimilia natura, ut ſi quis lapidem lignúmque coniungat. Cornum maxime audit ſorbus, carpinus, buxus, poſtea tilia. Cuicunque operi facilia, flexilia omnia, quæ lenta diximus, prætérque morus & caprificus. Duribilia ac ſectilia, quæ modice humida. Arida enim latius quàm uiridia ſerris cedunt, præter robur & buxum, quæ pertinacius reſiſtunt, ſerrarúmque dentes replent æqualitate inerti: qua de

Præterq; non præterq̃ legendum ex Theo. li. 5. c. 7. flecti facile, inquit,

cauſa al

cauſa alterna inclinatione egerunt ſcobem. Obedientiſsima quocũq; in opere fraxinus, eadẽq; corylo haſtis melior, cornu leuior, ſorbo lentior: Gallica uero etiam ad currus flexibilis. Vitem æmularetur ulmus, ni pondus eſſet in culpa. Facilis & fagus, quanquam fragilis & tenera. Eadem ſectilibus laminis in tenui flexilis, capſisq; ac ſcrinijs ſola utilis. Secatur in laminas pertenues & ilex, colore quoq; nõ ingrata: ſed maxime fida ijs, quæ teruntur, ut rotarum axibus, ad quos lentore fraxinus utilis, ſicut duritia ilex, & utroque legitur ulmus. Sunt uero & parui uſus fabrilium miniſteriorum inſignes. Ideoq; proditum terebris uaginas ex oleaſtro, buxo, ilice, ulmo, fraxino utiliſsimas fieri. Ex ijſdem malleos, maiores quoque è pinu & ilice. Et his autẽ maior ad firmitatẽ cauſa tempeſtiuæ cæſuræ quàm immaturæ: quippe cum ex olea duriſſimo ligno cardines in foribus diutius immorati, plantæ modo germinauerint. Cato uectes aquifolios, laureos, ulmeos fieri iubet. Higinus manubria ruſticis carpinea, iligna, cerrea. Quæ in laminas ſecantur, quorúmque operimento ueſtiatur alia materies, præcipua ſunt cedrus, terebinthus, aceris genera, buxum, palma, aquifolium, ilex, ſambuci radix, pópulus. Dat & alnus (ut dictum eſt) tuber ſectile, ſicut cedrus acérque. Nec aliarum tubera in pretio. Mediaq; pars arborum criſpior, & quo propior radici

minoribus

quior enim illa eſt,ſed incerta eius ætas quæ capilla ta dicitur, quoniã Veſtaliũ uirginũ capillus ad eam defertur. Verũ altera lotos in Vulcanali,qđ Romu lus cõſtituit ex uictoria de decumis, æquæua urbe in telligitur,ut autor eſt Maſſurius. Radices eius ĩ forũ uſq; Cæſaris p ſtationes municipiorũ penetrãt. Fuit cũ ea cupreſſus æqualis,circa ſuprema Neronis pri cipis prolapſa atque neglecta. Vetuſtior autem ur- be in Vaticano ilex, in qua titulus æreis literis He- truſcis,religione arborem iam tunc dignam fuiſſe ſi gnat. Tiburtes quoq; originem multo ante urbẽ Ro mam habent. Apud eos extant ilices tres,etiam Ti- burto conditore eorum uetuſtiores, apud quas inau- guratus traditur. Fuiſſe autem eum tradunt filium Amphiarai,qui apud Thebas obierit una ætate ante Iliacum bellum. Sunt autores & Delphicam plata- num Agamemnonis manu ſatam:& alteram in Ca- phyis Arcadiæ luco. Sunt hodie ex aduerſo Iliẽſium urbis iuxta Helleſpontum in Proteſilai ſepulchro ar bores,quæ omnibus ephœbijs eius, cum in tãtum ac creuere ut Ilium aſpiciant,inareſcunt, rurſusq; ado leſcunt. Iuxta urbem autẽ quercus in Ili tumulo tũc ſatæ dicuntur, cum cœpit Ilium uocari. Argis olea nunc etiam durare dicitur, ad quam Io in uaccã mu tatam Argus alligauerit. In Ponto circa Heracleam aræ ſunt Iouis Stratij cognoĩe, ibiq; quercus duæ ab Herculे ſatæ. In eodẽ tractu portus eſt, *Amyco Be

De Amyco re ge Bebrycum Virgilius ĩ.5. Aenei. Bebry cia ueniens A- myci de gente &c: de quo et Lactãtius grã maticus in .3. Thebai. Statij Papinij.

brycũ

brycum rege interfecto clarus. Eius tumulus à ſu-perno die lauro tegitur, quam inſanam uocant: quoniam ſi quid ex ea decerptum inſeratur nauibus, iurgia fiant donec abijciatur. Regionem Aulocrenen diximus, ꝑ quam ab Apamia in Phrygiã itur: ibi platanus oſtenditur, ex qua pependit Marſya uictus ab Apolline, quæ iam tum magnitudine electa eſt. Nec non palma Deli ab eiuſdẽ dei ætate cõſpicitur. Olympiæ oleaſter, ex quo primus Hercules coronatus eſt, & nunc cuſtoditur religioſe. Athenis quoque olea durare traditur in certamine edito à Minerua. E diuerſo breuiſſima uita eſt Punicis, fico, malis. Ex his præcocibus breuior q̃ ſerotinis, dulcibus quàm acutis, & dilutior in Punicis; Item ĩ uitibus, præcipueq; fertilioribus. Grecinus autor eſt, ſexagenis annis duraſſe uites. Videntur & aquaticæ celerius interire. Seneſcunt quidem uelociter, ſed è radicibus repullulant, laurus, et mali, et Punicæ. Firmiſſimæ ergo ad. uiuendum oleæ, ut quas durare annis ducentis inter autores conueniat. Eſt in ſuburbano Tuſculani agri colle qui Corne appellatur, lucus, antiqua religione Dianæ ſacratus a Latio, uelut arte tonſili coma fagei nemoris. In hoc arborem mori eximiã ætate noſtra adamauit Paſſienus Criſpus, bis cõſul, orator, Agrippinæ matrimonio et Nerone priuigno clarior poſtea, oſculari complectiq; eam ſolitus, non modo cubare ſub ea, uinũq; illi affundere. Vicina luco eſt ilex,

& ipſa

& ipſa nobilis. XXXV. *pedũ ambitu caudicis.* X. *arbores metiens ſingulas magnitudinis uiſendæ, ſyluamq́; ſola facit. Edera necari arbores certum eſt. Simile quiddam & in uiſco, tametſi tardiorem earũ iniuriam arbitrantur.* Nanque & *hoc præter fructus agnoſcitur nõ in nouiſſimis mirabile. Quædam enim in terra gigni non poſſunt, & in arboribus naſcuntur.* Nanque *cum ſuam ſedẽ non habeant, in aliena uiuunt, ſicut uiſcum.* Eſt & *in Syria herba, quæ uocatur cadytas, non tantum arboribus, ſed ipſis etiam ſpinis circũuoluens ſeſe.* Itẽ *circa* Tempe Theſ*ſalica, quæ polypodion uocatur, & quæ dolichos ac ſerpillum.* Oleaſtro *quoq; deputato, quod gignitur uocant phaunos. Quod notatur & in ſpina fullonia hippophæſto, calyculis ianibus, folijs paruis, radice alba, cuius ſuccus ad detractiones in comitiali morbo utiliſſimus habetur.* Viſci *tria genera.* Nanq; *eſt in abiete ac larice.* Stelin *dicit* Euboëa, *hyphear* Ar*cadia.* Viſcum *autem in quercu, robore, ilice, pruno ſylueſtri, terebintho, nec alijs arboribus adnaſci.* Ple*rique copioſiſſimum in quercu, quod dryos hyphear uocant.* In *omni arbore, excepta ilice et quercu, differentiam facit odor utriuſque, & folium non iucundi odoris.* In *utroque uiſcum amarũ & lentum.* Hy*phear ad ſaginanda pecora utilius.* Vitia *modo purgat primo, dein ea pinguefacit, quæ ſuffecere purgatiõi.* Quibus *ſit aliqua tabes intus, negãt durare ea.*

Edendi

xta luna, quæ principia menſium annorumq́; his facit & ſeculi poſt triceſimum annum, quia iam uirium abunde habeat, nec ſit ſui dimidia, omnia ſanantem appellantes ſuo uocabulo, ſacrificio epuliſque rite ſub arbore præparatis, duos admouent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum uinciantur. Sacerdos cãdida ueſte cultus arborem ſcandit. Falce aurea demetit. Candido id excipitur ſago. Tum demum ui

cõſtituebãt, ſi cædes aliqua facta, aut de hæreditate cõtrouerſia erat: Præterea ſi qs priuatus aut publicus eorum decreto nõ ſtetiſſet, ſacrificijs interdicebant.

ctimas

ctimas immolant, precantes, ut ſuum donum deus
proſperum faciat his quibus dederit. Fœcun-
ditatem eo poto dari cuicunque ani-
mali ſterili arbitrantur, con-
tráque uenena omnia
eſſe remedio. Tan
ta gentium in
rebus fri-
uolis
plerunque religio eſt.

FINIS QVINARII TERTII.

ARGVMENTVM QVINARII .IIII.

Eam nunc partẽ aggreditur Pli. de plantarũ hiſtoria, quæ (ut ſuprà ex ipſius ſñia diximus) uerius cõſit ingenio et induſtria humana, hoc eſt cultu et hoĩm labore paratur, q̃ naturæ ſpõte. Quæ quidẽ pars tametſi ob id fortaſſe ſordida exiſtimari põt, qđ circa agrorũ et hortorum cultus uerſatur potiſſimũ, habet tamẽ et ipſa autores nõ uulgares, tã ex græcis q̃ latinis, imò et ex barbaris: ut quẽ ſubinde citat Plinius Magonẽ Pœnũ, et præter hos ex cultoribus ſuis reges aliquot, ut Alcinoũ Phæacũ regẽ ab Homero cũ primis celebratũ, de quibus autoribus, præterq̃ qđ Plinius in indice ſui opis ueluti catalogũ ex ipſis cõtexit, M. Varro et Colu. locis ſuo

poſitus uideatur,tranſitũ faceret,poſt exactam animalium & plantarum hiſtoriam,ad illarum rerum medicinas. Siquidẽ in eo ipſo,partim de quibuſdam, quæ adhuc reſtare uidebãtur, plantis agit breuiter, partim de medicinis ex illis tractans ad ſequẽtes de medicinis libros aditũ parat. Atq; hac ratione hic liber, nẽpe uigeſimusſecũdus, huic quinario adiectus eſt,non ut operis per certos quinarios digeſtionem interturbet confundátue,ſed ut dictum eſt, ſequentes prioribus conciliet.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XVII.

PROOEMIVM.

Arborum pretia mirabilia. Caput .I.

NATVRA ARBORum terra mariq; ſponte ſua prouenientium dicta eſt. Reſtat earũ quæ arte & humanis ingenijs fiunt uerius q̃ naſcuntur. Sed prius mirari ſuccurrit, quæ abſtulimus penuria pro indiuiſo poſſeſſa à feris, depugnãte cum ijs homine circa caducos fructus, circa pendentes uero & cum alitibus, in tanta deliciarum pretia ueniſſe clariſſimo(ut equidem ar

 bitror)

bitror) exemplo L. Craſsi atque Cn. Domitij Aenobarbi. Craſſus orator fuit in primis nominis Romani: domus ei magnifica, ſed aliquanto præſtantior in eodem palatio Q. Catuli, qui Cimbros cũ C. Mario fudit. Multũ uero pulcherrima cõſenſu oĩm ætate ea in colle uiminali C. Aquilij eqtis Romani, clarioris etiam tum q̃ iuris ciuilis ſcientia, cum tamen obiecta Craſſo ſua eſt. Nobiliſsimarum gentium ambo Craſſus atque Domitius cenſuram poſt conſulatum ſimul geſſere, anno conditæ urbis ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo, frequentem iurgijs propter diſſimilitudinem morum. Tunc Cn. Domitius, ut erat uehemens natura, præterea accẽſus odio, quod ex æmulatione auidiſsimũ eſt, grauiter increpuit tanti cenſorem habitare, pro domo eius milia nummorũ identidem ꝓmittens. Et Craſſus, ut præſens ingenio ſemper, et faceto lepore ſolers, cõcedere ſe reſpõdit, exceptis ſex arboribus. Ac ne uno quidem denario, ſi adimerentur, emptam uolente Domitio: Craſſus utrúmne igitur ego ſum, inquit, quæſo Domiti exemplo graui, et ab ipſa mea cenſura notandus, qui in domo quæ mihi hæreditate obuenit, comiter habitem: an tu, qui ſex arbores æſtimes? Eæ fuere loti, patula ramorũ opacitate laſciuæ, Cæcina Largo è proceribus crebro in iuuenta noſtra eas in domo ſua oſtentante. Durauerúntq́; quoniã & de longiſsimo æuo arborum diximus, ad Neronis principis incendia, quibus cremauit urbẽ,

ſit urbẽ, annis. CLXXX. Poſtea cultu uirides iuuẽneſq; , ni princeps ille acceleraſſet etiã arborũ mortem. Ac ne quis uilẽ de cætero Craßi domũ, nihilq; in ea iurgãte Domitio fuiſſe dicendum præter arbores iudicet, iam columnas quatuor Hymetti marmoris, ædilitatis gratia ad ſcenam ornandum aduectas, in atrio eius domus ſtatuerat, cum in publico nondũ eſſent ullæ marmoreæ. Tam recens eſt opulẽtia: tantoq; tunc plus honoris arbores domibus afferebãt; ut ſine illis ne inimicitiarum quidem pretium ſeruauerit Domitius. Fuere ab iis & cognomina antiqs: Fronditio militi illi, qui præclara facinora Vulturnum tranſnatãs fronde capiti impoſita, aduerſus Annibalem edidit. Stolonum Liciniæ genti (ita enim appellatur ĩ ipſis arboribus fruticatio inutilis, unde et pampinatio inuẽta) primo Stoloni dedit nomẽ. Fuit & arborũ cura legibus priſcis: cautũq; eſt. XII. tabulis, ut qui iniuria cecidiſſet alienas, lueret in ſingulas ſiclos æris. XXV. Quid exiſtimamus, futuráſne eas credidiſſe ad ſupradictã æſtimationẽ illos, qui frugiferas tanti taxauerãt? Nec minus miraculum in pomo eſt, multarũ circa ſuburbana fructu annuo addicto binis milibus nummûm, maiore ſingularum reditu, q̃ erat apud antiquos prædiorum. Ob hoc inſita & arborũ quoque adulteria excogitata ſunt, ut nec poma pauperibus naſcerentur. Nunc ergo dicemus quo maxime modo tantũ ex his uectigal contin

expetendi euidens cauſa eſt, quoniam arbores fœtu exinanitas, & foliorum quoq; amißione languidas, naturale eſt auide eſurire. Cibus autem earũ imber. Quare tepidam eſſe hyemem, ut abſumpto partu arborum ſequatur protinus conceptus, id eſt germinatio, ac deinde alia floreſcendi exinanitio, inutiliſſimũ experimentis creditur. Quinimo ſi plures ita continuentur anni, etiam ipſæ moriuntur arbores, quoniã nemini dubia pœna eſt in fame laborantiũ. Ergo qui dixit hyemes ſerenas optãdas, non pro arboribus uota fecit. Nec ꝑ ſolſtitia imbres uitibus conducũt. Hyberno quidem puluere fieri meſſes lætiores, luxuriantis ingenij fertilitate dictum eſt. Alioqn uota arborum cōia ſunt frugũq;, niues diutinas ſedere. Cauſa non ſolũ, qa animam terræ euaneſcentẽ exhalatione includunt, & cōprimunt, retroq́; agũt in uires frugum atq; radices, uerũ q, et liquorẽ ſenſim præbẽt, purum præterea leuiſſimumq́;, quãdo nix aquarum cæleſtium ſpuma eſt. Ergo humor ex his non uniuerſus ingurgitans diluensq́;, ſed quomodo ſititur diſtillans, uelut ex hubere alit omnia quæ non inundat. Tellus quoq; illo modo fermenteſcit & ſucci plena, ac lacteſcentibus ſatis non effœta, cum tempus aperit, tepidis arridet horis. Ita maxime frumenta pingueſcunt, prꝫterq̃ ubi calidus ſemper aër eſt, ut in Aegypto. Continuatio enim & ipſa cōſuetudo, idem qđ modus alibi efficit: plurimũq́; ꝓdeſt ubicunq;

Virgilius hic eſt, q li. geor. prĩo ita præcipit: Hũida ſolſtitia atq; hyemes optate ſerenas Agricolæ. &c.

non eſſe qđ noceat. In maiore parte orbis, cum præcoces excurrêre germinationes, euocatæ indulgẽtia cæli, ſecutis frigoribus exuruntur. Qua de cauſa ſerotinæ hyemes noxiæ ſylueſtribus quoq;, quæ magis etiam dolent urgente umbra ſua, nec adiuuante medicina, quoniã ueſtire teneras intorto ſtramẽto ĩ ſylueſtribus non eſt. Ergo tempeſtiuæ aqs hybernis primum, imbribus deinde, germinationem antecedentibus. Tertium tempus eſt cum educant poma, nec ꝑtinus, ſed iam ualido fœtu. Quæ fructus ſuos diutius continent, longioresq; deſiderant cibos, his & ſerotinæ aquæ utiles, ut uiti, oleæ, Punicis. Hæ iam pluuiæ generis cuiuſque arboribus diuerſo modo deſiderantur, alijs alio tempore maturantibus. Quapropter iiſdẽ imbribus quædã lædi uideas, alia iuuari, et in eodẽ genere, ſicut in piris. Alio die hyberna quærunt pluuias, alio uero præcocia, ut pariter quidem oĩa deſiderent. Hybernũ tempus eſt ante germinationem, quæ aquilonẽ auſtro utiliorẽ facit. Ratio eadẽ mediterranea maritimis præfert (ſunt enim pleruq; frigidiora) et montoſa planis, et nocturnis imbres diurnis. Magis fruuntur aquis ſata, nõ ſtatim auferentes ea ſole. Connexa et ſitus uinearũ arbuſtorũq; ratio eſt, quas in oras debeãt ſpectare. Virgilius ad occaſus ſeri damnauit. Aliqui ſic maluere q̃ in exortu. A pluribus meridiem probari aduerto. Nec arbitror perpetuũ quicq̃ in hoc præcipi poſſe. Ad ſoli naturam, ad

turã,ad loci ingeniũ,ad cæli cuiuſq; mores dirigenda ſolertia eſt. In Africa meridiẽ uineas ſpectare,et ſi uiti inutile,colono ſalubre eſt,quoniã ipſa meridianæ ſubiacet plagæ, quapropter qui ibi in occaſum aut ſeptẽtriones cõſeret,optiẽ miſcebit ſolũ cælo,cũ Virgilius occaſus improbet. Nec de ſeptẽtrione relinqui dubitatio uidetur. Atq in Ciſalpina Italia magna ex parte uineis ita poſitis,compertum eſt nullas eſſe fertiliores. Multũ ratiõis obtinẽt uẽti. In Narbonenſi ꝓuincia atq; Liguria,et parte Hetruriæ,contra circiũ ſerere imperitia exiſtimatur:eundẽq; obliquũ accipere,ꝓuidentia. Is enim ibi æſtatẽ temperat,ſed tanta plerunq; uiolentia,ut auferat tecta.

De ſocietate cæli & terræ ad arbores.

Caput .III.

Quidam cælum terræ parere cogunt: ut quæ in ſiccis ſerantur, orientem ac ſeptentriones ſpectent:quæ in humidis,meridiem. Necnon ex ipſis uiribus cauſas mutuãtur,in frigidis præcoces ſerendo,ut maturitas antecedat algorem. Quæ poma uitesq; rores oderint, contra ortus, ut ſtatim auferat ſol:quæ ament, ad occaſus, uel etiam ad ſeptentriones,ut diutius eo fruantur. Cæteri uero ferè rationem naturæ ſecuti,in aquilonem obſeruare uites & arbores poni ſuaſere. Odoratiorem etiam fieri talẽ fructum Democritus putat.

De qualitate regionum. Caput .IIII.

Aquilonis

AQuilonis ſitum uentorũq; reliquorũ, diximus ſecũdo uolumine, dicemusq; proximo plura cæleſtia. Interim manifeſtũ uidetur ſalubritatis argumentũ, quoniã in meridiem etiã ſpectantium ſemp antè decidũt folia. Similis et in maritimis cauſa. Quibuſdã locis afflatus maris noxij, in plurimis ijdem utiles: quibuſdã ſatis è longinquo aſpicere maria, iucundũ: ꝓpius admouere ſalis halitum, inutile. Similis & fluminũ ſtagnorumq; ratio. Nebulis adurunt, at æſtuantia refrigerãt opacitate, atq; etiam rigore gaudent, quæ diximus. Quare experimentis optime creditur. A cælo ꝓximũ eſt terræ dixiſſe rationẽ, haud faciliore tractatu. Quippe non eadẽ arboribus cõuenit et frugibus plerunq;, nec pulla (qualem habet Campania) ubiq; optima uitibus, aut quæ tenues exhalat nebulas. Nec rubrica multis laudata. Cretam in Albẽſium Pompeianorumq; agro, & argillam cunctis ad uineam generibus anteponunt: quanq̃ præpingues, quod excipitur in eo genere, inuicem ſabulũ albũ. In Ticinenſi, multiſq; in locis nigrum, itemq; rubrũ etiam pingui terræ permixtũ, infœcundũ eſt. Argumenta quoq; iudicantium ſæpe fallunt. Non utiq; ſolum lætũ eſt, in quo proceræ arbores nitẽt, præterq̃ illis arboribus. Quid enim abiete ꝓcerius? at quæ uixiſſe poſſit alia in loco eodẽ? Nec luxurioſa pabula pinguis ſoli ſemper indicium habent. Nam q̃d laudatius Germaniæ pabulis? & tamen ſtatim

men ſtatim ſubeſt harena tenuiſſimo ceſpitũ corio. Nec ſemper aquoſa eſt terra, cui ꝓceritas herbarũ, non Hercule magis q̃ pinguis adhærens digitis, qđ in argillis arguitur. Scrobes qdem regeſta ĩ cos nulla cõplet, ut denſa atq; rara ad hunc modum deprehendi poſſit, ferroq; omnis rubiginem obducit. Nec grauis aut leuior iuſto deprehenditur pondere. Qđ enim terræ pondus iuſtum intelligi poteſt? Nec fluminibus aggeſta ſemper laudabilis, quãdo ſeneſcant ſata quædam aqua. Sed neq; illa quæ laudatur diu, præterq̃ ſalici utilis ſentitur. Inter argumenta ſtipulæ craſſitudo eſt tanta, alioqn in Laborino Campaniæ nobili campo, ut ligni uice utantur. Sed idem ſolum ubicunq; arduum opere, difficile cultu, bonis ſuis acrius penè paſcit q̃ uitijs. Affligit agricolam & ✠ carbũculus terræ, quæ ita uocatur. Emẽdari uitẽ hac terra putatur. Nam tophus ſcaber natura friabilis expetitur quoque ab autoribus. *Virgilius et filicẽ ferat non improbat uitibus. Salſæq; terræ multa melius creduntur, tutiora uitijs innaſcentium animalium. Nec colles opere nudantur, ſi qs perite fodiat. Nec cãpi oẽs minus ſoles atq; perflatus q̃ opus ſit accipiunt. Et quaſdam pruinis ac nebulis paſci diximus uites. Omnium rerũ ſunt quædã in alto ſecreta, & ſuo cuique corde præuidenda. Quid? quod mutatur ſæpe iudicata quoque ac diu conprehenſa? In Theſſalia circa Lariſſam emiſſo lacu frigidior facta ea re-

✠ Poteſt legi carbũculus: q̃ terra ita uocatur. Eſt enĩ ſpecies terræ, quæ ut autor ẽ M. Varro li. 1. c. 11, ſole ꝑferuet ita, ut radices ſatorũ cõburat.

*Lib. geor. 2. de cãpoĩ: bi loquẽs, q uitibus ſerẽdis maxĩe cõueniat. Vnde ait: qq; editus auſtro, Et filicẽ curuis inuiſam paſcit aratris, Hic tibi præualidas olim multoq; in fluẽtes Suffici et Baccho uites. &c.

ſtia:rubricam,oculi:argilloſam,quæ operi difficilli ma,quæq; raſtros ac uomeres ingentibus glebis onerat:quanq̃ aliquando non quod operi, hoc et fructui ſit aduerſum.Item è contrario cineraceã,et ſabulũ albũ.Nam ſterilis denſa callo facile deprehenditur uel uno ictu cuſpidis.Cato breuiter atq; ex ſuo more uitia determinat.Terrã carioſam caue: neue plauſtro,neue pecore impellas.Quid putamus hac appellatione ab eo tantopere reformidari,ut penè ueſtigijs quoq; intercidat?Redeamus ad ligni cariem, et inueniemus illa,quæ in tãtum abominatur uitia, aridæ,fiſtuloſæ,ſcabræ,caneſcentis,exeſæ, pumicoſæ. Plus dixit una ſignificatione, q̃ poſſit ulla copia ſermonis enarrari.Eſt enim interpretatione uitiorũ quædã non ætate(quæ nulla in ea intelligi poteſt,)ſed natura ſua,anus terra:et ideo infœcunda ad omnia, atq; etiã imbecilla.Idem agrũ optimũ iudicat ad radicem montiũ planicie in meridiẽ excurrẽte,qui eſt totius Italiæ ſitus:terram uero teneram, quæ uocetur pulla.Erit igitur hæc optĩa,et operi ſatior.Intelligere modo libeat dictã mira ſignificatione teneram,et quicquid optari debet,in eo uocabulo inueniatur.Illa tẽperatæ hubertatis,illa mollis faciliſq; culturæ,nec madida,nec ſitiens.Illa poſt uomerem niteſcens,qualẽ fons ingeniorũ Homerus in armis à deo cælatam dixit,addiditq; miraculũ nigreſcẽtis,q̃uis fieret in auro.Illa quã recentẽ exquirũt ĩprobæ alites uomẽ

Ilia.13. πολλ δὲ πρώτισα σάνῳ μέ γα τε σιβα

ςὸμ τε πάντοσε δαιδάλλων. &c. Et paulo poſt. ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλασσαν. &c.

Et deĩde item ĩ eodẽ poſt uerſus circiter ſexagintaſex: ἡ δὲ μελαίνετ' ὄπισθεν ἀρηρομένῃ δὲ ἐώκει χρυσείη περ ἐοῦσα, τὸ δὴ περὶ θαῦμα τέτυκτο.

tes uomerẽ comitãtes, coruiq; aratoris ueſtigia ipſa rodẽtes. Reddatur hoc in loco luxuriæ quoq; ſententia, et aliqua * in ꝓpoſitũ. Certe Cicero lux doctrinarũ altera, meliora, inquit, unguẽta ſunt quæ terrã, ꝙ quæ crocũ ſapiũt. Hoc enĩ maluit dixiſſe ꝙ redolẽt. Ita eſt ꝑfecto. Illa enim erit optima quæ unguẽta ſapiet. Quod ſi admonẽdi ſumus, qualis ſit terræ odor ille qui quæritur, contingit ſæpe etiam quieſcente ea ſub occaſu ſolis, in quo loco arcus cæleſtis deiecerit capita ſua, & cũ à ſiccitate cõtinua immaduerit imbre, tũc emittit illum ſuum halitum diuinum ex ſole cõceptum, cui cõparari ſuauitas nulla poſſit. Is eſſe odor in cõmota debebit, repertusq; neminem fallet, ac de terræ odore optime iudicabit. Talis ferè eſt in noualibus cæſa uetere ſylua, quæ conſenſu laudatur. Et ĩ frugibus qdẽ ferẽdis eadẽ terra utilior intelligĩtur, quotiẽs ĩtermiſſa cultura qeuit, qđ in uineis non fit. Eoq; diligẽtius eligẽda eſt, ne uera exiſtat opinio eorũ q iam Italiæ terrã exiſtimauere laſſam. Opis qdem facultas ĩ alijs generibus cõſtat è cælo, nec poteſt arari poſt imbres aliqua, hubertatis uitio lenteſcens. Contrà, ĩ Byzãtio Africæ illũ centena et qnquagena fruge fertilẽ campũ, nullis (cum ſiccus eſt) arabilẽ tauris, poſt imbres uili aſello, & à parte altera iugi anu uomerẽ trahente uidimus ſcindi. Terram enim terra emendari (ut aliqui præcipiunt) ſuper tenuem pingui iniecta, aut gracili, bibulaq; ſuper humi

* Fortaſſis legendum, in oppoſitũ, ut infrà ca. 11. in contrarium.

per humidam ac præpinguem, dementiæ operarij eſt. Quid enim poteſt ſperare, qui talem colit?

De terra quam Britannia & Gallia amat.
Caput .VI.

ALia eſt ratio, quam Britannia & Gallia inuenere alendi eam, ipſa, quod genus uocant margam. Spiſsior hubertas in ea intelligitur. Eſt autem qdam terræ adeps, ac uelut glandia in corporibus, ibi denſante ſe pinguitudinis nucleo.

De Græcorũ circa hãc doctrina. Ca. .VII.

NOn omiſere & hoc Græci. Quid enim intentatum illis? Leucargillion uocant candidam argillam, qua in Megarico agro utuntur. Sed tantũ in humida frigidaq; terra. Illas Gallias Britanniasq; locupletantes cum cura dici conuenit. Duo genera fuerant. Plura nuper exerceri cœpta proficientibus ingenijs. Eſt enim alba, ruffa, colũbina, argillacea, tophacea, harenacea. Natura duplex, aſpera aut pinguis. Experimenta utriuſq; in manus, uſusq; geminus, aut ut fruges tantũ alant, aut edant & pabulũ. Fruges alit tophacea alba, quæ ſi ſit inter fontes reperta, eſt ad infinitum fertilis, uerũ aſpera tractatu: & ſi nimia iniecta eſt, exurit ſolum. Proxima eſt ruffa, quæ uocatur capnumargos, intermixto lapide terræ minutæ, harenoſæ. Lapis contunditur in ipſo cãpo, primiſq; annis ſtipula difficulter cæditur propter lapides. Impẽdio tamen minimo leuitate dimidio

midio minoris q̃ cæteræ inuehitur. Inſpergitur rara, ſale eã miſceri putãt. Vtrunq; hoc genus ſemel iniectũ in. L. annos ualet, et frugũ et pabuli hubertate.

De terrarũ generibus. Ca. .VIII.

QVæ pĩgues eſſe ſentiũtur, ex his præcipue alba. Plura eius genera. Mordaciſſimum q̃d ſuprà diximus. Alterum genus albæ cretæ argentaria eſt. Petitur ex alto in centenos pedes actis plerunq; puteis ore anguſtatis, intus (ut in metallis) ſpatiante uena. Hac maxime Britannia utitur. Durant annis LXXX. Neque eſt exemplum ullius, qui bis in uita hanc eidẽ iniecerit. Tertiũ genus cãdidæ gliſchromargon uocãt. Eſt aũt creta fullonia mixta pingui terra, pabuli q̃ frugum fertilior, ita ut meſſe ſublata ante ſementem alteram lætiſſimũ ſecetur. Dum in fruge eſt, nullũ aliud gramẽ emittit. Durat. XXX. annis denſior iuſto, cymini modo ſtrangulat ſolũ. Columbinam Gallia ſuo nomine ė græco pelam appellat, glebis excitatur lapidũ modo. Sola gelatione ita ſoluitur, ut tenuiſſimas bracteas faciat. Hæc ex æquo fertilis. Harenacea utuntur, ſi alia non ſit, in uliginoſis uerticibus: & ſi alia ſit, ubi hos gentiũ ſolos nouimus, q fertiliſſimũ agrum colentes, quacunq; terra infra tres pedes effoſſa, & pedali craſſitudine iniecta lætificent? Sed ea non diutius annis. X. prodeſt. Hedui & Pictones calce huberrimos fecere agros, quæ ſane & oleis, & uitibus utiliſſima repitur. Oĩs

autem marga arato inijcienda eſt, ut medicamentũ rapiatur, & fimi deſiderat aliquantulum. Quæ primo plus aſpa, & quæ in herbas non effunditur, alioquin nouitate quæcunq; fuerit ſolum lædet, nc ſic q̃dem primo anno fertilis. Intereſt & *quali ſolo quæratur. Sicca enĩ humido melior, arido pinguis. Temperata alterutra, creta uel columbina conuenit.*

De cineris uſu, & de fimo, et quæ ſata uberiorẽ terrã faciant, & quæ urant. Ca. .IX.

TRanſpadanis cineris uſus adeo placet, ut anteponant fimo iumentorũ, quod quia leuiſſimũ eſt, ob id exurunt. Vtroq; tamen pariter non utuntur in eodẽ aruo, nec in arbuſtis cinere, nec quaſdam ad fruges, ut diximus. Sunt qui puluere quoq; uuas ali iudicent, pubeſcentesq́; puluerẽt, & uitiũ arborumq́; radicibus aſpgant. Quod certũ eſt Narbonẽſi ꝓuinciæ, et uindemias certius ſic eo coqui, q̃a plus puluis ibi q̃ ſol confert. Fimi plures differentiæ, ipſa re antiqua. Iam apud Homerũ regius ſenex agrum ita ſuis manibus lætificãs reperitur. Augeas rex in Græcia excogitaſſe traditur. Diuulgaſſe uero Hercules in Italia, quæ regi ſuo Stercutio Fauni filio ob hoc inuẽtum immortalitatẽ tribuit. M. Varro principatum dat turdorum fimo ex auiarijs. Quod etiã pabulo boum ſuumq́; magnificat: neq; alio cibo celerius pingueſcere aſſeuerat. De noſtris moribus beneſperare eſt, ſi tanta apud maiores fuere auiaria,

ut ex his agri ſtercorarentur. Proximũ Columella colũbarijs, mox gallinarijs facit, natãtium alitũ damnato. Cæteri autores conſenſu humanas dapes ad hoc in primis aduocant. Alij ex his præferunt hominũ potus in coriariorũ officinis pilo madefacto. Alij per ſeſe aqua iterũ, largiusq́; etiam q̃ cum bibitur admixta. Quippe plus iam ibi male domandum eſt, cũ ad uirus illud uini homo acceſſerit. Hæc ſunt certamina, q̃bus inuicem ad tellurem quoq; alẽdam utuntur hoĩes. Proxime ſpurcitias ſuum laudant. Columella ſolus damnat. Alij cuiuſcunque quadrupedis exitioſum. Aliqui columbarũ præferũt. Proximum deinde caprarũ eſt, ab hoc ouiũ, deinde boũ, nouiſſimus iumentorũ. Hæ fuere apud priſcos differentiæ, ſimulq́; præcepta (ut inuenio) re tali utendi, quãdo et hic uetuſtas utilior, uiſumq́; iam eſt apud quoſdã prouincialiũ, in tantũ abundãte geniali copia pecudum farinæ uice cribris ſupinijci, fœtore aſpectuq́; temporis uiribus, in quandã etiam gratiã mutato. Nuper repertũ oleas gaudere maxĩe cinere ẽ calcarijs fornacibus. Varro præceptis adijcit, equino (q̃ ſit leuiſſimum) ſegetes alendas. Prata uero grauiore, & q̃d ex hordeo fiat, multasq́; gignit herbas. Quidã etiam bubulo iumentorũ præferunt, ouillumq́; caprino. Omnibus uero aſininum, quoniã lentiſſime mandant. E contrario uſus aduerſus utrunq; pronũciat. Inter omnes aũt conſtat nihil eſſe utilius lupini ſegete, pri-

Lib. 2. c. 15.

Li. 2. c. 15. Secũdum deinde eſt, inq̃t, q̃d homines faciunt, ſi et alijs uillæ purgamẽtis immiſceatur: quoniã p ſe naturæ ẽ feruẽtioris, et idcirco terrã p urit.

Lib. 1. c. 43.

Col. l. 2. c. 15. Optimũ, inq̃t, exiſtiatur, q̃d aſinus facit,

ce, priuſquam ſiliquetur, aratro uel bidentibus uerſa, manipulisue circa radices arborum uel uitiũ obrutis. Etiam ubi non ſit pecus, culmo ipſo uel etiã ſilice ſtercorare arbitrantur. Cato ſtercus unde fiat, ſtramẽta, lupinũ, paleas, ſabalia, ac frondes ilignas, quernasq́;. E ſegete euellito ebulum, cicutã, & circum ſalicta herbã auctam, uluamq́;: ea ſuſternito ouibus, frondẽq; putridã. Vinea ſi macruerit, ſarmenta ſua comburito, & ibidẽ inarato. Itemq; ubi ſaturus eris frumentum, oues ibi delectato. Necnon & ſatis quibuſdã ipſis paſci terrã dicit. Segetem ſtercorant fruges, lupinũ, faba, uitia. Sicut è contrario cicer, quia uellitur, & quia ſalſum eſt, hordeum, fœnũ græcũ, eruum, hæc oĩa ſegetem exurunt, & omnia quæ uelluntur. Nucleos in ſegetẽ ne indideris. Virgilius & lino ſegetem exuri, & auena, & papauere arbitratur. Fimeta ſub diuo concauo loco, & qui humorem colligat, ſtramento intecta, ne in ſole areſcant, palo è robore depacto fieri iubet. Ita fore ne innaſcantur his ſerpentes. Fimum miſcere terræ, plurimum refert fauonio flante, ac luna ſitiente. Id pleriq; praue intelligunt à fauonij ortu faciendum, ac Februario menſe tantum, cum id pleraque ſata alijs poſtulent menſibus. Quocunq; tempore fiat, curandum, ut ab occaſu æquinoctiali flante uento fiat, luna decreſcente ac ſicca. Mirum in modũ augetur hubertas effectusq; eius obſeruatione tali.

quoniã id aĩal lẽtiſsime mandit.

De re ruſtica capite .37.

Geor. 1. Vrit enim lini campũ ſeges, urit auenæ, Vrit Lethæo pfuſa papauera ſomno.

De ſatione arborum, & quod auulſione naſcuntur arbores. Ca. .X.

ABunde prædicta ratione cæli ac terræ, nunc de his arboribus dicemus, quæ cura hoĩm atque arte proueniũt. Nec pauciora ꝓpè ſunt genera, tam benigne naturæ gratiã retulimus. Aut enim ſemine ꝓueniunt, aut plãtis radicis, aut ꝓpagine, aut auulſione, aut ſurculo, aut inſito & confecto arboris trunco. Nam folia palmarũ apud Babylonios ſeri, atque ita arborem prouenire, Trogũ credidiſſe demiror. Quædam pluribus generibus ſerũtur, quædam oĩbus. Ac pleraq; ex his natura ipſa docuit, et in primis ſemen ſerere, cum decidẽs exceptumq; terra uiuiſceret. Sed quædã non aliter proueniunt, ut caſtaneæ, iuglãdes, cæduis duntaxat exceptis. Ex ſemine autem quanq̃ diſſimili, ea quoque quæ & alijs modis ſerũtur, ut uites, & mala, atq; pira. Nanq; ijs ꝓ ſemine nucleus, non ut ſupradictis fructus ipſe. Et meſpila ſemine naſci poſſunt. Oĩa hæc tarda ꝓuẽtu, ac degenerantia, & inſito reſtituẽda. Interdũ etiam caſtaneæ. Quibuſdã natura cõtrà, oĩno non degenerãdi, quoquo modo ſerãtur, ut cupreſsis, palmis, lauris. Nanq; et laurus pluribus modis ſeritur. Genera eius diximus. Ex his auguſta, & baccalis, et pinus ſimili modo ſeruntur. Baccæ menſe Ianuario aquilonis afflatu ſiccante legũtur, expanduntur q; raræ, ne caleſiant aceruo. Poſtea quidã fimo ad ſerendũ paratas, urina

urina madefaciũt. Alij in qualo pedibus in ꝓfluente deculcãt, donec auferatur cutis. Alioquin uligo inſeſtat, nec patitur naſci. In ſulco repaſtinato palmi altitudine, uicinæ ferè accruatim mẽſe Martio. Eædẽ & propagine ſeruntur. Triũphalisq; talea tãtum. Myrti genera oĩa in Campania baccis ſeruntur, Romæ ꝓpagine. Tarentina Democritus & alio modo ſeri docet, grãdiſsimis baccarũ tuſis leuiter ne grana frangãtur, eaq; intrita ueſte circũligari, atq; ita ſeri, parietẽ fore denſitatis, ex quo uirgulæ differantur. Sic & ſpinas ſepis cauſa ſerũt, tomice moris ſpinarũ circũligata. Pilas aũt laurus et myrti inopia à trimatu tempeſtiuũ eſt transferre. Inter ea quæ ſemine ſerũtur, Mago in nucibus opoſus eſt. Amygdalæ in argilla molli meridiẽ ſpectanti ſeri iubẽtur. Gaudere eas in dura calidaq; terra, in pingui et humida mori ac ſterileſcere. Serẽdas q̃maxime falcatas & è nouella, fimoq; diluto maceratas p triduũ, aut pridie q̃ ſerãtur aqua mulſa. Mucrone defigi, aciẽ lateris in aquilonẽ ſpectare: ternas ſimul ſerẽdas, triãgu li ratione, palmo inter ſe diſtãtes, denis diebus adaquari donec grãdeſcant. Iuglãdes nuces porrectæ ſeruntur cõmiſſuris iacentibus. Pineæ nucleis ſeptenis ferè, in ollas pforatas additis: aut ut laurus, quæ baccis ſeritur: Citrea, grano & propagine: ſorba, ſemine et à radice plãta, & auulſione ꝓueniunt. Sed illa in calidis, ſorba & in frigidis & humidis. Natura

Hactenus in oĩbus exẽplaribus quæ uiderim circũlita legitur, cũ rectius circũligata legendũ ſit, q̃ id uerbũ ſenſui magis quadrat. Cæterũ de tomice habes Col. li. 12. ca. 32. deinde inquit faſciculos facito, et tomice palmea aut iuncea ligato. Et Vi-

& plantaria demõſtrauit, multarũ radicibus pullulante ſobole dẽſa, et pariẽte matre quas enecet. Eius quippe umbra turba indigeſta premitur, ut in lauris, punicis, platanis, ceraſis, prunis. Paucorũ in hoc genere rami parcunt ſoboli, ut ulmorũ palmarumq́;. Nullis uero tales pulli ꝓueniunt, niſi quarũ radices amore ſolis atq; imbris in ſumma tellure ſpatiãtur. Oĩa ea nõ ſtatim moris eſt in ſua locari, ſed prius nutrici dari, atq; in ſeminarijs adoleſcere, iterumq́; migrare. Qui tranſitus mirũ in modũ mitigat etiã ſylueſtres, ſiue arborũ quoq;, ut hoĩm natura nouitatis ac peregrinationis auida eſt, ſiue diſcedẽtes uirus relinquunt, manſueſcuntq́; tractatu (ceu feræ) dum radici auellitur planta. Et aliud genus ſimile naturæ præmonſtrauit, auulſiq; arboribus ſtolones uixere. Quo in genere & cum parui ſunt auelluntur, partemq́; aliquam è matris quoq; corpore auferunt ſecum fimbriato corpore. Hoc modo plantãtur punicæ, coryli, mali, ſorbi, meſpili, fraxini, fici, ĩ primis q; uites. Cotoneũ ita ſatũ degenerat. Ex eodẽ inuentu eſt, ſurculos abſciſſos ſerere. Hoc prĩo ſepis cauſa factũ, ſambucis, cotoneo, & rubis depactis. Mox & culturæ, ut pópulis, alnis, ſalici, quæ uel inuerſo ſurculo ſeritur. Iam eæ ibi diſponuntur, ubi libeat eſſe eas. Quamobrẽ ſeminarij curam antè cõuenit dici, ꝙ tranſeatur ĩ alia genera. Nanq; et huic principio eligi ſolũ refert, quoniã nutricẽ indulgentiorẽ eſſe ꝙ matrem

truuius li. 7. c. 3. Tũ tomicẽ, ĩqt, ex ſparto Hiſpanico, harundines Græcæ tunſæ ad aſſeres religentur.

matrē ſæpe conuenit. Sic ergo ſiccū ſuccoſumq; bipalio ſubactum, aduenis hoſpitale, & q̃ſimillimū terræ in quam transferendum ſit. Ante omnia elapidatum, munitumq; ad incurſum etiā gallinacei generis. Quàm minime rimoſum, ne penetrans ſol exurat fibras. Interuallo ſeſquipedū ſeri, ne ſe inter ſe contingant, & noceant. Præter alia uitia etiam uerminoſa fiūt, ideo ſarriri cōuenit ſæpius, herbasq; aulli. Præterea ſemina ipſa fruticātia ſupputare, ac falcem pati conſueſcere. Cato & furcis crates imponi iubet, altitudine hoīs, ad ſolem recipiendū, atq; integi culmo ad frigora arcēda. Sic pirorū, malorumq; ſemina nutriri, ſic pineas nuces, ſic cupreſſos, ſemine ſatas & ipſas. Minimis id granis conſtat, ut uix perſpici quædam poſsint. Non omittendum naturæ miraculum, ex tam paruo gigni arbores, tanto maiore tritici & hordei grano, ne quis fabā reputet. Quid ſil'e originis ſuæ habent malorū pirorūq; ſemina: his principijs reſpuentem ſecures materiem naſci, indomita ponderibus immēſis præla, arbores uelis, turribus murisq; impellēdis arietes? Hæc eſt naturæ uis, hæc potētia. Super omnia erit, è lachryma naſci aliquid, ut ſuo loco dicemus. Ergo è cupreſſo fœīa (mas enim ut diximus non gignit) pilulæ collectæ, quibus docui menſibus ſiccantur ſole, ruptæq; emittunt ſemen, formicis mire expetitum: ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo abſumi natalem tanta-

De re ruſtica cap. 48.

rum arborũ. Seritur menſe aprili, area æquata cylindris, aut uolgiolis denſum, terráq; cribris ſupercernitur pollicis craſſitudine. Contrà immane pondus attollere ſe non ualet, retorqueturq; ſub terra. Ob hoc parcitur ueſtigijs. Leniter rigatur à ſolis occaſu in trinis diebus, ut æqualiter bibat, donec erumpant. Differuntur poſt annum dodrantali filo cuſtodita tẽperie, ut uiridi cælo ſerãtur, ac ſine aura. Mirumq; dictu, periculũ tantum eo die eſt, ſi rorauerit quantulũcunq; imbrem, aut ſi afflauerit. De reliquo tutæ ſunt perpetua ſecuritate: aquasq; poſtea odere. Et zizifa grano ſeruntur menſe aprili. Tuberes melius inſeruntur in pruno ſylueſtri, & malo cotoneo, & in calabrice: ea eſt ſpina ſylueſtris. Quæcunque optime & myxas recipit, utiliter & ſorbos.

De transferendis ſeminarijs, & ulmis ſerendis, & ſcrobibus. Caput .XI.

PLantas ex ſeminario transferre in aliud prius q̃ ſuo loco ponantur, operoſe præcipi arbitror, licet tranſlatione folia latiora fieri ſpondeant. Vlmorum prius q̃ folio ueſtiantur ſamara, colligenda eſt circa Martias Kalen. cũ flaueſcere incipit. Deinde biduo in umbra ſiccata ſerenda, denſa in refracto, terra ſuper minutatim cribrata craſſitudine quæ in cupreßis. Pluuiæ ſi non adiuuẽt, riganda. Deferẽdæ ex arearũ uenis poſt annũ in ulmaria, interuallo pedali in unamquãq; partẽ. Maritas ulmos autumno

ſerere

ſerere utilius, quia carent ſemine. Nam eæ è *plantis ſeruntur.* In *arbuſtum quinquennes ſub urbe transfe rũtur, aut (ut quibuſdã placet) quæ uicenũ pedũ eſſe cœperunt.* Sulco qui *nouenarius dicitur, altitudine pedũ triũ, pari latitudine, & eo amplius circa poſi tas pedes terni undiq; è ſolido adaggerãtur.* Arulas *id uocant in* Campania. Interualla *ex loci natura ſu muntur.* Aridiores *ſerendas in cãpeſtribus cõuenit.* Pópulos *et fraxinos, quia feſtinantius germinãt, diſ poni quoq; maturius cõuenit.* Hoc *eſt ab* Idibus Febru. *plantis et ipſas naſcentes.* In *diſponendis arbori bus arbuſtisq́;, ac uineis, quicuncialis ordinum ratio uulgata et neceſſaria, non pflatu mõ utilis, uerũ & aſpectu grata, quocũq; modo intueare in ordinem ſe porrigente uerſu.* Pópulis *eadẽ ratio ſemine qua ul mos ſerendi, transferendi quoq; è ſeminarijs eadẽ et ſyluis.* Ante *oĩa igitur in ſimilẽ transferri terrã aut meliorẽ oportet.* Nec *è tepidis aut præcocibus in frigidos, aut ſerotinos ſitus, ut neq; ex his illos.* Præfo*dere ſcrobes antè (ſi fieri poſſet) tanto, donec pingui ceſpite obducãtur.* Mago *ante annũ fieri iubet, ut ſo lem pluuiasq́; combibant, aut ſi conditio largita non ſit, ignes in medio fieri ante mẽſes duos, nec niſi poſt imbres in his ſeri.* Altitudinem *earum in argilloſo, aut duro ſolo, triũ cubitorũ eſſe in quãq; partem.* In *prunis palmo amplius, & ubique caminata foſſura ore cõpreſſiore ſint.* Nigra *uero terra duo cubita, et*

palmũ quadratis angulis. Eadem menſura græci au-
tores cõſentiunt, non altiores quino ſemipede eſſe de-
bere, nec latiores duobus pedibus. Nuſquã uero ſeſq-
pede minus alto, quoniam in humido ſolo ad uicina

Cato de re ruſtica cap. 43.

aquæ pueniat. Cato, ſi locus aquoſus ſit, inquit, latas
pedes ternos. In faucibus imisq; palmũ et pedẽ, alti-
tudine. IIII. pedũ, eas lapide cõſterni: aut ſi non ſit,
perticis ſalignis uiridibus. Si neq; eæ ſint, ſarmẽtis,
ita ut in altitudinẽ ſemipedem trahãtur. Nobis adij-
ciendũ uidetur ex prædicta arborum natura, ut alti-
us demittantur eæ, quæ ſumma tellure gaudent, tanq

* Hiſtoria huius rei apđ Liuiũ eſt l. 9. primæ deca. Verba aũt Papyrij ita habẽt: Age dũ lictor, exci de radicẽ hãc ĩcõmodam ambulãtibus. etc.

fraxinus, olea. Hæc et ſilia quaternos pedes oportet
demitti. Cæteris ſat eſt, ſi altitudinis pedes ternos ef-
fecerint. * Excide, inqt, radicẽ iſtã Papyrius curſor,
impator, ad terrorẽ Prænestinorũ prætoris. Deſtrin
gi ſecurius ſe teſte, innoxiũ abradi partes, quæ ſe nu
dauerint terra. Aliq lapides rotũdos ſubijci malũt,
q et contineãt humorẽ, et tranſmittãt: non itẽ planos
facere, et à terreno arcere radicẽ, exiſtimãtes. Gla-
rea ſubſtrata inter utranq; ſententiã fuerit. Arborẽ
nec minorẽ bima, nec maiorẽ trima trãsferri quidã
præcipiũt. Alij cũ annũ ĩpleat. Cato craſſiorẽ quin-

Li. de re ruſtica cap. 28.

q; digitis non omiſit. Idẽ ait attinere meridianã cæli
partem ſignare in cortice, ut tranſlata in iiſdẽ et aſ-
ſuetis ſtatueretur oris, neq; aquiloniæ meridianis op
poſitæ ſolibus finderentur, & algerent meridianæ
aquilonibus. Quod è diuerſo affectant etiam quidã

in uite

in uite ficoq;, permutãtes in contrarium. Denſiora enim folia ita fieri, magisq; protegere fructũ, et minus amittere, ficũq; ſic etiã ſcanſilẽ fieri. Pleriq; id demũ cauẽt, ut plaga deputati cacuminis meridiem ſpectet, ignari fiſſuris nimij uaporis opponi. Id quidem in horã diei quintã, uel octauã ſpectare maluerim. Aeque latet non negligendum, ne radices mora inareſcãt, neue à ſeptentrionibus, aut ab ea parte cæli uſq; ad exortũ brumalẽ uento flante effodiantur arbores, aut certe nõ aduerſæ ijs uentis radices præbeantur. Propter qđ emoriũtur ignaris cauſæ agricolis. Cato oẽs uentos, et imbrem quoq; in tota trãſlatione damnat. Et hoc pderit q̃plurimum terræ in qua uixerit, radicibus cohærere, ac totas ceſpite circũligari: cũ ob id Cato in corbibus transferri iubeat. Proculdubio utiliſſime quidẽ ſummã terrã cõtentus eſt ſubdi. Quidam punicis malis ſubſtrato lapide, non rumpi pomum in arboribus tradũt. Radices inflexas poni melius. Arborẽ ita locari, ut media ſit totius ſcrobis, neceſſariũ. Ficus ſi ſcilla (bulborũ hoc genus eſt) ſeritur, ocyſſime ferre traditur pomum, neque uermiculationi obnoxium: quo uitio non carent reliqua poma, ſimiliter ſata. Radicum eius magnã adhibendã curã, ut exẽptas appareat, non auulſas, qs dubitet? Qua ratiõe et reliqua cõfeſſa omittimus: ſicuti terrã circa radices fiſtucatò ſpiſſandã, quod Cato primũ in ea re eſſe cenſet: plagam quoq; à trunco

Capite .28. Eodem. Eodem.

a trunco oblini fimo, et folijs præligari præcipiens.

De interuallis plantandarũ arborũ, et umbris et ſtillicidijs, et ubi plantari debeant. Ca. .XII.

HVius loci pars eſt ad interualla ꝑtinens. Quidam punicas, et myrtos, & lauros denſiores ſeri iuſſerunt, in pedibus tamẽ nouenis. Malos amplius paulo, uel magis etiã piros, magiſq; amygdalas, et ficus: quod optime diiudicabit ramorum amplitudinis ratio, locorũq; et umbræ cuiuſq; arboris: quoniam has quoq; obſeruari oportet. Breues ſunt, q̃uis magnarum arborum qua in orbem ramos circinẽt, ut in malis piriſq;. Eædem enormes cerafis, lauris. Iam quædã umbrarum ꝓprietas. Iuglãdium grauis et noxia, etiã capiti humano, ómnibuſq; iuxtà ſatis. Necat germina & pinus, ſed uentis utraq; reſiſtit, quoniam & protecta uinearum ratione egent. Stillicidia pinus, quercus, ilicis ponderoſiſsima. Nullũ cupreſſi, umbra minima, et in ſe circumuoluta. Ficorũ leuis, quamuis ſparſa, ideóq; inter uineas ſeri non uetantur. Vlmorum leuis, etiã nutriens quæcunq; opacat. Sed Attico hæc quoq; uidetur è grauiſſimis: nec dubito, ſi emittantur in ramos. Conſtrictæ quidẽ ulmi noxiam eſſe non arbitror. Iucunda & platani, quanq̃ craſſa. Licet gramini credere non ſoli, haud alia lætius operiente toros. Pópulo nulla ludentibus folijs. Pinguis alno, ſed paſcens ſata. Vitis ſibi ſufficit, mobili folio, iactatuq; crebro ſolẽ umbra temperans: eódẽ

rans:eodem graui ꝑtegens in imbre. Omnium ferè leuis umbra,quorum pediculi longi. Non faſtidiēda hæc quoq; ſcientia,atq; non in ultimis ponēda, quando quibuſq; ſatis umbra aut nutrix,aut nouerca eſt. Iuglandium quidem pinorumq; et picearum,& abietis, quæcunq; attigere, non dubie uenenum eſt. Stillicidij breuis definitio eſt. Omniumq; proiectu frondis ita diffunditur,ut per ipſas non defluant imbres:ſtilla ſæua eſt. Ergo plurimum intererit hac in quæſtione terra in qua ſeremus,inquantum arbores quaſq; alat. Iam per ſe colles minora quærūt interualla. Ventoſis locis crebriores ſeri conducit. Olea tamen maxīo interuallo,de qua Catonis Italica ſententia eſt: in.XXV. pedibus minimum, plurimum .XXX.ſeri. Sed hoc uariatur locorum natura. Non alia maior in Bætica arbor. In Africa uero fides penes autores erit. Miliarias uocari multas narrat à pondere olei,quod ferant annuo prouētu. Ideo LXXV. pedes Mago interuallo dedit undiq;, etiā in macro ſolo ac duro,atq; uentoſo: cum minimum XLV. Bætica quidem huberrimas meſſes inter oleas metit. Illam inſcitiam pudendam eſſe conueniet,et adultas inter ſeſe luctari iuſto plus, & in ſenectam præcipitare, aut (plerunq; ipſis, qui poſuere coarguentibus imperitiam ſuam) totas excidere. Nihil eſt fœdius agricolis,quam geſtæ rei pœnitentia,multoiusm ut præſtet laxitate delinquere.

Quæ arbores tarde creſcant, & quæ celeriter: & de ſabina. Caput .XIII.

QVædam autẽ natura tarde creſcunt, & in primis ſemine tantũ naſcentia, et longo æuo durantia. At quæ cito occidũt, uelocia ſunt, ut ficus, punica, prunus, malus, pirus, myrtus, ſalix, et tamẽ antecedunt diuitijs. In trimatu enim ferre incipiunt oſtendentes & antè. Ex his lentiſſima pirus. Ocyſsima omnium cypirus, et pſeudocypirus frutex. Protinus enim floret, ſemenq́; ꝓfert. Omnia uero celerius adoleſcunt ſtolonibus ablatis, unamq́; in ſtirpẽ redactis alimentis. Eadem natura et ꝓpagines docuit. Rubi nanque curuati gracilitate & ſimul ꝓceritate nimia, defigunt rurſus in terrã capita, iterumq́; naſcũtur, ex ſeſe repleturi oĩa, ni reſiſtat cultura, prorſus ut poſſint uideri hoĩes terræ cauſa geniti. Ita peſſima atq; execranda res, ꝓpaginem tamen docuit, atq; radicẽ acquiri uiridem. Eadẽ autem natura eſt ederis. Cato ꝓpagari præter uitem tradit ficũ, oleam, punicam, malorum genera omnia, laurum, prunos, myrtos, nuces auellanas, & præneſtinas, platanum. Propagationũ duo genera, ramo ab arbore depreſſo in ſcrobẽ quatuor pedũ quoquò, et poſt bienni um amputato flexu, plantaq́; tranſlata poſt trimatum: quas ſi longius ferre libeat, in qualis ſtatim, aut uaſis fictilibus defodere ꝓpagines aptiſſimum, ut in iſs transferantur. Alterũ genus luxurioſius, radices

De re ruſtica cap. 51.

In ipſa arbore ſollicitando, traiectis per uaſa fictilia uel qualos ramis, terraq; circūpactis: atq; hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma ipſa et cacumina (in ſumma enim cacumina hoc modo petuntur audaci ingenio) arborem aliam longe à tellure faciendi, eodem quo ſuprà biennij ſpatio abſciſſa ꝓpagine, & cum qualis illis ſata. Sabina herba propagine ſeritur, & auulſione. Tradunt fece uini, aut è parietibus latere tuſo mire ali. Iiſdem modis roſmarinum ſerunt, & ramo, quoniam neutri ſemen. Rhododendron propagine & ſemine.

De ſatione arborū, et inſitione, et quō inuenta ſit tenera inſerēdi emplaſtratio. Ca. .XIIII.

SEmine quoq; inſerere natura docuit raptim auium fame deuorato, ſolidoq;, & alui tepore madido, cum fœcundo fimi medicamine abiecto in mollibus arborum lecticis, & uentis ſæpe tranſlato in aliquas corticū rimas. Vnde uidimus ceraſum in ſalice, platanum in lauro, laurum in ceraſo & baccas ſimul diſcolores. Tradunt & monedulam condentem ſemina in theſauros cauernarū, eiuſdem rei præbere cauſas. Hinc nata inoculatio ſutoriæ ſimili fiſtula aperiendi in arbore oculū cortice exciſo, ſemenq; includendi eadem fiſtula ſublatum ex alia. In ficis autē et malis hæc fuit inoculatio antiqua. ✠ Virgiliana quærit ſinū in nodo gēmæ expulſi corticis, gemmamq; ex alia arbore includit. Et hactenus natura ipſa docuit

✠ De Virgiliana inoculatione geor. li. 2. ubi ea ita à Virgilio deſcribitur: Nec modus inſerere, atq; oculos imponere ſimplex: Nā quà ſe medio trudunt è cortice gemmæ. &c.

ipſa docuit. Inſitionẽ aũt caſus magiſter alius, & penè numeroſior ad hunc modũ: Agricola ſedulus caſam ſepis munimento cingens, quo minus putreſcerẽt ſudes, limen ſubdidit ex edera. At illæ uiuaci morſu apprehẽſæ ſuam ex alieno fecere uitam, apparuitq́; truncũ eſſe pro terra. Aufertur ergo ſerra æqualiter ſuperficies, leuigatur falce trũcus. Ratio poſtea duplex. Et prima inter corticẽ lignumq́; inſerendi. Timebant priſci truncũ findere. Mox inforare auſi medio. Ipſiq́; medullæ calamũ imprimebant unũ inſerentes. Neq; enim plures capiebat medulla ſubtilior. Poſtea ratio uel ſenos adijcit, mortalitati eorum ex numero ſuccurrere pſuaſa, per media trunco leniter fiſſo, cuneoq́; tenui fiſſurã cuſtodiente, donec cuſpidatim deciſus deſcendat in rimã calamus. Multa in hoc ſeruanda. Primũ oĩm quæ patiatur coitũ talẽ arbor, & cuius arboris calamus. Varie quoq; et nõ iiſdem partibus ſubeſt oĩbus ſuccus. Vitibus ficisq́; media ſicciora, & è ſumma parte conceptus, ideo illinc ſurculi petũtur. Oleis circa medias ſuccus, inde & ſurculi, cacumina ſitiũt. Facillĩe coaleſcunt, quibus eadẽ corticis natura, quæq́; pariter florẽtia eiuſdem horæ germinationẽ ſuccorũq́; ſocietatem habent. Lenta enim res eſt, quotiens humidis repugnãt ſicca, mollibus corticũ duri. Reliqua obſeruatio, ne fiſſura in nodo fiat. Repudiat quippe aduenã inhoſpitalis duritia, ut ĩ parte nitidiſſima, ne lõgior mul

to tribus

to tribus digitis, ne obliqua, ne tranſlucens. Virgilius ex cacumine inſeri uetat. Certumq́; eſt, ab humeris arborum orientem æſtiuum ſpectantibus ſurculos petendos, & è feracibus, & è germine nouello, niſi uetuſtæ arbori inſerantur. Ii enim robuſtiores eſſe debent. Præterea ut prægnantes, hoc eſt germinatione turgētes, et qui parere illo ſperauerint anno. Bimi utiq; nec tenuiores digito minimo. Inſeruntur aūt et inuerſi, cū id agitur, ut minor altitudo in latitudinē ſe fundat. Ante oīa gemmantes nitere cōueniet, nihil uſq̄ ulceroſum eſſe, aut retorridū. Spei fauet medulla calami commiſſuræ, ſi in matre ligni corticisq́; iūgatur. Id enī ſatius q̄ foris cortici æquari. Calami exacutio medullā ne nudet. Tenui tamen fiſtula detegat, ut faſtigiatio leui deſcendat cuneo, tribus non amplior digitis. Quod facillime contingit tinctū aqua radentibus, ne excutiatur in uento, ne cortex à ligno decidat alterutri. Calamus ad corticem uſq; ſuū deprimatur. Ne laxetur dū deprimitur, néue cortex replicetur in rugas. Ideo lachrymātes calamos inſeri nō oportet. Non hercule magis q̄ aridos, quia illo mō labat humore nimio cortex. Hoc uitali defectu non humeſcit neq; concorporatur. Id etiā religiōis ſeruāt, ut luna creſcēte calamus utraq; deprimatur manu. Et alioqn in hoc opere duæ ſimul manus minus nitūtur neceſſario temperamento. Validius enī demiſſi tardius ferunt, fortius durāt. Con-

 trarium

trarium ex diuerſo, ne hiſcat nimiũ rima, laxeq́; ca piat, aut ne parũ exprimat, aut compreſſum necet. Hoc maxime præcauendũ, ut prænalide accipientis trunco in media fiſſura relinquatur. Quidã ueſtigia fiſſuræ falce in truncis facto ſalice præligant margi nem ipſum. Poſtea cuneos figunt continẽte uinculo li bertatẽ dehiſcendi. Quædam in plantario inſita eodem die transferũtur. Si craßior truncus inſeratur, inter corticẽ et lignũ ĩſeri melius, cuneo optĩe oſſeo ne cortice rũpatur laxato. Ceraſi libro dẽpto findũ tur. Hæ ſolæ et poſt brumã inſerũtur. Dẽpto libro ha bent ueluti lanuginẽ, quæ ſi cõprehendit inſitum, putrefacit. Incolumi cuneo adactũ utilißime aſtringitur. Inſerere aptißimũ q̃ proximũ terræ, ſi patiatur

Capite. 40. nodorũ trunciq́; ratio. Eminere calami ſex digitorũ longitudine nõ amplius debẽt. Cato argillæ, uel cretæ harenã, fimũq́; bubulũ admiſceri, atque ita uſque ad lentorẽ ſubigi iubet, idq́; interponi et circumlini. Ex ijs q̃ cõmentatus eſt, facile apparet illa ætate inter lignũ et corticẽ, nec alio modo ĩſerere ſolitos, aut ultra latitudinẽ duũ digitorũ calamos demittere. Inſeri aũt præcipit pira, ac mala p uer, & poſt ſolſtiũm diebus. L. poſt uindemias. Oleas aũt et ficos per uer tantum luna ſitiẽte, hoc eſt ſicca. Præterea poſt meridiẽ, ac ſine uento auſtro. Mirũ, q nõ contentus inſitũ muniſſe, ut dictũ eſt, & ceſpite ab imbre frigoribusq́; protexiſſe, ac mollibus bifidorum uiminũ fa

ſcibus,

ſcibus,lingua bubula(herbæ id genus eſt) inſuper ob
tegi iubet, eamq; illigari opertã ſtramentis. Nunc
autẽ abunde arbitraretur paleato luto libros farci-
re,duos digitos inſito extãte. Verno inſerẽtes tẽpus
urget,incitãtibus ſe gẽmis, præterq̃ì olea,cuius diu
tiſſime oculi parturiunt,minimumq; ſucci habẽt ſub
cortice,q nimius inſitis nocet. Punicã uero & ficum
quanq̃ aliâs ſicca ſint,recraſtinare minime utile. Pi
rum uel florentẽ inſerere licet, & in Maium quoq;
menſem protendere inſitionẽ. Quod ſi longius affe-
rantur pomorũ calami, rapo infixos optime cuſto-
dire ſuccum arbitrãtur. Seruariq; inter duos imbri
ces iuxta riuos uel piſcinas utrinq; terra obſtructos.

De uite inſerẽda. Cap. ·XV·

Vitiũ uero in corbibus ſiccis ſtramento optos,
ac deĩde terra obrutos, ut cacumine exiſtãt.
Cato uitẽ tribus modis ĩſerit. Præſectam findi iubet Capite ·41·
per medullam, in eam ſurculos exacutos(ut dictum
eſt)adigi,medullas iungi. Altero,ut ſi ſeſe uites con-
tingant,utriuſque in obliquum latere contrario ad-
raſo, iunctis medullis colligari. Tertium genus eſt,
terebrare uitẽ in obliquum ad medullam,calamosq;
addere longos pedes binos: atq; ita ligatum inſitũ,
intritaq; illitum operire terra, calamis ſubrectis.
Noſtra ætas correxit, ut Gallica uteretur terebra,
quæ excauat nec urit, quoniam aduſtio omnis hebe-
tat,atq; ut gẽmaſcere ĩcipiẽs legetur calamus. Nec

plus q̃ binis ab inſito emineat oculis, ulmeo uimine alligatus, binaq; circũcidatur acie à duabus ptibus, ut inde potius diſtillet humor, qui maxie uites infeſtat. Deinde cũ eualuiſſent flagella pedes binos, uinculũ inſitiicideretur, hubertati craßitudie pmißa. Vitibus inſerẽdis tẽpus dedere ab æqnoctio autũno ad germinationis initia. Satiuæ plantæ ſylueſtriũ radicibus inſerũtur natura ſiccioribus. Si enĩ ſatiuæ ſylueſtribus inſerantur, degenerãt in feritatẽ. Reliqua cælo conſtant. Aptiſſima inſitis ſiccitas. Huius enim remedium appoſitis fictilibus uaſis modicus humor per cinerem diſtillat. Inoculatio rores amat leues.

De emplaſtratione. Caput .XVI.

Emplaſtri ratio et ipſa ex inoculatione nata uideri poteſt. Craſſo aũt maxime cortici conuenit, ſicut eſt ficis. Ergo amputatis oĩbus ramis ne ſuccũ auocẽt, nitidiſſima in parte, quaq; præcipua cernatur hilaritas, exempta ſcutula (ita ne deſcendat ultrà ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex parcũ ſui germinis mãma, ſic cõpage denſata ut cicatrici locus nõ ſit, & ſtatim unitas fiat, non humorẽ, non afflatũ recipiens: nihilominus tamen et luto munire, et uinculo melius. Hoc genus non pridem repertum uolunt, qui nouis moribus fauent. Sed id etiam apud ueteres Græcos inuenitur, & apud Catonẽ, qui oleã ficumq; ſic inſeri iuſſit, menſura etiã præfinita ſecundũ reliquam diligentiã ſuã. Cortices ſcalpro excidi quatuor

De re ruſtica ca. 41.

di quatuor digitorũ longitudine, & trium latitudine, atque ita coagmentari, & illa ſua intrita oblini. Eadem ratione & in malo. Quidam huic generi miſcuere fiſſurã in uitibus, exẽpta cortice teſſella, ſurculo à latere plano adigẽdo. Tot modis inſitã arborem uidimus iuxta Tiburtes tiliã, oĩ genere pomorũ onuſtã, alio ramo nucibus, alio baccis, aliũde uite, ficis, piris, punicis, malorũq; generibus. Sed huic fuit breuis uita. Nec tamen oẽm experimentis aſſequi naturam poſſumus. Quædam enim naſci, niſi ſponte, nullo modo queunt: eaq; immitibus & deſertis tantũ locis proueniunt. Capaciſſima inſitorũ oĩm dicitur platanus, poſtea robur: uerum utraq; ſapores corrũpunt. Quædam oĩ genere inſeruntur, ut ficus & punicæ. Vitis non recipit emplaſtra, nec qbus tenuis ac caducus rimoſusq; cortex. Neq; inoculationẽ ſiccæ aut humoris exigui. Fertiliſsima omniũ inoculatio, poſtea emplaſtratio. Sed utraq; ĩfirmiſsima. Et quæ cortice nitũtur tantũ, uel leui aura ocyſsime deplantantur. Inſerere firmiſsimũ, & fœcundius q̃ ſerere.

Exemplũ huius rei. Caput .XVII.

NOn eſt omittenda raritas unius exempli. Corellius eques Ro. Ateſte genitus, inſeruit caſtaneam ſuomet ipſam ſurculo in Neapolitano agro. Sic facta eſt caſtanea, quæ ab ipſo nomen accepit inter laudatas. Poſtea hæres eiuſdẽ libertus Corelliã nam iterũ inſeruit. Hæc eſt inter eas differẽtia, illa

copioſior, hæc Corelliana melior. Reliqua genera caſus ingenio ſuo excogitauit, ac defractos ſerere ramos docuit, cum pali defixi radices cepiſſent. Multa ſic ſerũtur, in primisq; ficus, oĩbus quidẽ alijs modis naſcẽs, præterq̃ talea. Optĩe quidẽ, ſi uaſtiore ramo pali modo exacuto adigatur alte, exiguo ſup terrã relicto capite, eoq; ipſo harena coopto. Ramo ſerũtur et Punica, palis laxato prius meatu: Itẽ myrtus. Omnium horum longitudine trium pedum, craßitudine minus brachiali, cortice diligẽter ſeruato, trũco exacuto. Myrtus & taleis ſeritur: morus talea tantum, quoniam in ramo eam inſeri religio fulgurum prohibet. Quapropter de taleariũ ſatu nunc dicendũ eſt. Seruãdum in eo ante omnia, ut taleæ ex feracibus fiant arboribus, ne curuæ, ne ſcabræ, aut bifurcæ, néue tenuiores q̃ ut manũ impleant, ne minores pedalibus, ut illibato cortice, atque ut ſectura inferior ponatur ſemp, et q̃d erit ab radice: accumuleturq; germinatio terra, donec robur plãta capiat.

De cultura talearum, & quibus temporibus inſitio fiat. Caput .XVIII.

De re ruſtica capite .45.

Quæ cuſtodiẽda in taleariũ cultura Cato iudicauerit, ipſius uerbis optime præcipiemus: Taleas oleaginas, quas in ſcrobe ſaturus eris, tripedaneas facito. Diligenterq; tractato, ne liber laboret, cũ dolabis aut ſecabis. Quas in ſeminario ſaturus eris, pedales facito: eas ſic inſerito: Locus bipalio ſuba-

lio ſubactus ſit, beneq; glutus. Cum taleã demittis, pede taleã opprimito. Si parũ deſcẽdat, malleo aut mateola adigito, cauetoq; ne librũ ſcindas. Cum adigis, palo prius locum feceris quo taleã demittas, ita melius uiuet talea. Et ubi trimæ ſunt, tum deniq; curæ ſint ubi liber ſe uertet. Si in ſcrobibus aut in ſulcis ſeras, ternas taleas ponito. Eas diuaricato ſuper terrã, ne plus quatuor digitos tranſuerſos emineant, uel oculos ſerito. Diligenter eximere oleã oportet, & radices q̃plurimas cum terra ferre. Vbi radices bene opueris, calcare bene, ne qd noceat. Si quis quærat quod tempus oleæ ſerendæ ſit, agro ſicco per ſementem, agro læto per uer. Oliuetum diebus. XV. ante æquinoctiũ uernum incipito putare. Ex eo die dies. XLIIII. recte putabis. Id hoc mõ putato: Quà locus recte ferax erit, quæ arida erunt, & ſi quid uentus interfregerit, ea oĩa eximito. Quà locus ferax non erit, id plus concidito, aratoq; bene, enodatoq;. Stirpes leues facito, circũ oleas autumno ablaqueato, & ſtercus adijcito. Qui oliuetũ ſæpiſſime et altiſſime miſcebit, is tenuiſſimas radices exarabit. Radices ſi ſurſum abibũt, craſſiores fient, & eo ĩradices uires oleæ abibũt. Quæ genera olearũ, uel in quo genere terræ uiuere et ſeri debeãt, ſpectariq; oliueta, diximus ĩ ratione olei. Mago in colle & ſiccis, & argilla, & inter autumnum & brumam ſeri iuſſit. In craſſo aut humido, aut ſubriguo, à meſſe ad

Apđ Catonẽ legitur: dies .XLV.

brumam. Quod præcepiſſe eum Africæ ĩtelligitur. Italia quidem nunc uere maxime ſerit. Sed & autumno, ſi libeat. Poſt æquinoctiũ. XL. diebus ad uergiliarũ occaſum. XIIII. ſoli dies ſunt, qbus ſeri noceat. Africæ peculiare quidẽ in oleaſtro eſt inſerere. Quadam æternitate cõſeneſcunt ꝓxima adoptioni uirga emiſſa, atq; ita alia arbore ex eadẽ iuueneſcẽte: iterumq; & quotiens opus ſit, ut eadẽ olíueta conſtent. Inſeritur aũt oleaſter calamo & ĩoculatione. Olea, ubi quercus effoſſa ſit, male ponitur: quoniã uermes qui raucæ uocantur, in radice quercus naſcuntur & tranſeunt. Non inhumare taleas, aut ſiccare prius q̃ ſerantur, utilius compertũ. Vetus oliuetũ ab æquinoctio uerno intra uergiliarũ exortũ interradi alternis annis, melius inuentum: Item muſcũ circumdare radici. Circunfodi aũt oĩbus annis à ſolſtitio duũ cubitorũ ſcrobe pedali altitudine: ſtercorari tertio anno. Mago idẽ amygdalas ab occaſu Arcturi ad brumam ſeri iubet. Pira non eodẽ tempore oĩa, quoniã non æque floreant. Eadẽ oblonga aut rotunda, ab occaſu uergiliarũ ad brumam. Reliqua genera media hyeme, ab occaſu ſagittæ, ſubſolanũ aut ſeptentrionẽ ſpectantia. Laurũ ab occaſu aquilæ ad occaſum ſagittæ. Confeſſa enim de tẽpore ſerẽdi æque ratio eſt uere & autũno. Id ex magna parte fieri decreuere. Eſt et alia hora circa canis ortus, paucioribus nota, quoniã nõ oĩbus locis utilis pariter intelligitur. Sed

haud omit

haud omittẽda nobis,ꝓ̃ tractus alicuius rationẽ,ue rũ naturæ potius indagãtibus. In Cyrenaica regiõe *ſub eteſiarũ flatu conſerũt: necnon & in Græcia,ole am maxĩe in* Laconia. *Cos inſula & uites nunc ſe rit. Cæteri apud Græcos inoculare & inſerere non dubitant,ſed arborẽ non ſerũt. Plurimũq; in eo loco rum natura pollet.* Nanque *in Aegypto omni ſerunt menſe,& ubicunq; imbres æſtiui non ſunt, ut in In dia & Aethiopia. Neceſſario poſt hæc autũno ſerũ tur arbores. Ergo tria tẽpora eadẽ germinationis, uer,& canis Arcturiq; ortus. Neq; enĩ aĩaliũ tantũ eſt ad coitũ auiditas,ſed multo maior eſt terræ ac ſa torum oĩm libido: qua tempeſtiue uti,plurimũ inter eſt cõceptus. Peculiare utiq; in inſitis,cum ſit mutua cupiditas utrinq; coëundi. Qui uer ꝓbant,ab æqno ctio ſtatim admittunt,prædicãtes germina parturi re,ideo faciles corticũ eſſe amplexus. Qui præferũt autumnũ,ab Arcturi exortu,quoniã ſtatim radicem quandã capiant,& ad uer parata ueniant,atq; non ꝓtinus germinatio auferat uires. Quædã tamẽ ſta tutũ tẽpus anni habẽt ubiq;, ut ceraſi et amygdalæ circa brumã,ſerẽdi uel inſerẽdi. De pluribus,locorũ ſitus optĩe iudicabit. Frigida et aquoſa uerno cõſeri oportet,ſicca & calida autũno. Coĩs quidẽ Italiæ ra tio tpa ad hunc modũ diſtribuit: Mora ab Idib. Fe bruarijs in æquinoctiũ, pira in autumnũ,ita ut bru mam. XV. nec minus diebus antecedãt. Malis æſti uis &*

uis et cotoneis, itẽ ſorbis, prunis, poſt mediam hyemẽ in Idus februarias. Siliquæ Græcæ & perſici ante brumam ꝑ autumnũ: Nucibus, *iuglandi, et pineæ, et auellanæ græcæ, atq; caſtaneæ, à* Kalendis Martijs *ad* Idus *caſdem:* Salici, *geniſtæ, circa* Martias Kalendas. Hanc *in ſiccis ſemine, illam in humidis uirga ſeri diximus.*

Quæ arbores ſocietate gaudeãt, et de diſciplina ablaqueandi & accumulandi. Ca. .XIX.

Li. 5.ca.11. *E*St etiã nunc noua inſerẽdi ratio, ne qd ſciens qdem prætereã, qđ uſq̃ inuenerim, à Columella excogitata, ut affirmat ipſe, qua uel diuerſæ inſociabilesq; naturæ arborũ copulẽtur, ut fici atq; oleæ. Iuxta hanc ſeri ficũ iubet, nõ ampliore interuallo, q̃ ut cõtingi large poſſit, ramo oleæ q̃maxime ſequaci atq; obedituro. Eũq; oĩ interim tẽpore edomari meditatione curuandi. Poſtea fico adepta uires, qđ euenire trimæ atq; utiq; quinquenni ſolet, detrũcata ſuꝑficie, ipſaq; deputata, ut dictũ eſt, adraſo cacumine defigi ĩ * crure fici, cuſtoditũ uinculis, ne curuatura fugiat. Ita quodã ꝓpaginũ inſitorũq; tẽperamento, triẽnio cõi inter duas matres coaleſcere. Quarto anno abſciſſum totũ adoptantis eſſe: nondũ uulgata rõne, haud mihi, certe ſatis compta. Cæterũ eadẽ illa de calidis frigidisq; & humidis & ſiccis ſupradicta ratio, et ſcrobes fodere mõſtrauit. In aquoſis enĩ neq; altos, neq; amplos facere cõuenit. Altos æſtiuoſo

Non ĩ cruce, ſed ĩ crure, ex Colu. li.5.ca. 11. ubi doc et oẽ genus ſurculi oĩ generi arboris inſeri poſſe. Ramũ, inqt, oliuæ qui uidetur nitidiſſiuus deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa.

ſolo &

ſolo et ſicco, ut q̃maxīe accipiant aquã, cõtineantq;. Hæc & apud ueteres arbores colẽdi rõ eſt. Feruentibus enĩ locis accumulant æſtate radices, opiuntq;, ne ſolis ardor adurat. Aliubi ablaqueant, pflatuſq; admittũt. Iidẽ hyeme cumulis à gelu uindicant. Contrà illi hyeme aperiunt, humoremq; ſitientibus quærunt. Vbicũq; circũfodiendi arbores ratioĩ circuitu pedes in orbẽ ternos, neq; id in pratis, quando amore ſolis humoriſq; in ſumma tellure oberrant. Et de arboribus hæc quidem fructus gratia ſerendis inſerendiſq; in uniuerſum ſint dicta.

De ſalicto et harũdineto, et cæteris cæduis ad perticas, palos. Caput .XX.

HInc reſtat earũ ratio, quæ ꝑpter alias ſeruntur, uineas maxĩe, cæduo ligno. Principatum in ijs obtinent ſalices, quarũ ſatio fit loco madido, tamẽ refoſſo duos pedes et ſemipedẽ, talea ſeſqpedali, uel pertica, quæ utilior quo plenior. Interuallo eſſe pedes ſenos, trimæ pedibus binis à terra, putatiõe coercentur, ut ſic ſe in latitudinẽ fundant, ac ſine ſcalis tõdeantur. Salix enĩ fœcũdior eſt quo terræ ꝓpior. Has quoq; omnibus annis cõfodi iubẽt mẽſe Aprili. Hæc eſt uiminaliũ cultura. Perticalis & uirga & talea ſeritur foſſura eadẽ. Perticas ex ea iuſtum eſt cædi quarto ferè anno. Et eæ autẽ ſeneſcẽtium ꝓpagine ſarciũt locũ. Pertica ĩmerſa, ac poſt annũ reciſa. Salicis uiminalis iugera ſingl'a ſufficiũt .XXV. uineæ iu-

ulneæ iugeribus. Eiuſdẽ rei cauſa pópulus alba ſeri tur bipedaneo paſtinatu, talca ſeſqpedali biduo ſic- cata palmipede ĩteruallo, terra ſupiniecta duorũ cu bitorũ craßitudie. Harũdo etiamnũ dilutiore q̃ hæ ſolo gaudet. Seritur bulbo radicis, quẽ alij oculũ ap pellant, dodrãtali ſcrobe, interuallo duûm pedũ & ſemipedis, reficiturq́; ex ſeſe uetere harundineto ex tirpato, qđ utilius repertum q̃ caſtrare ſicut antea. Nanq; inter ſe radices ſerpũt, mutuoq; diſcurſu ne- cantur. Tẽpus inſerendi, priusq̃ oculi harundinũ im tumeſcant, ante Kal. Martias. Creſcit ad brumã uſ- q;, deſinitq; cũ dureſcere incipit. Hoc ſignũ, qđ tem peſtiuã habet cæſurã: et hanc aũt, quotiens & uineã fodiendã putant. Seritur & tranſuerſa, non altè ter ra condita, erũpuntq; ſingulis oculis totidẽ plantæ. Seritur & deplãtata pedali ſulco binis obrutis gem mis, ut tertius nodus terrã attingat p̃no cacumĩe, ne rores cõcipiat. Cæditur et decreſcente luna. Vineis anno ſiccata utilior q̃ uiridis. Caſtanea pedamẽtis oĩ bus præfertur facilitate tractatus, perdurãdi pui- cacia, regerminatione cædua uel ſalice lætior. Quæ rit ſolũ facile, necnõ harenoſum, maximeq; ſabulum humidũ aut carbunculũ, uel tophi etiam farinã, q̃li- bet opaco ſeptẽtrionaliq; et præfrigido ſitu, uel etiã decliui. Recuſat eadẽ gallicã, rubricã, cretã, oẽmq; terræ fœcunditatẽ, qua ſeri nuces diximus. Sed niſi ex maximis nõ p̃uenit, nec niſi q̃nis aceruatim ſatis.

Perfringi

Perfringi ſolum debet ſuprà ex Nouembri menſe in Februarium: quo ſolutæ, ſponte cadunt ex arbore, atq; ſubnaſcuntur. Interualla ſint pedalia undiq; ſulco dodrantali. Ex hoc ſeminario trãsferuntur in aliud, bipedali interuallo, plus biennio. Sunt & propagines nulli quidem faciliores. Nudata enim radice tota, in ſulco proſternitur. Tunc ex cacumine ſuper terrã relicto, renaſcitur et alia ab radice. Sed trãſlata neſcit hoſpitari, pauetq; nouitatem. Biennio ferè poſtea proſilit. Ideo nucibus potius q̃ radice plantaria cædua implentur. Cultura non alia q̃ ſupradictis fodiẽdis ſupputandisq; p bienniũ ſequens. De cætero ipſa ſe colit umbra, ſtolones ſupuacuos enecãte. Cæditur intra ſeptimũ annum. Sufficiunt pedamẽta iugeri unius uicenis uinearũ iugeribus, quãdo etiam ea bifida ſtirpe fiũt, durãtq; ultra alterã ſyluæ ſuæ cæſurã. Eſculus ſiliter ꝓuenit cæſura triẽnio ſerior, nimis moroſa naſci. In quacunq; terra ſeritur, naſcitur è balano, ſed non niſi eſculi, ſcrobe dodrãtali, interuallis duorum pedũ ſeritur leuiter quater anno. Hoc pedamentũ minime putreſcit, læſumq; maxime fruticat. Præter hæc ſunt cædua quæ diximus, fraxinus, laurus, perſica, corylus, malus, ſed tardius naſcuntur. Terram defixa uix tolerant, non modo humorem. Sambucus contrà firmiſſima ad palũ, taleis ſeritur ut pópulus. Nam de cupreſſo ſatis diximus, & prædictis, uelut armamentis uinearum.

De cultu-

in pedes binos foſſa ꝓcedat. Foſſatū purgari, et extendi, ne crudū relinquatur. Verū & exigi mēſura. Male paſtinatum deprehendunt ſcamna inæqualia. Metienda eſt & ea pars quæ interiacet puluinis. Surculi ſeruntur et in ſcrobe et in ſulco longiore, ſuper quos tenerrīa ingeritur terra. Sed in gracili ſolo fruſtra, niſi ſubſtrato pinguiore. Nec minus q̃ duos integi oportet, et ꝓximam attingi terrā, et eodē paxillo deprimi et ſpiſſari. Intereſſe in plantario ſeſqui pedes inter bina ſemina in latitudinē, in longitudinē ſemiſſes. Ita ſatos malleolos. XXIIII. menſe recidere ad imū articulū, niſi ipſi parcatur. Oculorū inde materia emicat cū aqua. XXXVI. mēſe uiui radix transfertur. Eſt & luxurioſa ratio uites ſerendi, ut quatuor malleoli uehemēti uinculo colligētur in parte luxurioſa, atq; ita uel per oſſa bubuli cruris, uel per colla fictilia traiecti, obruantur binis eminentibus gēmis. Humeſcunt hoc modo, reciſiq; palmitem emittunt. Poſtea fiſtula fracta radix libere capit uires, uuamq; fert, et omniū corporū ſuorum acinos. In alio genere inuētu nouitio finditur malleolus, medullaq; eraſa in ſe colligantur ipſi caules, ita ut gemmis parcatur omni modo. Tum malleolo in terrā fixo mixta ſeritur, et cū ſpargere cœperit caules, deciditur, foditurq; ſæpius: Talis uuæ acinos nihil in-

Lib.3.ca.9. *tus ligni habituros Columella ꝓmittit, cum uiuere ſemina ipſa perq̃ mirū ſit, et medulla adempta naſci.*

Surculis

Surculis etiã qbuſnam ſit articulatio arboris, nõ omittendũ uidetur. Nanq; buxi tenuiſsimis qnis ſenisue colligatis depacti pueniunt. Quondã in obſeruatione erat, ut defringerẽtur ex imputata buxo, aliter uiuere nõ crediti. Detraxere hæc expimenta ſeminarij curáq;. Sequitur uinearũ ratio. Quinq; generũ hæ: Sparſis per terrã palmitibus, aut pſe uite ſubrecta, uel cũ adminiculo ſiue iugo: aut pedatæ ſimplici iugo, aut cõpluuiatæ quadruplici. Quæ pedatæ ratio erit, eadẽ intelligitur eius quoq;, in qua ſine adminiculo uitis p ſe ſtabit. Id enim nõ fit niſi pedamẽti inopia. Sĩplici iugo cõſtat porrecto ordine, quẽ canteriũ appellãt. Melioráq; ea uino, quando ſibi ipſa nõ obũbrat, aſsiduoq; ſole coqtur, et afflatũ magis ſentit, et celerius rorẽ dimittit. Pãpinationi quoq; & oculationi, oĩq; operæ facilior. Sup cætera deflorelcit utilius. Iugũ fit ptica aut harũdine, aut crine, funiculóue, ut in Hiſpania Brũduſioq;. Cõpluuiata copioſior uino eſt, dicta à cauis ædiũ cõpluuijs. Diuiditur in quaternas partes totidem iugis. Huius ſerendi ratio dicetur, eadẽ ualitura in omni genere, in hoc uero numeroſior tãtum. His uero tribus ſeritur modis: Optime in paſtinato, proxime in ſulco, nouiſſime in ſcrobe. De paſtinatione dictum eſt.

De ſulco, et uinearũ putatione. Ca. .XXII.

SVlco latitudo palæ eſt. Scrobibus ternorũ pedũ in quancunq; partẽ. Altitudo in quocunq; gene

trarium ex diuerſo, ne hiſcat nimiũ rima, laxeq; ca piat, aut ne parũ exprimat, aut compreſſum necet. Hoc maxime præcauendũ, ut prævalide accipientis trunco in media fiſſura relinquatur. Quidã ueſtigia fiſſuræ falce in truncis facto ſalice præligant margi nem ipſum. Poſtea cuneos figunt continẽte uinculo li bertatẽ dehiſcendi. Quædam in plantario inſita eo-dem die transferũtur. Si craßior truncus inſeratur, inter corticẽ et lignũ ĩſeri melius, cuneo optĩe oſſeo ne cortice rũpatur laxato. Ceraſi libro dẽpto findũ tur. Hæ ſolæ et poſt brumã inſerũtur. Dẽpto libro ha bent ueluti lanuginẽ, quæ ſi cõprehendit inſitum, pu-trefacit. Incolumi cuneo adactũ utilißime aſtringi-tur. Inſerere aptißimũ q̃proximũ terræ, ſi patiatur

Capite. 40. *nodorũ truncíq; ratio. Eminere calami ſex digitorũ longitudine nõ amplius debẽt. Cato argillæ, uel cre tæ harenã, fimũq; bubulũ admiſceri, atque ita uſque ad lentorẽ ſubigi iubet, idq; interponi et circumlini. Ex ijs q̃ cõmentatus eſt, facile apparet illa ætate in ter lignũ et corticẽ, nec alio modo ĩſerere ſolitos, aut ultra latitudinẽ duũ digitorũ calamos demittere. In ſeri aũt præcipit pira, ac mala p uer, & poſt ſolſti-um diebus. L. poſt uindemias. Oleas aũt et ficos per uer tantum luna ſitiẽte, hoc eſt ſicca. Præterea poſt meridiẽ, ac ſine uento auſtro. Mirũ, q̃ nõ contentus inſitũ muniſſe, ut dictũ eſt, & ceſpite ab imbre frigo ribusq; protexiſſe, ac mollibus bifidorum uiminũ fa*

ſcibus,

ſcibus,lingua bubula(herbæ id genus eſt) inſuper ob tegi iubet, eamq́; illigari opertã ſtramentis. Nunc autẽ abunde arbitraretur paleato luto libros farcire,duos digitos inſito extãte. Verno inſerẽtes tẽpus urget,incitãtibus ſe gẽmis, præterq̃ĩ olea,cuius diutiſſime oculi parturiunt,minimumq́; ſucci habẽt ſub cortice,q nimius inſitis nocet.Punicã uero & ficum quanq̃ aliâs ſicca ſint,recraſtinare minime utile. Pirum uel florentẽ inſerere licet, & in Maium quoq; menſem protendere inſitionẽ. Quod ſi longius afferantur pomorũ calami,rapo infixos optime cuſtodire ſuccum arbitrãtur.Seruariq́; inter duos imbrices iuxta riuos uel piſcinas utrinq; terra obſtructos.

De uite inſerẽda. Cap. .XV.

Vitiũ uero in corbibus ſiccis ſtramento optos, ac deĩde terra obrutos, ut cacumine exiſtãt. Cato uitẽ tribus modis ĩſerit. Præſectam findi iubet per medullam, in eam ſurculos exacutos(ut dictum eſt)adigi,medullas iungi. Altero,ut ſi ſeſe uites contingant,utriuſque in obliquum latere contrario adraſo, iunctis medullis colligari. Tertium genus eſt, terebrare uitẽ in obliquum ad medullam,calamosq́; addere longos pedes binos: atq; ita ligatum inſitũ, intritaq́; illitum operire terra ,calamis ſubrectis. Capite .41.

Noſtra ætas correxit, ut Gallica uteretur terebra, quæ excauat nec urit, quoniam aduſtio omnis hebetat,atq; ut gẽmaſcere ĩcipiẽs legetur calamus.Nec

plus q̃ binis ab inſito emineat oculis, ulmeo uimine alligatus, binaq́; circūcidatur acie à duabus ptibus, ut inde potius diſtillet humor, qui maxīe uites infeſtat. Deinde *cū eualuiſſent flagella pedes binos, uinculū inſiti īcideretur, hubertati craſsitudīe pmiſſa.* Vitibus *inſerēdis tēpus dedere ab æquinoctio autūno ad germinationis initia. Satiuæ plantæ ſylueſtriū radicibus inſerūtur natura ſiccioribus. Si enī ſatiuæ ſylueſtribus inſerantur, degenerāt in feritatē. Reliqua cælo conſtant.* Aptiſſima *inſitis ſiccitas.* Huius enim *remedium appoſitis fictilibus uaſis modicus humor per cinerem diſtillat.* Inoculatio *rores amat leues.*

De emplaſtratione. Caput .XVI.

EMplaſtri *ratio et ipſa ex inoculatione nata uideri poteſt.* Craſſo *aūt maxime cortici conuenit, ſicut eſt ficis.* Ergo *amputatis oībus ramis ne ſuccū auocēt, nitidiſſima in parte, quaq́; præcipua cernatur hilaritas, exempta ſcutula (ita ne deſcendat ultrà ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par cū ſui germinis māma, ſic cōpage denſata ut cicatrici locus nō ſit, & ſtatim unitas fiat, non humorē, non afflatū recipiens: nihilominus tamen et luto munire, et uinculo melius.* Hoc *genus non pridem repertum uolunt, qui nouis moribus fauent.* Sed *id etiam apud* De re ruſtica ca.41. *ueteres Græcos inuenitur, & apud Catonē, qui oleā ficumq́; ſic inſeri iuſſit, menſura etiā præfinita ſecundū reliquam diligentiā ſuā.* Cortices *ſcalpro excidi quatuor*

di quatuor digitorũ longitudine, & trium latitudine, atque ita coagmentari, & illa ſua intrita oblini. Eadem ratione & in malo. Quidam huic generi miſcuere fiſſurã in uitibus, exẽpta cortice teſſella, ſurculo à latere plano adigẽdo. Tot modis inſitã arborem uidimus iuxta Tiburtes tiliã, oĩ genere pomorũ onuſtã, alio ramo nucibus, alio baccis, aliũdc uite, ficis, piris, punicis, malorũq; generibus. Sed huic fuit breuis uita. Nec tamen oẽm experimentis aſſequi naturam poſſumus. Quædam enim naſci, niſi ſponte, nullo modo queunt: eaq; immitibus & deſertis tantũ locis proueniunt. Capaciſſima inſitorũ oĩm dicitur platanus, poſtea robur: uerum utraq; ſapores corrũpunt. Quædam oĩ genere inſeruntur, ut ficus & punicæ. Vitis non recipit emplaſtra, nec qbus tenuis ac caducus rimoſusq; cortex. Neq; inoculationẽ ſiccæ aut humoris exigui. Fertilißima omniũ inoculatio, poſtea emplaſtratio. Sed utraq; ĩfirmißima. Et quæ cortice nitũtur tantũ, uel leui aura ocyßime deplantantur. Inſerere firmißimũ, & fœcundius q̃ ſerere.

Exemplũ huius rei. Caput .XVII.

NOn eſt omittenda raritas unius exempli. Corellius eques Ro. Atteſte genitus, inſeruit caſtaneam ſuomet ipſam ſurculo in Neapolitano agro. Sic facta eſt caſtanea, quæ ab ipſo nomen accepit inter laudatas. Poſtea hæres eiuſdẽ libertus Corellianam iterũ inſeruit. Hæc eſt inter eas differẽtia, illa

copioſior,hæc Corelliana melior.Reliqua genera ca-
ſus ingenio ſuo excogitauit,ac defractos ſerere ra-
mos docuit,cum pali defixi radices cepiſſent.Multa
ſic ſerũtur,in primisq; ficus,oĩbus quidẽ alijs modis
naſcẽs, præterq̃ talea.Optĩe quidẽ,ſi uaſtiore ramo
pali modo exacuto adigatur alte,exiguo ſuꝑ terrã
relicto capite,eoq; ipſo harena coopto. Ramo ſerũ
tur et Punica,palis laxato prius meatu:Itẽ myrtus.
Omnium horum longitudine trium pedum,craßitu-
dine minus brachiali,cortice diligẽter ſeruato,trũ-
co exacuto. Myrtus & taleis ſeritur: morus talea
tantum, quoniam in ramo eam inſeri religio fulgu-
rum prohibet. Quapropter de talearũ ſatu nunc di
cendũ eſt. Seruãdum in eo ante omnia,ut taleæ ex fe
racibus fiant arboribus,ne curuæ,ne ſcabræ,aut bi-
furcæ,neúe tenuiores q̃ ut manũ impleant,ne mino-
res pedalibus,ut illibato cortice,atque ut ſectura in
ferior ponatur ſemꝑ,et qđ erit ab radice:accumule
turq; germinatio terra, donec robur plãta capiat.

De cultura talearum, & quibus temporibus inſitio fiat. Caput .XVIII.

De re ruſtica capite.45.

QVæ cuſtodiẽda in talearũ cultura Cato iudi
cauerit, ipſius uerbis optime præcipiemus:
Taleas oleaginas,quas in ſcrobe ſaturus eris,tripe-
daneas facito. Diligenterq; tractato,ne liber labo-
ret,cũ dolabis aut ſecabis. Quas in ſeminario ſatu-
rus eris,pedales facito:eas ſic inſerito: Locus bipa-

lio ſuba-

lio ſubactus ſit,beneq; glutus. Cum taleā demittis, pede taleā opprimito. Si parū deſcēdat, malleo aut mateola adigito,cauetoq; ne librū ſcindas. Cum adigis, palo prius locum feceris quo taleā demittas,ita melius uiuet talea. Et ubi trimæ ſunt,tum deniq; curæ ſint ubi liber ſe uertet. Si in ſcrobibus aut in ſulcis ſeras,ternas taleas ponito. Eas diuaricato ſuper terrā,ne plus quatuor digitos tranſuerſos emineant, uel oculos ſerito. Diligenter eximere oleā oportet, & radices q̄plurimas cum terra ferre. Vbi radices bene opueris,calcare bene,ne qd noceat. Si quis quærat quod tempus oleæ ſerendæ ſit, agro ſicco per ſementem, agro læto per uer. Oliuetum diebus .XV. ante æquinoctiū uernum incipito putare. Ex eo die dies .XLIIII. recte putabis. Id hoc mō putato: Quà locus recte ferax erit, quæ arida erunt, & ſi quid uentus interfregerit, ea oīa eximito. Quà locus ferax non erit,id plus concidito,aratoq; bene,enodatoq; . Stirpes leues facito,circū oleas autumno ablaqueato,& ſtercus adijcito. Qui oliuetū ſæpiſsime et altiſsime miſcebit, is tenuiſsimas radices exarabit. Radices ſi ſurſum abibūt, craſsiores fient,& eo ī radices uires oleæ abibūt. Quæ genera olearū,uel in quo genere terræ uiuere et ſeri debeāt, ſpectariq; oliueta,diximus ī ratione olei. Mago in colle & ſiccis,& argilla, & inter autumnum & brumam ſeri iuſsit. In craſſo aut humido,aut ſubriguo,à meſſe ad

Apd' Catonē legitur: dies .XLV.

brumam. Quod præcepiſſe eum Africæ ĩtelligitur. Italia quidem nunc uere maxime ſerit. Sed & autumno, ſi libeat. Poſt æquinoctiũ. XL. diebus ad uergiliarũ occaſum. XIIII. ſoli dies ſunt, qbus ſeri noceat. Africæ peculiare quidẽ in oleaſtro eſt inſerere. Quadam æternitate cõſeneſcunt ꝓxima adoptioni uirga emiſſa, atq; ita alia arbore ex eadẽ iuueneſcẽte: iterumq; & quotiens opus ſit, ut eadẽ olіueta conſtent. Inſeritur aũt oleaſter calamo & ĩoculatione. Olea, ubi quercus effoſſa ſit, male ponitur: quoniã uermes qui raucæ uocantur, in radice quercus naſcuntur & tranſeunt. Non inhumare taleas, aut ſiccare prius q̃ ſerantur, utilius compertũ. Vetus oliuetũ ab æquinoctio uerno intra uergiliarũ exortũ interradi alternis annis, melius inuentum: Item muſcũ circumdare radici. Circunfodi aũt oĩbus annis à ſolſtitio duũ cubitorũ ſcrobe pedali altitudine: ſtercorari tertio anno. Mago idẽ amygdalas ab occaſu Arcturi ad brumam ſeri iubet. Pira non eodẽ tempore oĩa, quoniã non æque floreant. Eadẽ oblonga aut rotunda, ab occaſu uergiliarũ ad brumam. Reliqua genera media hyeme, ab occaſu ſagittæ, ſubſolanũ aut ſeptentrionẽ ſpectantia. Laurũ ab occaſu aquilæ ad occaſum ſagittæ. Confeſſa enim de tẽpore ſerẽdi æque ratio eſt uere & autũno. Id ex magna parte fieri decreuere. Eſt et alia hora circa canis ortus, paucioribus nota, quoniã nõ oĩbus locis utilis pariter intelligitur. Sed

haud omit

haud omittēda nobis, nō tractus alicuius rationē, ue rū naturæ potius indagātibus. In Cyrenaica regiōe ſub eteſiarū flatu conſerūt: necnon & in Græcia, ole am maxie in Laconia. Cos inſula & uites nunc ſe rit. Cæteri apud Græcos inoculare & inſerere non dubitant, ſed arborē non ſerūt. Plurimūq; in eo loco rum natura pollet. Nanque in Aegypto omni ſerunt menſe, & ubicunq; imbres æſtiui non ſunt, ut in India & Aethiopia. Neceſſario poſt hæc autūno ſerū tur arbores. Ergo tria tēpora eadē germinationis, uer, & canis Arcturiq; ortus. Neq; enī aīaliū tantū eſt ad coitū auiditas, ſed multo maior eſt terræ ac ſa torum oīm libido: qua tempeſtiue uti, plurimū inter eſt cōceptus. Peculiare utiq; in inſitis, cum ſit mutua cupiditas utrinq; coēundi. Qui uer ꝓbant, ab æqno ctio ſtatim admittunt, prædicātes germina parturi re, ideo faciles corticū eſſe amplexus. Qui præferūt autumnū, ab Arcturi exortu, quoniā ſtatim radicem quandā capiant, & ad uer parata ueniant, atq; non ꝓtinus germinatio auferat uires. Quædā tamē ſta tutū tēpus anni habēt ubiq;, ut ceraſi et amygdalæ circa brumā, ſerēdi uel inſerēdi. De pluribus, locorū ſitus optīe iudicabit. Frigida et aquoſa uerno cōſeri oportet, ſicca & calida autūno. Cōis quidē Italiæ ra tio tp̄a ad hunc modū diſtribuit: Mora ab Idib. Fe bruarijs in æquinoctiū, pira in autumnū, ita ut brumam. XV. nec minus diebus antecedāt. Malis æſti uis &

uis et cotoneis, itē ſorbis, prunis, poſt mediam hyemē in Idus *februarias. Siliquæ Græcæ & perſici ante brumam p autumnū:* Nucibus, *iuglandi, et pineæ, et auellanæ græcæ, atq; caſtaneæ, à* Kalendis Martijs *ad* Idus *eaſdem: Salici, geniſtæ, circa* Martias Kalendas. *Hanc in ſiccis ſemine, illam in humidis uirga ſeri diximus.*

Quæ arbores ſocietate gaudeāt, et de diſciplina ablaqueandi & accumulandi. Ca. .XIX.

Li. 5.ca.11. *EST etiā nunc noua inſerēdi ratio, ne qd ſciens qdem prætereā, qđ uſq̄ inuenerim, à* Columel*la excogitata, ut affirmat ipſe, qua uel diuerſæ inſociabilesq; naturæ arborū copulētur, ut fici atq; oleæ.* Iuxta *hanc ſeri ficū iubet, nō ampliore interuallo, q̄ ut cōtingi large poſſit, ramo oleæ q̄maxime ſequaci atq; obedituro.* Eūq; *oī interim tēpore edomari meditatione curuandi.* Poſtea *fico adepta uires, qđ euenire trimæ atq; utiq; quinquenni ſolet, detrūcata ſuꝑficie, ipſaq; deputata, ut dictū eſt, adraſo cacumine defigi ī * crure fici, cuſtoditū uinculis, ne curuatura fugiat.* Ita *quodā ꝓpaginū inſitorūq; tēperamento, triēnio cōi inter duas matres coaleſcere.* Quarto *anno abſciſſum totū adoptantis eſſe: nondū uulgata rōne, haud mihi, certe ſatis compta. Ceterū eadē illa de calidis frigidisq; & humidis & ſiccis ſupradicta ratio, et ſcrobes fodere mōſtrauit.* In *aquoſis enī neq; altos, neq; amplos facere cōuenit.* Altos *æſtiuoſo ſolo &*

* Non ī cruce, *ſed ī crure, ex* Colu. li. 5. ca. 11. *ubi doc et oē genus ſurculi oī generi arboris inſeri poſſe.* Ramū, *inqt, oliuæ qui uidetur nitidiſſimus deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa.*

ſolo et ſicco, ut q̃maxĩe accipiant aquã, cõtineantq́;. Hæc & apud ueteres arbores colẽdi rõ eſt. Feruentibus enĩ locis accumulant æſtate radices, opiuntq́;, ne ſolis ardor adurat. Aliubi ablaqueant, pflatusq́; admittũt. Iidẽ hyeme cumulis à gelu uindicant. Contrà illi hyeme aperiunt, humoremq́; ſitientibus quærunt. Vbicũq; circũfodiendi arbores ratiõ circuitu pedes in orbẽ ternos, neq; id in pratis, quando amore ſolis humorisq́; in ſumma tellure oberrant. Et de arboribus hæc quidem fructus gratia ſerendis inſerendisq́; in uniuerſum ſint dicta.

De ſalicto et harũdineto, et cæteris cæduis ad perticas, palos. Caput .XX.

Hinc reſtat earũ ratio, quæ ꝑpter alias ſeruntur, uineas maxĩe, cæduo ligno. Principatum in ijs obtinent ſalices, quarũ ſatio fit loco madido, tamẽ refoſſo duos pedes et ſemipedẽ, talea ſeſq̃pedali, uel pertica, quæ utilior quo plenior. Interuallo eſſe pedes ſenos, trimæ pedibus binis à terra, putatiõe coërcentur, ut ſic ſe in latitudinẽ fundant, ac ſine ſcalis tõdeantur. Salix enĩ fœcũdior eſt quo terræ ꝓpior. Has quoq; omnibus annis cõfodi iubẽt mẽſe Aprili. Hæc eſt uiminaliũ cultura. Perticalis & uirga & talea ſeritur foſſura eadẽ. Perticas ex ea iuſtum eſt cædi quarto ferè anno. Et eæ autẽ ſeneſcẽtium ꝓpagine ſarciũt locũ. Pertica ĩmerſa, ac poſt annũ reciſa. Salicis uiminalis iugera ſinglã ſufficiũt .XXV. uineæ iu-

ulneæ iugeribus. Eiuſdẽ rei cauſa pópulus alba ſeri tur bipedaneo paſtinatu, talea ſeſquipedali biduo ſic cata palmipede ĩteruallo, terra ſupiniecta duorũ cu bitorũ craßitudĩe. Harũdo etiamnũ dilutiore q̃ hæc ſolo gaudet. Seritur bulbo radicis, quẽ alij oculũ ap pellant, dodrãtali ſcrobe, interuallo duûm pedũ & ſemipedis, reficiturq́; ex ſeſe uetere harundineto ex tirpato, qđ utilius repertum q̃ caſtrare ſicut antea. Nanq; inter ſe radices ſerpũt, mutuoq; diſcurſu ne cantur. Tẽpus inſerendi, priusq̃ oculi harundinũ im tumeſcant, ante Kal. Martias. Creſcit ad brumã uſ q;, deſinitq́; cũ dureſcere incipit. Hoc ſignũ, qđ tem peſtiuã habet cæſurã: et hanc aũt, quotiens & uineã fodiendã putant. Seritur & tranſuerſa, non altè ter ra condita, erũpuntq́; ſingulis oculis totidẽ plantæ. Seritur & deplãtata pedali ſulco binis obrutis gem mis, ut tertius nodus terrã attingat ꝑno cacumĩe, ne rores cõcipiat. Cæditur et decreſcente luna. Vineis anno ſiccata utilior q̃ uiridis. Caſtanea pedamẽtis oĩ bus præfertur facilitate tractatus, perdurãdi pui cacia, regerminatione cædua uel ſalice lætior. Quæ rit ſolũ facile, necnõ harenoſum, maximeq́; ſabulum humidũ aut carbunculũ, uel tophi etiam farinã, q̃li bet opaco ſeptẽtrionaliq́; et præfrigido ſitu, uel etiã decliui. Recuſat eadẽ gallicã, rubricã, cretã, oẽmq́; terræ fœcunditatẽ, qua ſeri nuces diximus. Sed niſi ex maximis nõ ꝑuenit, nec niſi qnis aceruatim ſatis.

Perfringi

Perfringi ſolum debet ſuprà ex Nouembri menſe in Februarium: quo ſolutæ, ſponte cadunt ex arbore, atq; ſubnaſcuntur. Interualla ſint pedalia undiq; ſulco dodrantali. Ex hoc ſeminario trãsferuntur in aliud, bipedali interuallo, plus biennio. Sunt & propagines nulli quidem faciliores. Nudata enim radice tota, in ſulco proſternitur. Tunc ex cacumine ſuper terrã relicto, renaſcitur et alia ab radice. Sed trãſlata neſcit hoſpitari, pauetq; nouitatem. Biennio ferè poſtea proſilit. Ideò nucibus potius q̃ radice plantaria cædua implentur. Cultura non alia q̃ ſupradictis fodiẽdis ſupputandisq; p bienniũ ſequens. De cætero ipſa ſe colit umbra, ſtolones ſupuacuos enecãte. Cæditur intra ſeptimũ annum. Sufficiunt pedamẽta iugeri unius uicenis uinearũ iugeribus, quãdo etiam ea bifida ſtirpe fiũt, durantq; ultra alterã ſyluæ ſuæ cæſurã. Eſculus ſiliter ꝓuenit cæſura triẽnio ſerior, nimis moroſa naſci. In quacunq; terra ſeritur, naſcitur è balano, ſed non niſi eſculi, ſcrobe dodrãtali, interuallis duorum pedũ ſeritur leuiter quater anno. Hoc pedamentũ minime putreſcit, læſumq; maxime fruticat. Præter hæc ſunt cædua quæ diximus, fraxinus, laurus, perſica, corylus, malus, ſed tardius naſcuntur. Terram defixa uix tolerant, non modo humorem. Sambucus contrà firmiſſima ad palũ, taleis ſeritur ut populus. Nam de cupreſſo ſatis diximus, & prædictis, uelut armamentis uinearum.

De cultu-

De culturis, & diſciplina excolendarum uinearum. Caput .XXI.

REſtat ipſarum natura præcipua tradenda cura. Vitiũ ſurculi et quarundã arborũ, quibus fungoſior intus natura eſt, geniculatis ramorũ nodis interſepiunt medullã. Ferulæ ipſæ breues, et ad ſumma breuiores, articulis utiq; duobus internodia includunt. Medulla, ſiue illa uitalis anima eſt, ante ſe tendit, longitudinẽ impellens, q̃diu nodis peruia patet fiſtula. Cum uero cõcreti ademere tranſitũ, repcuſſa erũpit, ab ima ſui parte, iuxta priorẽ nodũ alternis laterũ ſemp inguinibus, ut dictũ eſt in harundine ac ferula, quorũ dextrũ ab imò intelligitur articulo, læuũ in pximo, atq; ita p uices. Hæc uocatur in uite gẽma, cũ ibi ceſpitẽ facit. Antè uero q̃ faciat, in cõcauo oculus: et in cacumine ipſo, germen. Sic palmites, nepotes, uuæ, folia, pãpini gignũtur. Mirũq;, firmiora eſſe in dextra parte genita. Hos ergo in ſurculis nodos cũ ſeruntur, medios ſecare oportet, ita ne pfluat medulla. Et in fico quidẽ dodrantales paxilli ſolo patefacto ſeruntur, ſic ut deſcendat quæ pxima arbori fuerit, duo oculi extra terrã emineant. Oculi aũt in arborũ ſurculis pprie uocantur unde germinant. Hac de cauſa et in plantarijs aliquãdo eodẽ anno ferũt, quos fuere laturi fructus in arbore, cum tẽpeſtiue ſati prægnantes inchoatos cõceptus alibi pariunt. Ita ſatas ficos tertio anno transferre facile:

Hoc pro

Hoc pro ſeneſcẽdi celeritate attributũ huic arbori, ut citiſſime ꝓueniat. Vitiũ numeroſior ſatus. Primũ oĩm nihil ſeritur ex his, niſi inutile et deputatũ in ſarmento. Opputatur aũt quicquid ꝓximo tulit fructũ. Solebat capitulatus utrinq; è duro ſurculus ſeri, eóq; argumento malleolus etiam uocatur nunc. Poſtea auelli cum ſua calce cœptus eſt, ut in fico: neq; aliud eſt uiuacius. Tertiũ genus adiectũ etiamnũ expediti us ſine calce, ꝓpter qđ ſagittæ uocantur, cum intorti pangũtur. Id enim cũ deciſi nec intorti trigẽmes. Plures aũt ex eodẽ ſurculo hoc mõ fiunt: Serere è pãpinarijs ſagittas ſterile eſt, non niſi fœcũdas oportet. Quæ raros habẽt nodos, infœcundæ iudicantur. At denſitas gemmarũ, fertilitatis indiciũ eſt. Quidã ſeri uetãt niſi eos, q floruerint, ſurculos. Sagittas ſerere minus utile, quoniã in transferẽdo facile rũpitur qđ intortũ fuit. Seruntur pedali, nõ breuiores, lõgitudine, quinq; ſexue nodorũ. Pauciores tribus gẽmis in hac menſura eſſe nõ poterunt. Inſeri eodẽ die quo putantur, utiliſſimum. Si multo poſtea neceſſe ſit ſerere cuſtoditos (uti præcepimus) oportet caueri utiq;, ne extra terrã poſiti ſole inareſcãt, uẽtóue aut frigore hebetẽtur. Qui diutius in ſicco fuerint priusq̃ ſerantur, in aqua pluribus diebus reuiuiſcant. Solũ apricũ & quàmampliſſimum in ſeminario, ſiue in uinea, bidente paſtinari debet ternos pedes, bipalio alte in area reijci quaternorum pedum ferramento, ita ut De hoc Colu. lib. 3. ca. 13.

in pedes

in pedes binos foſſa ꝓcedat. Foſſatũ purgari, et extendi, ne crudũ relinquatur. Verũ & exigi mẽſura. Male paſtinatum deprehendunt ſcamna inæqualia. Metienda eſt & ea pars quæ interiacet puluinis. Surculi ſeruntur et in ſcrobe et in ſulco longiore, ſuper quos tenerrĩa ingeritur terra. Sed in gracili ſolo fruſtra, niſi ſubſtrato pinguiore. Nec minus q̃ duos integi oportet, et ꝓximam attingi terrã, et eodẽ paxillo deprimi et ſpiſſari. Intereſſe in plantario ſeſqui pedes inter bina ſemina in latitudinẽ, in longitudinẽ ſemiſſes. Ita ſatos malleolos. XXIIII. menſe recidere ad imũ articulũ, niſi ipſi parcatur. Oculorũ inde materia emicat cũ aqua. XXXVI. mẽſe uiuiradix transfertur. Eſt & luxurioſa ratio uites ſerendi, ut quatuor malleoli uehemẽti uinculo colligẽtur in parte luxurioſa, atq; ita uel per oſſa bubuli cruris, uel per colla fictilia traiecti, obruantur binis eminentibus gẽmis. Humeſcunt hoc modo, reciſiq; palmitem emittunt. Poſtea fiſtula fracta radix libere capit uires, uuamq; fert, et omniũ corporũ ſuorum acinos. In alio genere inuẽtu nouitio finditur malleolus, medullaq; eraſa in ſe colligantur ipſi caules, ita ut gemmis parcatur omni modo. Tum malleolo in terrã fixo mixta ſeritur, et cũ ſpargere cœperit caules, deciditur, foditurq; ſæpius: Talis uuæ acinos nihil intus ligni habituros Columella ꝓmittit, cum uiuere ſemina ipſa perq̃ mirũ ſit, et medulla adempta naſci.

Lib. 3. ca. 9.

Surculis etiã qbuſnam ſit articulatio arboris, nõ omittendũ uidetur. Nanq; buxi tenuiſsimis qnis ſenisue colligatis depacti ꝓueniunt. Quondã in obſeruatione erat, ut defringerẽtur ex imputata buxo, aliter uiuere nõ crediti. Detraxere hæc expimenta ſeminarij curáq;. Sequitur uinearũ ratio. Quinq; generũ hæ: Sparſis per terrã palmitibus, aut pſe uite ſubrecta, uel cũ adminiculo ſiue iugo: aut pedatæ ſimplici iugo, aut cõpluuiatæ quadruplici. Quæ pedatæ ratio erit, eadẽ intelligitur eius quoq;, in qua ſine adminiculo uitis p ſe ſtabit. Id enim nõ fit niſi pedamẽti inopia. Sĩplici iugo cõſtat porrecto ordine, quẽ canteriũ appellãt. Meliorq; ea uino, quando ſibi ipſa nõ obũbrat, aſsiduóq; ſole coqtur, et afflatũ magis ſentit, et celerius rorẽ dimittit. Pãpinationi quoq; & oculationi, oĩq; opere facilior. Sup cætera defloreſcit utilius. Iugũ fit ptica aut harũdine, aut crine, funiculóue, ut in Hiſpania Brũduſióq;. Cõpluuiata copioſior uino eſt, dicta à cauis ædiũ cõpluuijs. Diuiditur in quaternas partes totidem iugis. Huius ſerendi ratio dicetur, eadẽ ualitura in omni genere, in hoc uero numeroſior tãtum. His uero tribus ſeritur modis: Optime in paſtinato, proxime in ſulco, nouiſſime in ſcrobe. De paſtinatione dictum eſt.

De ſulco, et uinearũ putatione. Ca. .XXII.

SVlco latitudo palæ eſt. *Scrobibus ternorũ pedũ in quancunq; partẽ. Altitudo in quocunq; gene*

re tripedalis, ideo nec uitis minor transferri debet, extatura etiamnum duabus gemmis. Emolliri terrā minutis in ſcrobe ima ſulcis, fimoq; miſceri neceſſarium. Cliuoſa altiores poſcunt ſcrobes, præterea puluinatis à deuexitate labris. Quæ ex his longiores fient, ut uites binas accipiant. E diuerſo aliæ locabuntur. Eſſe uitis radicem in media ſcrobe oportet. Sed ipſam innixam ſolido in orientem æquinoctialem ſpectare. Adminicula prima è calamo accipere. Vineas limitari decumano. XVIII. pedum latitudinis ad contrarios uehiculorū tranſitus, alijsq; cōuerſis limitibus, denûm pedum diſtingui p media iugera. Aut ſi maior modus ſit, totidē pedum cardine, quot decumano limitari. Semp uero qntanis ſemitari, hoc eſt, in quinto quoq; palo ſingulæ iugo paginæ includantur. Solo ſpiſſo, non niſi repaſtinato, nec niſi uiuiradicem ſeri: tenero & ſoluto, uel malleolum ſulco, uel ſcrobe. In colles ſulcos agere trāſuerſos melius q̄ paſtinare, ut defluuia palis eorum cōtineantur. Aquoſo cælo, uel ſicco ſolo, malleolos ſerere autumno, niſi ſi tractus ratio mutauerit. Siccus enim et calidus autumno poſcit ſeri, humidus frigidusq; etiā ueris exitu. In arido ſolo uiuiradix quoq; fruſtrà ſeritur. Male & ī ſiccis malleolus, niſi poſt imbrē, aut ī riguis, uel frondens uitis, et uſq; ad ſolſtitium recte, uſq; ad uer, ut in Hiſpania. Quieſcere uentos ſationis die utiliſsimum. Pleriq; auſtros optāt, Cato abdicat. Intereſſe me-

eſſe medio tēperamento inter binas uites oportet pedes qnos. Minimū aūt læto ſolo pedes quaternos, tenui plurimū octonos. Vmbri & Marſi ad uicenos intermittunt arationis gratia in his quæ uocāt porculeta. Pluuio et caliginoſo tractu rariores poni, ſicco denſiores cōgruit. Subtilitas parſimoniæ cōpendia inuenit. Cū uinea in paſtinato ſeritur, obiter ſeminariū faciēdi, ut uiuiradix loco ſuo, et malleolus q trāſferatur, inter uites ordine ſeratur. Quæ ratio in iugero circiter. XVI. M. uiuiradices donat, intra biennium aūt fructus, quo tardius ī ſato ꝓuenit ꝗ in trāſlato. Viuiradix poſita in uinea poſt annū reſecatur uſq; ad terrā, ut unus tantū emineat oculus, adminiculo iuxtà affixo, & fimo addito. Simili modo & ſecundo anno reciditur, uiresq; cōcipit, & intra ſe paſcit ſuffecturas oneri, cum aliâs feſtinatione pariēdi gracileſcat, ac emucida (ni cohibeatur) caſtigatione tali ī fœtū exeat tota. Nihil auidius naſcitur, ac niſi ad piendū uires ſeruētur, tota fit fœtus. Pedamenta optīa quæ diximus, aut ridice robur, oleaq;: aut ſi nō ſint, pali è iunipo, cupreſſo, laburno, ſambuco. Reliquorū generū ſudes omnibus annis reciduntur. Saluberrima in iugo harundo connexa faſciculis, durat quinis annis. Cum breuiores palmites ſarmento iunguntur inter ſe funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur. Tertius uineæ annus palmitem uelocem robuſtum'que emittit, in quem faciat ætas uitem. Hic

in iugũ inſilit. Quidam tunc excæcant eum ſupina falce auferendo oculos, ut noxia iniuria lõgius euocent. Vtilior enim cõſuetudo pariẽdi, ſatiusq; pampinos adiudicatæ detergere, uſq; quo placeat roborari eam. Sunt q uetant tangi ꝓximo anno quo trãſlata ſit, neq; ante .LX. mẽſem falce curari. Tũc aũt ad tres gẽmas recidi. Alij ꝓximo quidẽ anno recidunt, ſed ut ternos quaternóſue ſingulis annis adijciant articulos, quarto demũ ꝑducant ad iugum. Ideo utriuſque fructũ tardum, præterea retorridũ & nodoſum, puluinoſumq; reddi incremẽto. Optimũ autem, matrẽ eſſe firmam, poſtea fœtum audacẽ. Nec tutũ eſt qđ cicatricoſum, magno imperitiæ errore. Quicquid eſt tale, plagis naſcitur, non è matre. Totas enim habet illas uires dum roboratur, & annuos accipit tota fœtus, cum ꝑmiſſum fuerit naſci. Nil natura portionibus parit. Quæ cum excreuerit, ſatis firma ꝓtinus ĩ iugo collocari debebit. Sin etiamnum infirmior erit, ſub ipſo iugo hoſpitari reciſa, uiribus nõ ætate decernitur. Temerariũ eſt, ante craſſitudinem pollicarem uiti impare. Sequenti anno palmites ſalutentur ꝓ uiribus matris ſinguli aut gemini. Iidẽ & ſcđ'o, ſi cogit infirmitas, nutriantur: tertioq; demum anno duo adijciantur. Nec ſunt plures quaternis unq̃ permittendi. Breuiterq;, non indulgẽdum eſt, & ſemper inhibenda fœcunditas: In ea eſt enĩ natura, ut parere malit q̃ uiuere. Quicquid materia

In eandẽ ſententiam Theo. de cauſis plantarum li. prĩo c.13. Natura enĩ (inquit) nullã penitus rẽ particulatim (ut ars) facere ſolet: ſed oĩa ĩ uniuerſum ſi-

teriæ adimitur, fructui accedit. Illa ſemĩa mauult, q̃ fructũ gigni, quoniã fructus caduca res eſt. Sic per niciofe luxuriat, nec ampliat ſe, ſed egerit. Dabit cõſilium et ſoli natura. In macro etiam, ſi uires habebit, reciſa intra iugum moretur, ne oĩs fœtura ſub eo exeat. Minimũ id eſſe debebit interuallũ, ut attingat iugũ, ſuperetq; nõ teneat: adeo nõ recũbat in eo, nec delicate ſe ſpargat. Ita tẽpeuetur hic modus, ut creſcere etiam malit q̃ parere. Palmes duas tréſue gemmas ſub iugo habere debet ex materijs quibus materia naſcatur: tunc per iugũ mergi alligariq; ut ſuſtineatur iugo, nõ pẽdeat. Vinculo mox aſtrictus à tertia gẽma alligari, quoniam et ſic coërcetur impetus materiæ. Dẽſioresq; citrà pampini exultãt, cacumẽ religari uetãt. Natura hæc eſt, deiecta pars aut præligata fructũ dat, plurimumq; ipſa curuatura. Qđ citrà eſt, materiẽ mittit, offenſante credo ſpũ, et illa quam diximus medulla. Quæ ita emicuerit materia, fructum dabit anno ſequẽte. Sic duo genera palmitum: Qđ e duro exit, materiamq; in ꝓximum annũ promittit, pampinarium uocatur: at ubi ſupra cicatricẽ eſt, fructuarium. Alterũ ex anniculo palmite, ſemperq; fructuarium relinquitur ſub iugo. Et q uocatur cuſtos. Hic eſt nouellus palmes, nõ longior tribus gẽmis, ꝓximo anno materiã daturus, ſi uitis luxuria ſe cõſumpſerit. Et alius iuxta eũ uerrucæ magnitudine, q ſurũculus appellatur, ſi forte cuſtos ſal

nulq; ꝑeat quãq̃ alia prius q̃ alia conſicit. Quemadmodũ ĩ aĩaliũ genere cor ipſum, in plãtis uero prius quidem radix ꝑuenit, q̃ germina: ſed non adeo ut ſpatiũ quoddam tpis amplũ præcedat, ſed ita ut breue admodum intelligi poſſit. At in alendo et augẽdo nõ alia prius alia poſterius ali reqritur, ſed ſimul quodammodo oĩa tota ſua mole aluntur augenturq;.

lat. Vitis anteq̃ ſeptimum annum cõpleat, à ſurculo euocata ad fructũ * euireſcit, ac moritur. Nec ueterem placet palmitẽ in longum, & ad quartũ uſq; pedamẽtum emitti, qđ alij dracones, alij iuniculos, ut faciant quæ maſculeta appellant. Cũ induruit uitis, peſſimũ in uinea traducere. Quinto anno et ipſi palmites intorquẽtur, ſingulæq; è ſinglĩs materiæ emittũtur, ac deĩde è ꝓximis, prioresq́; amputãtur: ſemper cuſtodẽ relinqui melius. Sed is ꝓximus uiti eſſe debet, nec lõgior q̃ dictũ eſt. Et ſi luxuriauerint palmites, ĩtorqueri: ut quatuor materias, uel duas, ſi uniiuga erit uinea, emittat. Si per ſe uitis ordinabitur ſine pedamento, qualecunque tamen initio adminiculum deſiderabit, dum ſtare condiſcat, & recta ſurgere. Cætera primordia eadẽ. Diuidi aũt putatione pollicis inæquali examine undiq;, ne prægrauet fructus parte aliqua, obiter idẽ deprimens ꝓhibebit in excelſum emicare. Huic uineæ trium pedũ altitudo excelſior nutat, cæteris à q̃nto, dum nõ excedat hoĩs longitudinẽ iuſtam. Iis quoq; quæ ſparguntur in terra, breuis ad innitendũ caueas circundãt, ſcrobibus per ambitum actis, ne uagi palmites inter ſe pugnẽt occurſantes: maiorq; pars terrarũ ita ſupinã in tellure uindemiam metit. Siquidem & in Africa, & in Aegypto Syriaq;, ac tota Aſia, & multis locis Europæ hic mos præualet. Ibi ergo iuxta terram comprimi debet uitis. Eodem modo & tp̃e nutrita radi-

ce, quo

* Euaneſcit, uel ut in quibuſdã legitur, eiuueneſcit.

ce,quo iniugata uinea, ut ſemꝑ tantũ pollices relin quãtur fertili ſolo cũ tribus gẽmis, graciliore qnis: præſtatq; multos eſſe q̃longos. Quæ de natura ſoli diximus,tanto potentiora ſentientur,quanto ꝑpior fuerit uua terræ. Genera ſeparari ac ſingulis cõſeri tractibus utiliſſimũ. Mixtura enim generũ etiam in uino nõ modo iu muſto diſcors. Aut ſi miſceantur,nõ alia q̃ pariter matureſcentia iungi neceſſariũ. Iuga altiora quo lætior ager,& quo planior:Itẽ roſcido, nebuloſo,minusq; uentoſo cõueniunt. Contrà humiliora gracili & arido,æſtuoſo,uentisq; expoſito. Iuga ad pedamentũ q̃arctiſsimo nodo uinciri oportet, uitem leui contineri. Quæ genera uitium,& in quali ſolo cæloq; eſſent conſerenda,cum enumeraremus naturas earum & uinorum,notauimus: De reliquo cultu uehemẽter ambigitur. Pleriq; æſtate tota poſt ſingulos rores confodi iubent uineam. Alij uetant gẽmantem:decuti enim oculos,tactuq; intrantium deteri: & ob id arcendum ꝓcul omne quidem pecus, ſed maxime lanatũ,quoniam facillime auferat gemmas:Inimicos & pubeſcente uua raſtros:ſatisq; eſſe uineã ter anno confodi, ab æqnoctio uerno ad uergiliarum exortũ,et canis exortũ,& nigreſcẽte acino. Quidã ita determinãt:Veterẽ ſemel à uindemia ante brumã, cũ alij ablaqueare & ſtercorare ſatis putent. Iterũ ab Idib. Aprilis anteq̃ concipiat, hoc eſt, VI. Idus Maij. Deinde priusquã florere incipiat,&

Nn iiij cum deflo

ſum defloruerit, et uariante ſe uua. Peritiores affirmāt, ſi iuſto ſæpius fodiatur, in tantū tenereſcere acinos, ut rūpantur. Quæ fodiūtur, ante feruētes horas diei fodiendas cōuenit: ſicuti lutū neq; arare neq; fodere: Foſſione puluerē excitatū, cōtra ſoles nebulaſq; ꝓdeſſē. Pampinatio uerna in cōfeſſo eſt, ab Idibus Maijs intra dies. X. utiq; anteꝗ̃ florere īcipiat, et eā infra iugū debere fieri. De ſequente uariant ſententiæ. Cū defloruerit, aliq pampinandū putāt: alij ſub ipſa maturitate. Sed de his Catonis præcepta decernent. Nanq; et putationū tradēda ratio eſt. Protinus hanc à uindemia, ubi cæli tepor indulget, adoriuntur. Sed hoc fieri nunꝗ̃ debet rōne naturæ ante aqlæ exortū, ut in ſiderū cauſis docebimus ꝓximo uolumīe. Imò uero fauonio, quoniā anceps culpa ſit præproperæ feſtinationis. Si ſaucias recneti medicina mordeat quædā hyemis ruminatio, certū eſt gēmas earū frigore hebetari, plagaſq; findi, & cæli uitio exuri oculos lachryma diſtillante. Nam gelu fragiles fieri quis neſciat? Operarū iſta computatio eſt. In latifundijs uero legitia naturæ feſtinatio: quo maturius putantur aptis diebus, eo plus materiæ fundūt: quo ſerius, eo fructū uberiorē. Quare macras prius conuenit putare, ualidas nouiſſime. Plagā oēm obliquā fieri, ut facile dec dant imbres, & ad terrā uerti, ꝗ̃ leuiſſima cicatrice acie falcis exacta plagaq; conuelata. Recidi autē ſemper inter duas gemmas, ne ſit uul

De re ruſti. c. 33. ubi inqt, uaria fiet ri cœpit, uitē ſubligatóque pāpinatoq;.

ne ſit uulnus oculis in reciſa parte. Nigram eſſe eam exiſtimãt: et donec ad ſyncerã ueniatur, recidẽdam: quoniã è uitioſa materie utilis nõ exeat. Si macra ui tis idoneos palmites non habeat, ad terrã recidi eã, nouosq; elici utiliſſimũ. In pampinatione non hos de trahere pampinos, q cum uua ſint: Id enim uuas ſupplantat, præterq̃ in nouella uinea. Inutiles iudicãtur in latere nati, non ab oculo. Quippe etiam uua quæ naſcatur è duro rigeſcente, ut niſi ferro detrahi non poßit. Pedamentum quidam inter duas uites utilius putant ſtatui, & facilius ablaqueantur ita, meliusq́; eſt uniiugæ uineæ, ſi tamen et ipſi iugo ſint uires, nec ſtatui infeſta regio. In quadripartita q̃ ꝓximum one ri adminiculũ eße debet: ne tamen impedimentũ ſen tiat ablaqueatio, cubito abeße, nõ amplius: ablaquea ri aũt prius q̃ putari iubẽt. Cato de omni cultura ui tium ita præcipit: Quàm altiſſimam uineam facito, alligatoq́; recte, dũ ne nimiũ conſtringas, hocq́; mõ eam curato: Capita uitiũ putata circũfodito, arare incipito. Vltro citroq́; ſulcos ꝑpetuos ducito. Vites teneras q̃primũ ꝓpagato, ueteres q̃minimũ caſtrato. Potius ſi opus fuerit deijcito, biẽnioq́; pòſt præci dito. Vitẽ nouellam reſecari tum erit tẽpus, ubi ualebit. Si uinea ab uite caluata erit, ſulcos interponito, ibiq́; uiuiradicẽ ſerito: Vmbram à ſulcis remoueto, crebroq́; fodito. In uinea ueteri ſerito ocynum. Si macra erit, quod granum capit ne ſcrito, & cir- Capite ·33·

cum capi

cum capita addito ſtercus, paleas uineaceas, aut aliquid horũce. Vbi uinea frondere cœperit, pampinato. Vineas nouellas alligato crebro, ne caulis præfringatur. * Et quæ iã in perticã ibit, eius pãpinos teneros alligato leuiter, porrigitoq́; . Quæ ubi recte ſteterint, ubi uua uaria fieri cœperit, uites ſubligato. Vitis inſitio una eſt per uer, altera cũ uua floret: ea optĩa eſt. Vineã ueterẽ ſi in aliũ locũ transferre uoles, duntaxat brachiũ craßum primũ deputato. Binas gẽmas nec amplius relinquito. Ex radicibus bene effodito. Et caue radices ne ſaucies. Ita uti fuerit ponito in ſcrobe, aut in ſulco, operitoq́; , & bene occultato. Eodemq́; mõ uineã ſtatuminato, alligato, laxatoq́; uti fuerat, crebroq́; fodito. Ocynum quod in uinea ſeri iubet, antiqui appellabant pabulum, umbræ patiens, quod celerrime proueniat.

* Verba Catonis c.33. ita habẽt: Et quæ iam ĩ perticã ibit, eius pãpinos teneros alligato leuiter, corrigitóque, uti recte ſpectẽt. Idẽ tamẽ ſenſus manebit, ſiue corrigitoq́; , ut Cato, ſiue porrigitoq́; , ut Plinius legatur.

Ratio arbuſtorum. Caput .XXIII.

SEquitur arbuſti ratio, mirũ in modũ damnata à Saſerna patre filioq́; , celebrata Scrophæ, uetuſtiſſimis poſt Catonẽ, ꝑitiſſimisq́; , ac ne à Scropha quidẽ, niſi uni Italiæ conceßa, cũ tam longo iudicetur æuo: nobilia uina nõ niſi in arbuſtis gigni, et in his quoq; laudatiora ſummis, ſicut huberiora imis: Adeo excelſitate ꝑficitur. Hac ratiõe et arbores eligũtur. ✠ Prima oĩum ulmus, excepta ꝓpter nimiã frondẽ attinia. Deĩde pópulus nigra, eadẽ de cauſa, minus denſa folio. Non ſpernũt pleriq; et fraxinum

✠ At contrà Colu. l. be arb. c. 16. Vlmus autẽ, inqt, quam attiniã uocant ruſtici, generoſißima eſt & lætißima, multamq́; frondẽ habet. &c.

ficumq́; ,

ficumq́;,et etiã oleã,ſi non ſit umbroſa ramis.Harũ ſatus cultusq́; abunde tractatus eſt.Ante triceſimũ ſextũ mẽſem attingi falce uetantur.Alterna ſeruantur brachia.Alternis putãtur annis.Sexto anno maritantur. Tranſpadana Italia præter ſupradicta, cornu,pópulo,tilia,acere,corno,carpino,quercu,arbuſtat agros:Venetia ſalice,ꝑpter uliginẽ ſoli.Et ulmus detrũcata à media inter ramorũ ſcamna digeritur, nulla ferè.XX.pedũ altiore arbore.Tabulata earũ ab octauo pede altitudinis dilatãtur,ĩ collibus ſiccisq́; agris,à.XII.in cãpeſtribus & humidis.Meridianum ſolẽ ſpectare palmites debent.Rami à ꝑpictu digitorũ modo ſubrigi,tonſili in his tenuiũ quoq; uirgultorũ barba ne obumbrent. Interuallum iuſtũ arborum(ſi aretur ſolũ) quadrageni pedes in terga frontemq́;,in latera uiceni.Si non aretur,hoc in oẽs partes. Singlis denis ſæpe adnutriũt uites,damnato agricola minus ternis.Maritare niſi ualidas inimicum,enecãte ueloci uitiũ incremẽto.Serere tripeda neoſcrobe neceſſariũ,diſtantes inter ſeſe arboremq́; ſingulis pedibus.Nihil ibi malleolis atq; paſtinationi,nulla fodiendi impendia:utpote cum arbuſti ratio hac peculiari dote præſtet,ꝙ in codẽ ſolo ſeri fruges & uitibus ꝓdeſt.Superq́; ꝙ uindicans ſe altitudo,non(ut in uinea)ad arcendas animalium iniurias pariete,uel ſepe,uel foſſarum utiq; impendio muniri ſe cogat in arbuſto.Et prædicta eſt ſola uiuiradicis ratio,

cis ratio, itẽ ꝑpaginum, et hæc gemina, ut diximus. Qualorũ in ipſa tabulato maxĩe ꝓbata, quoniã à pe core tutiſſima eſt. Altera deflexa uite uel palmite iu xta ſuã arborẽ, aut circa ꝓximam cælibẽ. Quod ſu pra terram eſt, è matre radi iubetur, ne fruticet. In terra non pauciores gẽmæ quatuor obruũtur ad ra dicẽ capiendã, extrà in capite binæ relinquuntur. Vi tis in arbuſto quatuor pedes in longo conſtat, oĩ ſulco tres lato, alto duos cũ ſemipede. Poſt annum ꝑpago inciditur ad medullam, ut paulatim radicibus aſſue ſcat ſuis. Caulis à capite ad duas gemmas reciditur. Tertio totus mergus abſciditur, reponiturq; altius in terrã, ne ex reciſo frondeat. Tolli uiui radix à uin demia ꝑtinus debet. Nuꝑ repertum, draconẽ ſerere iuxta arborẽ: ita palmitẽ appellamus emeritũ, pluribusq; induratum annis. Hunc præciſum q̃maxima amplitudĩe tribus ꝑtibus longitudinis deraſo cortice quatinus obruatur, unde & raſilẽ uocant, deprimere ſulco, reliqua parte ad arborẽ erecta, ocyſſimum in uite. Si gracilis ſit uitis aut terra, uſitatũ eſt q̃pro xime ſolum decidi, donec firmetur radix: ſicut neq; roſcidam ſeri, neq; ſeptẽtrionis flatu. Vites aquilonẽ ſpectare debent ipſæ, palmites aũt earundẽ ad meridiem. Non eſt feſtinandum ad putationem nouellæ, ſed primo in circulos materies colligenda, nec niſi ua lidæ putatio admouẽda. Seriora ferè anno ad fructũ arbuſta, q̃ uitis iugata. Sunt qui oĩno putari uetant, priusq̃ ar

priuſq̃ arborum longitudinẽ æquauerit. Prima *falce ſex pedes à terra recidatur, flagello infrà relicto, & naſci coacto in curuatione materiæ.* Tres *ei gemmæ nõ amplius deputato ſupſint. Exq; his emiſſi palmites ꝓximo anno imis inferantur ſcamnis, ac ꝑ ſingulos annos ad ſuperiora ſcandant, relicto ſemꝑ duramento in ſingulis tabulatis, & emiſſario uno, qui ſubeat uſq; quo placuerit.* De *cætero putatione oĩ, flagella quæ ꝓxĩe tulerint recidantur.* Noua *circũciſis undiq; capreolis aſꝑgantur in tabulatis.* Vernacula *putatio deiectis ꝑ ramos uitiũ crinibus circumueſtit arborẽ, crineſq; ipſos uuis:* Gallica *in traduces porrigitur.* Aemiliæ *uiæ in ridicas attiniarũ ambitu frõdem earum fugiens.* Eſt *quorundã impitia ſub ramo uinculo ſuſpendendi ſuffocantium iniuria, quando cõtineri debet uimine, non arctari.* Quinimo *etiã q̃bus ſalices ſupſunt, molliore hoc uinculo facere malunt, herbaq; quam ſiculi uocant ampelodeſmon.* Græcia *uero uniuerſa iunco, cypero, ulua.* Liberam *quoq; uinculo ꝑ aliquot dies uagari, et inconditam ſpargi, atq; in terra quam per totum annum ſpectauerit recumbere.* Nanq; *ut ueterina à iugo, & canes à curſu uolutatio iuuat, ita tũ & uitium porrigi lumbos.* Arbor *quoq; ipſa gaudet aſſiduo leuato onere ſimilis reſpiranti.* Nihil *eſt in opẽ naturæ, quod non exẽplo dierum noctiumq; aliquas uices feriarũ uelit.* Ob *id ꝓtinus à uindemia putari, & laſſas etiamnũ fructu*

edito, im

edito, improbatur, ut putatæ rurſus alligētur alio lo co. Nanq; orbita uinculi ſentitur uexatiōe nō dubia. Traduces gallica cultura binis utrinq; lateribus, ſi pedū quadrageno diſtent ſpatio, quaternis uiceno, in ter ſe obuij miſcētur alligāturq;, uno cōciliati uir gultorū comitatu, obiter ligati qua deficiant. Aut ſi breuitas non patiatur ipſorū, adalligato ꝓtēduntur in uiduā arborē iunco. Traducē bimū præcidere ſo lebant. Oneratis enī uetuſtate melius donare tēpus ut tranſilē faciāt, ſi largiatur craſſitudo, aliâs utile toros futuri draconis paſci. Vnū etiamnū genus eſt mediū inter hæc & ꝓpaginē, totas ſupplantandi in terrā uites, cuneiſq; findendi, & in ſulcos, plures ſi mul ex una ꝓpagandi, gracilitate ſingularū firma ta circumligatis haſtilibus, nec reciſis q à lateribus excurrunt pampinis. Nouarienſis agricola traducū turba non contentus, nec copia ramorum, impoſitis etiamnum patibulis palmites circūuoluit. Itaq; præ ter ſoli uitia, cultura quoq; torua fiunt uina. Alia cul pa iuxta urbē uaracinis, quæ alternis putantur an nis, non qa id uiti cōducat, ſed qa uilitate redituum impendia exuperent. Mediū tempamentum in Car ſeolano ſequūtur, carioſaſq; tantum uitis partes in cipiētes marceſcere deputando: cæteris ad uuam re lictis detracto onere ſuperuacuo ꝓ nutrimento omnī eſt raritas uulneris. Sed niſi pingui ſolo talis cultura degenerat in labruſcā. Arbuſta arari ǭaltiſſime de ſiderant,

ſederant, et ſi tantũ frumẽti rõ non exigit. Pampinari ea nõ eſt moris, & hoc compendiũ opæ. Deputantur cũ uite pariter interlucata denſitate ramorũ, q ſint ſuperuacui, et abſumant alimenta. Plagas ad ſeptentrionem, aut ad meridiẽ ſpectare uetuimus. Melius ſi neq; in occaſus ſolis. Diu enim dolẽt talia quoq; ulcera, & difficile ſaneſcunt, algẽdo minus æſtuandóue. Non eadem in uite quæ in arbuſtis libertas, quoniam certa latera eſt facilius abſcondere, quàm detorquere quò uelis. Plagas in arborum tonſura ſupinare uelut calices faciendi ne conſiſtat humor. Viti adminicula addenda quæ ſcandat apprehenſa, ſi maiores ſint.

De ſeruandis uuis, & morbis arborum.

Caput .XXIIII.

Vitium generoſarum pergulas quinquatribus putãdas, et quarũ ſeruare uuas libeat, decreſcente luna tradunt. Quæ uero interlunio ſint putatæ, nullis aĩalium obnoxias eſſe. Alia rõne plena luna noctu tondẽdas, cũ ſit ea in leone, ſcorpione, ſagittario, tauro, atq; in totũ ſerẽdas plena aut creſcẽte, utiq; cẽſent. Sufficiunt in Italia cultores deni in centena iugera uinearũ. At abunde de ſatu cultuq; arborum tractato, quoniã de palmis ac cytiſo peregrinis arboribus affatim diximus, ne qd deſit, indicãda reliqua natura ſit, magnopere pertinens ad oĩa ca. Infeſtantur nanq; et arbores morbis. Quid enĩ genitũ caret his

De morbis arborum habes Theoph. l. 4. c. 15. Ac rurſus li. 5. de cauſis plantarum, c. 9. ac ſequentibus deĩde capitib. aliquot.

caret his malis? Et ſylueſtriũ quidẽ pnicioſos negant eſſe, uexariq; tantum grandine in germinatione aut flore. Aduri quoq; feruore, aut flatu frigidiore præ poſtero die q̃ ſuo. Frigora etiam ꝓſunt ut diximus. Quid ergo? nõne & uites algore intereunt? Hoc qui dem eſt quo deprehendatur ſoli uitium, quoniam nõ euenit niſi ĩ frigido. Itaq; per hyemes cæli rigorem ꝓbamus. Non enim ſolum infirmiſſimæ arbores gelu periclitantur, ſed maximæ, uexatiſque ita prima cacumina inareſcunt, quoniam præſtrictus gelu non potuit eò peruenire humor. Arborũ quidam cõ munes morbi, quidam priuati generũ. Cõmunis uer miculatio eſt, ſideratio, & dolor membrorum. Vnde partium adhibita ſocietate noĩm quoq;, cum hominum miſerijs trũca dicimus certe corpora, et ocu los germinum exuſtos, ac multa ſimili ſorte, itaq; la borant & fame & cruditate, quæ fiũt humoris quãtitate. Aliquæ uero et obeſitate, ut oĩa quæ ferunt re ſinam, nimia pinguedine in tædam mutantur, & cũ radices quoq; pingueſcere cœpere, intereunt: ut ani malia nimio adipe, aliquando & peſtilentia per genera, ſicut inter hoĩes, nunc ſeruitia, nunc plebes urbana et ruſtica. Vermiculantur magis minúsue quædam, oẽs tamen ferè, idq́; aues caui corticis ſono experiuntur. Iam quidẽ & in hoc luxuria eſſe cœpit, prægrandesq́; roborum delicatiores ſunt cibo (coſſos uocant) atq; etiam farina ſaginati. Ii quoq; altiles fiunt.

les fiunt. Maxime aũt arborũ hæc ſentiunt piri, mali, fici. Minuſq; quæ amaræ ſunt et odoratæ. Eorum qui in ficis exiſtunt, alij naſcuntur ex illis, alios parit q uocatur ceraſtes. Omnes tamẽ in ceraſtẽ figurantur, ſonumq; edunt paruuli ſtridoris. Et ſorbus arbor infeſtatur uermiculis rufis piloſis atque ita emoritur. Meſpilus quoque in ſenecta obnoxia ei morbo eſt. Sideratio tota è cælo conſtat. Quapropter & grando in ijs cauſis intelligi debet, & carbũculatio, quod pruinarũ iniuria euenit. Hæc enĩ uerno tepore inuitatis et erũpere audẽtibus ſatis mollibus inſidẽs, adurit lacteſcẽtes germinũ oculos, qđ in flore carbũculũ uocant. Pruinæ pernicioſior natura, quoniã lapſa perſidet, gelatq;, ac ne aura quidem ulla depellitur, quia non fit niſi immoto aëre et ſereno. Propriũ tamẽ ſiderationis eſt ſub ortu canis ſiccitatũ uapor, cum inſitæ ac nouellæ arbores moriuntur, præcipue ficus, & uites. Olea præter uermiculationem quam æque ac ficus ſentit, clauũ etiã patitur, ſiue fungum placet dici uel patellã. Hæc eſt ſolis exuſtio. Nocere tradit Cato et rubrũ muſcũ. Nocet plerunq; uitibus atq; oleis nimia & fertilitas. Scabies cõis oĩum eſt. Impetigo & quæ adnaſci ſolẽt cochleæ, peculiaria fi corum uitia: Nec ubiq;. Sunt enim quædã ægritudines & locorum. Verum ut homini neruorũ cruciatus, ſic & arbori, ac duobus æque modis. Aut enim in pedes, hoc eſt radices erũpit uis morbi, aut in ar-

Ca. 6. de quo et ſuprà li. 15. c. 5. Cõfirmat hoc ipſum M. Var. li. 1. ca. 27.

Oo ticulos,

ticulos, hoc eſt cacuminũ digitos, qui lõgiſsime à toto corpore excunt. Inarcſcunt ergo, & ſunt apud græcos ſua noĩa utrique uitio. Vndiq; primo dolor, mox & macies earũ partiũ fragilis, poſtremo tabes morbusq; nõ intrãte ſucco, aut nõ pueniente, maximeq; id fici ſentiũt. Caprificus omnibus immunis eſt, quæ adhuc diximus. Scabies gignitur roribus lentis poſt uergilias. Nam ſi rariores fuere, perfundunt arborem, nõ ſcalpunt ſcabie. Cæterum ſi cadunt, ſiue imbres nimij fuere: alio modo ficus laborat radicibus madidis. Vitibus præter uermiculationẽ & ſiderationem morbus peculiaris articulatio tribus de cauſis. Vna, ui tempeſtatũ germinibus ablatis. Altera, ut notauit Theophraſtus, in ſupinum exciſis. Tertia, culturæ imperitia læſis. Oẽs enim earum iniuriæ in articulis ſentiuntur. Siderationis genus eſt in his deflorẽſcentibus roratio. Aut cum acini priuſquã creſcant, decoquuntur in callũ. Aegrotant & cũ alſere, læſis uredine attõſarum oculis. Ex calore hoc euenit intẽpeſtiuo, quoniã oĩa modo cõſtant, certoq; temperamento fiunt. Et culpa uinitorũ colentiũ, cum præſtringũtur ut dictũ eſt. Aut circũfoſſor iniurioſo ictu uerberauit. Vel etiã ſubarator imprudẽs laxauit radices, corpúsue diſquamauit. Eſt & quædã contuſio falcis hebetioris. Quibus oĩbus cauſis difficilius tolerant frigora aut æſtus, quoniã in ulcus penetrat oĩs à foris iniuria. Infirmiſsima uero malus, maximeq; quæ dul-

Li. 4. c. 15. de hiſt. plan. ut ſupra annotatũ eſt circa huius capitis principium.

quæ dulcis eſt. Quibuſdã debilitas ſterilitatẽ nõ necem affert, ut ſiqs pino cacumen auferat uel palmæ. Sterileſcunt enim, nec moriũtur. Aegrotant aliquando & poma ipſa p ſe ſine arbore, ſi neceſſarijs tẽporibus imbres aut tepores uel afflatus defuere, aut cõtrario abundauere. Decidunt enim aut deteriora fiunt. Peßimum inter oĩa cum defloreſcentẽ uitem & oleam pcutit imber, quoniam ſimul defluit fructus. Sunt eadẽ cauſa naſcentes & erucæ dirum aĩal, cro duntq; frondẽ, aliæ florem: oliuarũ quoq;, ut in Mileto, ac depaſtam arborẽ turpi facie relinquunt. Naſcitur hoc malum tpe humido & lẽto. Fit aliud ex eodem ſi ſol acrior inſecutus inuſſerit ipſum uitium, ideoq; mutauerit. Eſt etiamnũ peculiare oliuis & uitibus, qđ araneum uocant, cum ueluti telæ inuoluunt fructũ et abſumunt. Adurunt & flatus quidam eas maxime, ſed et alios fructus. Nam uermiculationem, & poma ipſa per ſe qbuſdam annis ſentiũt, mala, pira, meſpila, punica. In oliua ancipiti euẽtu, quãdo ſubeunt nati, fructũ adimunt: augent, ſi in ipſo nucleo fuere erodẽtes eum. Gigni illos phibent pluuiæ, quæ fiunt poſt Arcturũ. Eædem ſi auſtrinæ fuere, generant. In drupis quoq;, quæ matureſcentes tũc ſunt præcipue caducæ. Id riguis magis euenit, etiam ſi nõ ceciderint, faſtidiendis. Sunt et culicum genera aliquibus moleſta, ut glandibus, fico, qui uidẽtur ex humore naſci, tunc dulci ſubdito corticibus. Et ægro-

tatio quidem ferè in his eſt. Quædam tp̄m cauſæ, aut locorũ, non ꝑprie dicuntur morbi, quoniã ꝑtinus nẽ cant, ſicut tabes cũ inuaſerit arborẽ, aut uredo: uel flatus alicuius regionis ꝑprius, ut eſt in Apulia *atabulus, in* Euboēa *olympias. Hic enĩ ſi flauerit circa brumam, exurit frigore areſaciens, ut nullis ſolibus poſtea recreari poſſint.* Hoc genere *cõualles & appoſita fluminibus laborant, præcipueq́; uitis, olea, ficus. Qđ cũ euenerit, detegitur ſtatim in germinatione: in oliuis tardius. Sed in oĩbus ſignũ eſt reuiuiſcendi, ſi folia amiſere: alioquin quas putes præualuiſſe, moriũtur.* Nonnunq̃ *inareſcunt folia, eadẽq́; reuiuiſcunt. Aliæ in ſeptẽtrionalibus, ut in* Põto, Phrygia, *frigore aut gelu laborant, ſi poſt brumã cõtinuauere.* XL. *diebus.* Ibi *aũt & in reliq̃s partibus, ſi ꝑtinus editis fructibus gelatio magna cõſecuta eſt, etiã paucis diebus necat.* Quæ *iniuria hoĩm conſtant, ſecundas habẽt cauſas.* Pix, *oleũ, adeps inimica præcipue nouellis.* Cortice *in orbẽ detracto necantur, excepto ſubere, qđ ſic etiã iuuatur.* Craſſeſcens *enim præſtringit et ſtrangulat.* Nec *adrachne offenditur, ſi non ſimul incidatur & corpus.* Alioquin *& ceraſus, & tilia, & uitis corticẽ mittunt, ſed nõ uitalem, nec ꝓximum corpori, uerũ eum qui ſubnaſcẽte alio expellitur.* Quarundã *natura rimoſus cortex, ut platanis.* Tiliæ *renaſcitur paulo minus q̃ totus.* Ergo *his quarum cicatricẽ trahit, medentur luto fimoq́; : &*

aliquando

aliquando pſunt, ſi nõ uehemẽtior frigorũ uel calorum uis ſecuta eſt. Quędã tardius ita moriuntur, ut robora et quercus. Refert & tẽpus anni Abieti enĩ & pino ſi quis detraxerit ſole taurum uel geminos tranſeunte cũ germinant, ſtatim moriuntur. Eadem iniuriam hyeme paſſæ diutius tolerãt. Similiter ilex & robur, et quercus. Quod ſi anguſta decorticatio fuerit, nihil nocet ſupradictis. Infirmiores quidem et in ſolo gracili, uel ab una tantũ parte detractus interimit. Similẽ & decacuminatio rationẽ habet cupreſſi, piceæ, cedri. Eæ enim detracto cacumine, aut ignibus aduſto intereunt. Similẽ & depaſtio dĩaliũ. Oleam quidẽ, etiam ſi lambat capra, ſterileſcere, au tor eſt * Varro, ut diximus. Quędã hac iniuria moriuntur. Aliqua deteriora fiũt, ut amygdalæ: ex dulcibus enim transfigurantur in amaras. Aliqua uero etiam utiliora, ut apud Chios pirus, quã phocida appellant. Nam detruncatio diximus quibus pdeſſet. Intereunt pleraq; exciſa ſtirpe, exceptis uite, malo, fico, punica. Quædam uel ab ulcere. Ficus hanc iniuriam ſpernit, & oĩa quæ reſinam gignunt. Radicibus amputatis mori, minime mirum eſt. Pleræque tamen non omnibus, ſed maximis, aut quæ ſunt inter illas uitales abſciſſis, moriũtur. Necat inuicem inter ſeſe umbra, uel denſitate atque alimenti rapina. Necat & edera uinciens. Nec uiſcum prodeſt & cytiſus, nec auro, quod halimon Græci uocant. Quorundam na-

* Libro. I. ca. 3. Sicque factum, inquit eſt, ut Libero patri uitis rep tori hirci ĩmo larentur. Con trà Mineruæ caprini generis nihil ĩmola rent ꝓpter oleam, q; eã, quã læſerit, fieri di cunt ſterilẽ: ut ſupra lib. 15. ca. 8.

Sic The. li. 4. de plan. hiſto. c. 19. Moleſt...

inquit, et edera adnaſcens ac uinciens. Et de cæteris ſe-rè eadẽ ibi, q̃ Pli. hic ſcribit.

dam natura non necat quidẽ, ſed lædit odore, aut ſucci mixtura, ut rhaphanus & laurus uitẽ. Olfactrix enim intelligitur, & tangi eam odore mirum in modum. Ideoq; cum iuxtà ſit, auerti & recedere, ſapo remq; inimicum fugere.. Hinc ſumpſit Androcides medicinam cõtra ebrietates, rhaphanũ mandi præcipiens. Odit & caulẽ & omne olus. Odit & corylum, niſi ꝓcul abſint, triſtis atque ægra. Nitrum quidem & alumẽ, marina aqua calida, et fabæ putamina uel erui, ultima uenena ſunt inter uitia arborũ.

De uarijs ꝓdigijs ſiue oſtentis in arboribus, deq; olueto publicam uiam olim tranſgreſſo.

Caput .XXV.

De oſtentis arborum, uide Theoph. li. 2. ca. 4. de plãt. hiſtoria.

EST & ꝓdigijs locus. Inuenimus enim ſub folijs natas uitẽ, ficum, & malumpunicũ ſtirpe fructum tuliſſe non palmite aut ramis, uitem uuas ſine folijs, oleas quoq; amiſiſſe folia baccis hærentibus. Sunt & miracula fortuita. Nam & oliua in totum ambuſta reuixit, & in Bœotia deroſæ à locuſtis ficus iterum germinauere. Mutantur & arbores & colore, fiuntq; ex nigris candidæ, non ſemper ꝓdigioſæ, & maxime quæ ex ſemine naſcuntur, ut populus alba in nigrã tranſit. Quidam & ſorbũ ſi in calidiora loca uenerit, ſterileſcere putant. Prodigio aũt fiunt ex dulcibus acerba poma, aut dulcia ex acerbis, è caprifico fici et cõtrà: graui oſtẽto, cum in deteriora

teriora mutantur, ex olea in oleaſtrū: ex cādida uua & fico in nigras, ut Laodiceæ Xerxis aduentu platano in oleā mutata: qualibus oſtētis Ariſtandri apd Græcos uolumē ſcatet, ne in infinitū abeamus: apud nos uero C. Epidij cōmentarij, in quibus arbores locutæ reperiantur. Subſedit in Cumano arbor graui oſtento, paulo ante Pōpeij Magni bella ciuilia, paucis ramis eminētibus. Inuentū Sibyllinis libris internicionem hoīm fore, tantoq; eam maiorē, quanto ꝓpius ab urbe poſtea facta eſſet. Sunt ꝓdigia & cum alienis locis naſcuntur, ut in capitibus ſtatuarum uel aris, et cum in arboribus ipſis alienæ. Ficus in lauro nata eſt Cyzici ante obſidionē. Simili modo Trallibus palma in baſi Cæſaris dictatoris circa bella ciuilia eius. Necnon & Romæ in Capitolio in capite bis bello Perſci enata palma, uictoriā triumphosq; portendit: ac tempeſtatibus ꝓſtrata, eodē loco ficus enata eſt, M. Meſſalæ, C. Caßij cenſorum luſtro. A quo tēpore pudicitiam ſubuerſam Piſo grauis autor ꝓdidit. Super omnia quæ unq̄ audita ſunt, etiā ꝓdigium in noſtro æuo Neronis principis ruina factum in agro Marrucino Vectij Marcelli è primis equeſtris ordinis, olineto uniuerſo uiā publicā tranſgreſſo, aruisq; inde è contrario in locum olineti ꝓfectis.

De remedijs morborum arborum.

Caput .XXVI.

NVnc expoſitis arborū morbis, cōſentaneum

eſt dicere & remedia. Ex his quædam ſunt communia omnium, quædam propria quarundam. Communia, ablaqueatio, accumulatio, afflari radices, aut eo operiri riguis dato potu, uel ablato fimi ſucco refectis, putatione leuatis onere. Item ſucco emiſſo quibuſdam ueluti detractio ſanguinis circumraſi corticis, uitium extenuatio, et domitura palmitum. Gemmas ſi frigus retorridas hirſutasq; fecerit, repumicatio, & quædam dolitura. Arborum ijs aliæ magis, aliæ minus gaudent; ueluti cupreſſus & aquam aſpernatur & fimum, & circumfoſſuram amputationemq;, & omnia remedia odit: quinetiam necatur. Riguis & uites, & punicæ præcipue aluntur. Ficus ipſa arbor riguis alitur, pomum uero eius inareſcit. Amygdalæ ſi colantur foſſione, florem amittunt. Nec inſitas circumfodere oportet, priusquàm ualidæ ferre cœperint poma. Plurimæq; autem amputari ſibi uolũt oneroſa ac ſuperuacua, ſicut nos unguem & capillum. Reciduntur ueteres totæ, ac rurſus à ſtolone aliquo reſurgunt, ſed nõ oẽs, nec niſi quarum naturã pati diximus. Rigua æſtiuis uaporibus utilia, hyeme inimica, autumno uaria. Et hoc eſt ex natura ſoli, quippe cum uindemiator Hiſpaniarum ſtagnante ſolo uuas demetat. Cæterũ maiore in parte orbis etiam pluuia aut omni aqua ſeri & arari nõ conuenit. Circa canis ortus rigua maxime proſunt, ac ne tunc quidem nimia, quoniam inebriatis radicibus no-

bus nocẽt. Etætas modum temperat. Nouellæ enim minus ſitiunt. Deſiderant autem maxime rigari quæ aſſueuere. Contrà ſiccis locis genita nõ expetunt humorem niſi neceſſariũ. Aſperiora uina rigari utique cupiũt. In Sulmonẽſi Italiæ agro pago Fabiano, ubi & arua rigantur, mirum q̃ herbæ aqua illa necantur, fruges aluntur, & riguis pro ſarculo eſt. In eodem agro bruma, tanto magis ſi niues ſcateant geléue, ne frigus uites adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare uocant, memorabili natura in amne ſolo. Sed eadẽ in æſtate uix tolerandi rigoris.

De ſcarificatione, et ſtercoratiõe. Ca. XXVII.

CArbũculi ac rubiginum remedia demõſtrabimus uolumĩe ꝓximo. Interĩ eſt et ſcarificatio quædã in remedijs: cũ macie corticis ex ægritudine aſtringente ſe iuſto plus, uitalia arborũ cõprimente, exactã falcis aciẽ utraq; manu ĩprimentes, ꝑpetuis inciſuris deducũt, ac ueluti cutẽ laxãt. Salutare id fuiſſe, argumẽto ſunt dilatatæ cicatrices, et internato corpe expletæ. Magnaq́; ex ꝑteſilis hoĩm medicina et arborũ eſt, quãdo earũ quoq; terebrãtur oſſa. Amygdalæ ex amaris dulces fiũt, ſi circũfoſſo ſtipite, & una ꝑte circũforato deflũes pituita abſtergatur: et ulmis detrahitur ſuccus ĩutilis ſupra terrã, foratis uſq; ad medullã ĩ ſenecta, aut cũ alimẽto nimio abundãte ſentiũtur. Idẽ et ficorũ turgido corticeĩciſuris in obliquum leuibus emittitur. Ita fit ne decidãt fructus. Po-

ctus. Pomiferis quæ germinant, nec ferũt fructum, ſiſſa radice inditur lapis, fertileſq; fiunt. Hoc idem & amygdalis, è robore cuneo adacto. In piris ſorbiſq; è tæda, ac cinere, & terra cooperto, etiam radices circuncidiſſe prodeſt. Vitium luxuriantium ſi corumq;, & circunciſis cinerẽ addidiſſe. Fici ſerotinæ fiu.:t, ſi primæ groſſi, cum fabæ magnitudinẽ exceſſere, detrahantur. Subnaſcuntur enim quæ ſerius matureſcunt. Eædem cum frondere incipiunt, ſi cacumina rami cuiuſq; detrahãtur, firmiores fertilioréſq; fiunt. Nã *caprificatione maturata, in ea culices naſci è großis manifeſtum eſt: quoniam cũ euolauere, non inueniuntur intus grana, quæ in eos uerſa apparet. Exeũdi tanta eſt auiditas, ut pleriq; aut pede relicto aut penna pariter erũpant. Eſt & aliud genus culicũ, quos uocãt centrinas, fucis apum ſimiles, ignauia maliciaq; cum pernicie uerorum & utiliũ. Interimunt enim illos, atq; ipſi moriuntur. Vexant et tineæ ſemina ficorum. Contra quas remedium, in eadem ſcrobe defodere Italicam lentiſcum, inuerſa parte quæ fuerit à cacumine. Huberrimas aũt ficus rubrica amurca diluta, & cũ fimo infuſa radicibus frondere incipientium facit. Caprificorũ laudantur poſt maxime nigræ, & in petroſis, quoniã ♣ grana plurima habeat caprificatio ipſa poſt imbrẽ. In primis aũt cauendũ, ne ex remedijs uitia fiant, quod euenit nimia aut intempeſtiua medicina. Interlucatio arboribus

♣ Grana, nõ frumenta legitur ex Theophraſto li. 2. c. 9. Laudantur, ĩqt, caprifici, ſed potißimũ nigræ, ex locis ortæ ſaxoſis, ob rationẽ, qđ pmulta iſtæ grana contineant.

* Vide nũ hic caprificatiõe potius, an ſcarificatione legendũ ſit. Sed cũ de ficub. et earũ remedijs poſt aliarum quarundã arborũ remedia in hoc ipſo ca.

ribus pdeſt, ſed oĩum annorum trucidatio inutiliſſima. Vitis tantum tonſuram annuam quærit, alternã myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticeſcũt. Cæteræ rarius tondentur: Nulla autũno. Ac ne raduntur quidem, niſi uere putatiõe. Plagæ ad uitalia ſunt omnia quæcunq; non ſupuacua. Similis ſtercoratio. Gaudent ea, ſed cauendum eſt ne in feruore ſolis admoueatur, ne immaturius, ne ualidius quã opus ſit. Vrit uineas ſuillum, niſi quinquẽnio interpoſito, præterquam ſi riguis diluatur. Et ẽ coriariorum ſordibus niſi admixta aqua: Item largius. Iuſtum exiſtimant in denos pedes quadratos tres modios. Id quidẽ ſoli natura decernit. Columbino ac ſuillo plagis quoq; arborum medentur. Si mala punica acida naſcantur, ablaqueatis radicibus fimũ ſuillum adhibent: eo anno uiolenta, pximo dulcia futura. Alij urina hoĩs ab aqua mixta riganda cẽſent quater anno, ſingulis amphoris, aut cacumina ſpargi uino laſere diluto. Si findantur in arbore, pediculum intorqueri. Ficis utiq; amurcam affundi. Cæteris arboribus ægris fæcem uini ac lupinum circa radices earũ ſeri. Aqua quoq; lupini decocti circumfuſa pomis prodeſt. Fici cum uulcanalibus tonuerit cadent. Remedium eſt, ut ante ſtipula hordeacea areæ ſtringantur. Ceraſus præcoces facit, cogitq; matureſcere calx admota radicibus. Et hæc ante omnia poma interuelli melius eſt, ut quæ relicta ſunt grandeſcant.

loq cœpit, ea prificatione le gẽdũ uidetur, q̃ et ipſa ſcarificatio q̃dã ẽ. Cur aũt caprificatio in ficorũ tantũ remedia et palmarũ ex ſiltudĩe quadã inuenta ſit, docet The. li. 2. de cauſis plant. ca. 13. Quare haud re qbuſdã am uiſũ eſt, caput hoc inſcribendum de ſcarificatione, q̃ oĩb. ferè arborib. cõis eſt, licet obiter in eodẽ de caprificatione mentio fiat.

De diuerſis medicamentis arborum contra uenenata animalia, & contra formicas, & contra noxia animalia. Ca. .XXVIII.

QVædam pœna emendantur, aut morſu excitantur, ut palmæ & lentiſci. Salſis enim aqs aluntur. Salis uim & cinis, ſed leniorē habet. Ideo ficis aſperguntur rutaq́; ne fiant uerminoſæ, néue radices putreſcant. Quin & uitiū radicibus aquā ſalſam iubent affundi, ſi ſint lachrymoſæ. Si uero fructus earum decidant, cinerē aceto aſpergi, ipſasq́; illini, aut ſandaracha, ſi putreſcat uua. Si uero fertiles non ſunt, aceto acri ſubacto cinere rigari atq; oblini. Quod ſi fructum non maturēt, prius inareſcentē præciſarū ad radices plagam fibrasq́; aceto acri & urina uetuſta madefacere, atq; eo luto obruere, ſæpe fodere. Olearum, ſi parum ꝓmiſere fructus, nudatas radices hyberno frigori opponunt, eaq́; caſtigatione ꝓficiunt. Omnia hæc annua cæli ratione conſtant. Et aliquando ſerius poſcuntur, aliquando celerius. Necnon ignis aliquid ꝓdeſt, ut harūdini. Ambu-
Ed. 36. ſta nanq; denſior mitiorq́; ſurgit. Cato et medicamēta quædā componit, menſuræ quoq; diſtinctione. Ad maiorū arborū radices amphoram, ad minorum urnam amurcæ, et aquæ portionē æquam, ablaqueatis prius radicibus paulatim affundi iubēs. In olea hoc amplius, ſtramentis antea circumpoſitis: Item fico. Huius præcipue ueterē terrā adaggerari radicibus, ita futurū

ita futurum ut non decidant groſſi, maiorq; fœcũditas nec ſcabra proueniat. Simili modo ne conuoluolus fiat in uinea, amurcæ congios duos decoctos in craſſitudinẽ mellis, rurſusq; cum bituminis tertia parte et in ſulphuris quarta ſub dio coquito ne excãdeſcat ſub tecto. Hoc uites circa capita ſub brachijs ungi, ita non fore conuoluolum. Quidã contenti ſunt fumo huius mixturæ ſuffire uineas ſecundo flatu continuo triduo. Pleriq; non minus auxilij & alimenti arbitrantur in urina q̃ Cato in amurca, addita mõ aquæ pari portione, quoniã per ſe noceat. Alij uoluocẽ appellant animal prærodens pubeſcentes uuas: quod ne accidat, falces cum ſint exacutæ fibrina pelle detergũt, atq; ita putãt. Aut ſanguine urſino liniri uolunt poſt putationẽ eaſdem. Sunt arborum peſtes & formicæ. Has abigunt rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus. Necnon & piſce ſuſpenſo iuxtà in unum locum congregant. Aut lupino trito cũ oleo radices linunt. Multi & talpas amurca necant, contraq; erucas & mala ne putreſcant, lacertæ uiridis pelle tangi cacumina iubent. Priuatim autem cõtra erucas ambiri arbores ſingulas à muliere incitati menſis nudis pedibus recincta. Item ne quod animal paſtu malefico decerpat frondem, fimo boum diluto aſpergi folia, quotiens imber interueniat, quoniam ita abluatur uirus medicaminis: mira quædam excogitante ſolertia humana. Quippe cum auerti carmine grã-

Ex Catõe cã. 95. hoc deſumptum eſt.

mine grandines credant pleriq;,cuius uerba inſerere non equidem ſerio auſim,quanq̃ à Catone prodita,cōtra luxata membra iniungenda harundinum fiſſuræ.Idem arbores religioſas lucosq; ſuccidi permiſit ſacrificio prius facto,cuius rei rationem notionemq; eodem uolumine tradit.

Cap.160.cuius uerba ita habent: Luxū ſi quod eſt, ut excantes, hac cantione ſanū fiet.Harundinē prende tibi uiridē,pedes quatuor aut quinq; lōgam, mediā diffinde.&c.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XVIII.

PROOEMIVM.

Quod antiquis maximum ſtudium agriculturæ fuit,& de hortorum ſingulari diligentia.

Caput .I.

SEquitur natura frugū hortorumq; ac florum, quæq; alia præter arbores aut frutices benigna tellure proueniunt,uel per ſe tantum herbarum immenſa contemplatione,ſi quis æſtimet uarietatē,numerū,flores,odores,coloresq;, et ſuccos ac uires earum,quas ſalutis aut uoluptatis hominum gratia gignit: qua in parte primū omniū patrocinari terræ,& adeſſe cunctorū parēti iuuat, quanq̃ inter initia operis defenſæ. Quoniam tamen ipſa materia intus accendit ad reputationē eiuſdem parientis et noxia,noſtris eam criminibus urgemus, culpamq;

Suprà li.2 .c. .63.

culpamq; noſtrã illi imputamus. Genuit uenena, ſed quis inuenit illa præter hoĩem? Cauere ac refugere alitibus ferisq; ſatis eſt. Atq; cũ in arbores exacuãt limentq; cornua elephanti, & duro ſaxo rhinocerotes, et utroq; apri dentiũ ſicas, ſciantq; ad nocendũ ſe præparare aĩalia, quod tamen eorũ tela ſua excepto hoĩe uenenis tingit? Nos & ſagittas ungimus, et ferro ipſi nocentius aliqd damus. Nos et flumina inficimus & rerũ naturæ elementa. Ipſum quoq; quo uiuitur aërem in perniciẽ uertimus. Neq; eſt ut putemus ignorari ea ab aĩalibus, quæ quidẽ quæ præpararent cõtra ſerpentiũ dimicationẽ, quæ poſt præliũ ad medendũ excogitarent indicauimus. Nec ab ullo præter hominem uenẽo pugnatur alieno. Fateamur ergo culpã, ne ijs quidẽ quæ naſcuntur contenti: etenim quando plura earũ genera humana manu fiũt. Quid? non et hoĩes quidẽ ad uenena naſcũtur? Atra hoĩm ceu ſerpentiũ lingua uibrat, tabesq; animi contrectata adurit culpantiũ omnia: ac dirarum alitũ modo, tenebris quoq; & ipſarum noctiũ quieti inuidentiũ gemitu (quæ ſola uox eorũ eſt) ut inauſpicatarum animantium uice obuij quoq; uetent agere, aut ꝓdeſſe uitæ. Nec ullũ aliud abominati ſpiritus præmium nouere, q̃ odiſſe omnia. Verum et in hoc eadẽ naturæ maieſtas tãto plures bonos genuit ac frugi, quanto fertilior in ijs quæ iuuant aluntq; : quorum æſtimatione et gaudio nos quoq;, relictis æſtuationi

ſuæ iſtis

ſuæ iſtis hoĩm turbis pgamus excolere uitã:eoq; cõ ſtantius, quo opæ nobis maior q̃ famæ gratia expeti tur. Quippe ſermo circa rura eſt, agreſteſq; uſus, ſed qbus uita honoſq; apud priſcos maximus fuerit.

Quæ corona primo Romæ. Caput .II.

A Ruorum ſacerdotes Romulus in primis inſti tuit, ſeq; duodecimũ fratrẽ appellauit inter illos, ab Acca Laurentia nutrice ſua, ſpicea corona quæ uitta alba colligaretur, in ſacerdotio ei ꝑ reli- gioſiſſimo inſigni data, quæ prima apud Romanos fuit corona: honoſq; is non niſi uita finitur, et exules etiã captoſq; comitatur. Bina tunc iugera po. Ro. ſa tis erant, nulliq; maiorẽ modũ attribuit, quo ſeruos paulo ante principis Neronis cõtẽpto, huius ſpatij uiridarijs piſcinas iuuat habere maiores, gratũq; ſi nõ aliquẽ et culĩas. Numa ĩſtituit deos fruge colere, et mola ſalſa ſupplicare, atq; (ut autor eſt Hemina) far torrere, quoniã toſtũ cibo ſalubrius eſſet. Id uno modo conſecutũ ſtatuẽdo non eſſe purũ ad rẽ diuinã niſi toſtũ. Is et fornacalia inſtituit farris torrendi fe- rias, & æque religioſas terminis agrorũ. Hos enim deos tunc maxĩe nouerant. Seiamq; à ſerendo, Sege ſtam à ſegetibus appellabant, quarũ ſimulacra in cir co uidemus. Tertiam ex ijs nomĩare ſub tecto eſt re ligio. At ne deguſtabant quidem nouas fruges aut uina antequam ſacerdotes primitias libaſſent.

De iugere, & actu, & legibus circa pecora,

& quotiens

& quotiens & quibus tēporibus fuit ſumma uilitas annonæ, et qui agri cultura illuſtres.
Caput .III.

IVgerum uocabatur, quod uno iugo boum in die exarari potuiſſet. Actus, in quo boues agerētur, cum aratur uno impetu iuſto. Hic erat. CXX. pedū, duplicatusq́; in longitudinē iugerum faciebat. Dona ampliſſima imperatorum ac fortium ciuium, quantū qs uno die plurimum circūarauiſſet. Item quartarij farris aut heminæ conferente populo. Cognoīa etiā prima inde. Pilumni, qui pilum piſtrinis inuenerunt. Piſones à piſendo. Iam Fabiorū, Lentulorū, Ciceronum, ut quiſquis aliqđ optime genus ſereret. Iuniorum familiæ bubulcum nōīauerunt, qui bubus optime utebatur. Quin & in ſacris nihil religioſius con farrationis uinculo erat. Nouæq́; nuptæ farreū præ ferēbant. Agrum male colere cenſorium ꝓbrum iu dicabatur. Atq; (ut refert Cato) quem uirū bonū co lonū dixiſſent, ampliſſime laudaſſe exiſtimabāt. Hic et locupletes dicebāt, loci, hoc ēſt, agri plenos. Pecu nia ipſa à pecore appellabatur. Etiā nunc in tabulis cenſorijs paſcua dicuntur oīa, ex qbus populus reditus habet, qa diu hoc ſolū uectigal fuerat. Multatio quoq; nō niſi ouiū boūq; īpendio dicebatur. Nō omit tenda priſcarū legum beneuolentia. Cautum quippe eſt, ne bouē priusq̄ ouem noīaret qui indiceret mulctam. Ludos boum cauſa celebrantes bupetios uoca-

bant. Seruius rex ouiū boumq́; effigie primus æs ſi-
gnauit. Frugem quidē aratro quæſitam furtim no-
ɛte pauiſſe, ac ſecuiſſe puberi. XII. tabulis capitale
erat, ſuſpenſumq́; Cereri necari iubebant grauius q̄
homicidio conuiɛtū. Impubē prætoris arbitratu uer
berarī, noxámue duplionémue decerni. Iam diſtin-
ɛtio honosq́; ciuitatis ipſius nō aliunde erat. Ruſticæ
tribus laudatiſſimæ eorū q rura haberent. Vrbanæ
uero, ī quas trāſferri ignomīiæ eſſet, deſidiæ, ꝓbro.
Itaq; quatuor ſolæ erāt à partibus urbis, in quis ha
bitabant, ſuburrana, palatina, collina, exquilina.
Nundinis urbē reuiſitabant, & ideo comitia nundi
nis haberi non licebat, ne plebs ruſtica auocaretur.
Quies ſomnusq́; in ſtramentis erat. Gloriam deniq;
ipſam à farris honore adoreā appellabant. Equidē
etiā uerba priſcæ ſignificationis admiror. Ita enim
eſt in cōmentarijs pontificū: Augurio canario agen
do dies cōſtituantur, priusq̄ frumenta uaginis exeāt,
& anteq̄ in uaginas perueniāt. Ergo ijs moribus nō
modo ſufficiebant fruges, nulla ꝓuinciarum paſcēte
Italiam, uerū etiam annonæ uilitas īcredibilis erat.
Manius Martius ædilis plebis primū frumentum po
pulo in modios aſſibus donauit. Minutius Auguri-
nus, qui Sp. Heliū coarguerat, farris pretiū in trinis
nundinis ad aſſem redegit undecimus plebei tribu-
nus, qua de cauſa ſtatua ei extra portam trigeminā
à populo ſtipe collata ſtatuta eſt. Trebius ī ædilitate
aſſibus

aſſibus populo frumentũ præſtitit. Quã ob cauſam & ei ſtatuæ ĩ Capitolio & palatio dicatæ ſunt. Ipſe ſupremo die populi humeris portatus in rogum eſt. Verũ quo anno mater deûm aduecta Romã eſt, maiorẽ ea æſtate factã eſſe q̃ antecedentibus annis .X. tradũt. M. Varro autor eſt, cum L. Metellus in triũpho plurimos duxit elephantos, aſſibus ſingulis farris modios fuiſſe, item uini congios, ficiq; ſiccæ põdo XXX. olei pondo .X. carnis pondo .XII. Nec e latifundijs ſingulorũ contingebat arcentium uicinos. Quippe etiã lege Stolonis Licinij incluſo modo .D. iugerum, & ipſo ſua lege damnato, cum ſubſtituta filij pſona amplius poſſideret, luxuriantis iam reip. fuit iſta menſura. Marci quidem Curij poſt triumphos immenſumq; terrarum adiectum imperio nota concio eſt, pnicioſum intelligi ciuem, cui .VII. iugera nõ eſſent ſatis. Hæc aũt menſura plebi poſt exactos reges aſſignata eſt. Quænam ergo tantæ hubertatis cauſa erat? Ipſorũ tunc manibus imperatorum colebantur agri (ut fas eſt credere) gaudẽte terra uomere laureato, & triũphali aratore, ſiue illi eadẽ cura ſemina tractabant, qua bella, eadẽq; diligentia arua diſponebant, qua caſtra, ſiue honeſtis manibus oĩa lætius pueniunt, quoniam & curioſius fiunt. Serentem inuenerunt dati honores Serranum, unde cognomẽ. Aranti quatuor ſua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellãtur, Cincĩnato uiator attulit

Vide Marcum Varronẽ li. 1. ca. 2. et Liuiũ l. 7. primæ decad. cuius uerba hæc ſunt: Eodẽ anno, inqt, C. Licinius Stolo à M. Popilio Lænate ſua lege decẽ milibus æris ẽ dãnatus. &c.

dictaturã, & quidẽ (ut tradit Norbanus) nudo plenõq; puluceris etiamnũ ore. Cui uiator, uela corpus, inquit, ut pferã ſenatus populiq; Romani mãdata. Tales tũ etiã uiatores erant, qbus idipſum nomẽ inditũ eſt, ſubĩde ex agris ſenatũ ducesq; accerſentibus. At nunc eadẽ illa uincti pedes, damnatæ manus, inſcripti uultus exercent: non tamen ſurda tellure, quæ parens appellatur, coliq; dicitur & ipſa, honore hinc aſſumpto, ut nunc inuita ea, & indigne ferente credatur id fieri. Sed nos miramur ergaſtulorũ nõ eadẽ emolumenta eſſe quæ fuerunt imperatorũ. Igitur de cultura agri præcipere principale fuit et apud exteros. Siquidẽ et reges fecere Hierõ, Philometor, Attalus, Archelaus: & duces Xenophon, & Pœnus etiã Mago: cui quidẽ tantũ honorẽ ſenatus noſter attribuit Carthagine capta, ut cũ regulis Africæ bibliothecas donaret, unius eius duodetriginta uolumina cenſeret in latinã linguã transferẽda, cum M. Cato præcepta condidiſſet, peritisq; linguæ Punicæ dandũ negociũ, in quo præceſſit oĩs uir tũ clariſſimæ familiæ D. Syllanus ſapiẽtiæ cõpoſitiſſimæ. Quos ſeq̃remur prætexuimus in hoc uolumine, nõ ingrate nominando M. Varronem, qui octogeſimumprimum uitæ annum agens de ea re prodendum putauit.

Quo anno uitæ ſuæ Mar. Var. de agricultura ſcripſerit.

Ratio de agricultura. Caput .IIII.

APud Romanos mlto ſerior uitiũ cultura eſſe cœpit. Priõ; ut neceſſe erat arua tantũ coluere.

ſuere. Quorũ nobis ratio nũc tractabitur nõ uulgari modo, uerũ ut adhuc fecimus et uetuſtis, et poſtea inuẽtis oĩ cura ꝑquiſitis, cauſaq; rerũ & rõne ſimul eruta. Dicemus et ſidera, ſiderũq; ipſorũ terreſtria ſigna dabimus indubitata. Quandoquidẽ qui adhuc ea diligẽtius tractauere, qbuſuis oratoribus potius q̃ agricolis ſcripſiſſe poſſunt uideri. Ac primũ oĩum oraculis maiore ex parte agẽmus, quæ non in alio uitæ genere plura certioraue ſunt. Cur enĩ nõ uideantur oracula, à certiſſimo die, maximeq; ueridico uſu profecta? Principium autẽ à Catone ſumemus.

Laus agricolarũ, et quæ obſeruanda in agro parando. Caput .V.

Fortiſſimi uiri & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignuntur, minimẽque male cogitantes. Prædiũ ne cupide emas. In re ruſtica opi ne parcas. In agro emendo minime. Quod male emptũ eſt, ſemper pœnitet. Agrũ paraturos ante oĩa intueri oportet aquarũ uim, & uicinũ. Singula magnas interpretationes habẽt, nec dubias. Cato in conterminis hoc ãplius æſtimari iubet, quo pacto niteãt. In bona eſt, inquit, regione bene nitere. Attilius Regulus ille Punico bello bis conſul aiebat, neq; fœcundiſſimis locis inſalubrem agrum parandum, neq; effœtis ſaluberrimum. Salubritas loci non ſemper incolarum colore detegitur, quoniã aſſueti in peſtilentibus durant. Præterea ſunt quædã partibus anni ſalubria: Nihil

Quãuis in exemplaribus uiuant paſſim legatur, Niteãt tamen rectius fortaſſis legitur ex Catone c. 1. cuius uerba hæc ſunt: uicini quo pacto niteãt id aĩaduertito. In bona regione bene nitere &c. Unde ſcire licet quos Plin. hic contermínos, ille uicinos, hoc eſt finitimos uocat.

aũt ſalutare eſt, niſi qđ toto anno ſalubre. Malus eſt ager, cum quo dominus luctatur. Cato inter prima ſpectari iubet, nũ ſolũ ſua uirtute ualeat q̃ dictũ eſt poſitione. Vt operariorũ copia ꝓpè ſit: oppidũq; ualidum. Vt nauigiorũ euectus uel itinerũ. Vt bene ædificatus et cultus, ĩ quo falli pleroſq; uideo Segnitiem enim prioris domini ꝓ emptore eſſe arbitrãtur. Nihil eſt dãnoſius deſerto agro. Itaq; Cato: De bono domino melius emi, nec temere cõtemnendã alienã diſciplinã: agroq; ut hoĩ, q̃uis quæſtuoſus ſit, ſi tamẽ et ſumptuoſus, nõ multũ ſupeſſe. Ille in agro quæſtuoſiſſimam iudicat uitẽ, nõ fruſtra, quoniã ante oĩa de impẽſæ ratione cault. Proxime hortos irriguos, nec id falsò, ſi et ſub oppido ſint. Et prata, quæ antiqui parata dixere. Idẽq; Cato interrogatus quis eſſet certiſſimus quæſtus, reſpondit: Si bene paſcat. Quis ꝓximus? ſi mediocriter paſcat. Sũma oĩm in hoc ſpectando fuit, ut fructus is maxĩe ꝓbaretur, q̃ q̃minimo impendio cõſtaturus eſſet. Hoc ex locorũ occaſione aliter alibi decernitur. Eodẽq; pertinet, ꝙ agricolam uendacem oportere eſſe dixit. Fundũ in adoleſcẽtia conſerendũ ſine cunctatione, ædificandũ non niſi conſito agro. Tunc quoq; contanter, optimũq; eſt (ut uulgo dixere) aliena inſania frui, ſed ita, ut uillarum tutela non ſit oneri. Eum tamen qui bene habitet, ſæpius uentitare in agrum. Frontemq; domini plus prodeſſe quàm occipitium, non mentiuntur.

Cap. 1. Caueto, inquit, alienam diſciplinã temere cõtemnas.

Ex M. Varrone lib. 1. c. 9. Prata, inquit, antiq parata appellarunt.

De uilla-

De uillarũ poſitione, & præcepta antiquorũ de agro colendo. Ca. .VI.

MOdus hic ꝓbatur, ut neq; fundus uillã quæ rat, neq; uilla fundũ. Non ut fecerint iuxta diuerſum eadẽ ætate exemplis L. Lucullus, Q. Scæuola, cum uilla Scæuolæ fundo careret, uilla Luculli agro. Quo in genere cẽſoria caſtigatio erat, minus arare q̃ uerrere. Nec hoc ſine arte quadam eſt. No uiſſimus uillam in Miſenenſi poſuit C. Marius. VII. conſul, ſed peritia caſtrametandi, ſicut cõparatus ei in cæteris etiam Sylla felix, quos cæcos fuiſſe dicere conuenit. Neq; iuxta paludes ponẽdam eſſe, neq; ad uerſo amne. Quanq̃ Homerus omnino è flumine ſem per antelucanas auras inſalubres ueriſſime tradit. Spectare in æſtuoſis locis ſeptentrionẽ debet, meridi em in frigidis. In temperatis exortũ æquinoctialem. Agri ipſius bonitas, q̃bus argumentis iudicanda ſit, quanq̃ de terræ optimo genere diſſerẽtes abunde di xiſſe poſſumus uideri, etiamnũ tamen traditas notas ſubſignabimus, Catonis maxime uerbis: Ebulum, uel prunus ſylueſtris, uel rubus, bulbus minutus, trifolium, herba pratenſis, quercus, ſylueſtris pirus, malús que frumentarij ſoli notæ. Item nigra terra, & cine rei coloris. Omnis creta coquit, niſi per macra. Sabu lum etiam niſi id pertenue eſt: & uulgo campeſtribus magis quàm cliuoſis reſpondent eadem. Modum agri in primis ſeruãdum antiqui putauere. Quippe

ita cẽſebant: Satius eſſe minus ſerere, & melius ara
re. Qua in ſentẽtia et Virgiliũ fuiſſe uideo. Verũq́;
confitentibus latifundia, ꝑdidere Italiam. Iam uero
& ꝓuincias ſex, & ſemiſſem domini Africæ poſſide
bant, cum interfecit eos Nero princeps. Non frauda
bo magnitudĩe hac quoq; ſua Cn. Pompeiũ, q nunq̃
agrũ mercatus eſt cõterminũ. Agro empto domum
uendendã inclementer, atq; non ex utilitate publici
ſtatus Mago cẽſuit. Hoc exordio præcepta pandere
ingreſſus, ut tamen appareat aſſiduitatẽ deſideratã
ab eo. Dehinc peritia uillicorũ in cura habenda eſt.
Multaq́; de ijs Cato præcepit. Nobis ſatis ſit dixiſſe,
q̃ ꝓximũ domino cordi eſſe debere, & tamẽ ſibimet
ipſi nõ uideri. Coli rura ergaſtulis peſſimũ eſt, ut qc
Ca. 5. Vbi do quid agitur à deſperantibus. Temerarium uideatur
cet quæ uillico unã uocẽ antiquorũ poſuiſſe, & fortaſſis incredibile
rũ officia ſint. penitus exiſtiment: Nihil minus expedire q̃ agrum
optĩe colere. L. Tatius Ruffus infima nataliũ humi
litate, conſulatũ militari induſtria meritus, antiquæ
aliâs parſimoniæ, circiter mille ſeſtũ liberalitate di
ui Augusti congeſtũ uſq; ad detractionẽ hæredis ex
hauſit, agros in Piceno coëmendo, colendoq́; in glo-
riam. Internicionẽ ergo famemq́; cẽſemus. Imò her-
cule iudico modũ rerũ omniũ utiliſſimũ. Bene colere
neceſſarium eſt, optime damnoſum, præterq̃ ſobole
ſua, colonóue paſcendis. Alioqn domino aliquas meſ-
ſes colligere non expedit, ſi computetur impendium
operæ.

operæ. Nec temere oliuã, nec quaſdã terras diligenter colere, ſicuti in Sicilia tradunt, itaq; decipi aduenas. Quonã igitur modo utiliſsime colũtur agri? ex oraculo ſcilicet, malis bonis. Sed defendi æquum eſt abauos, q præceptis ſuis ꝓſpexere uitæ. Nam cũ dicerent malis, intelligere uoluere uiliſſimos. Summũ ꝓuidentiæ illorũ fuit, ut q̃minimum eſſet impendij. Præcipiebant enim iſta, q triumphali denas argenti libras in ſupellectile crimini dabant, q mortuo uillico relinquere uictorias, & reuerti in ſua rura poſtulabant, quorũ prædia colenda ſuſcipiebat reſpub. exercitusq; ducebant ſenatu illis uillicãte. Inde illa reliqua oracula: Nequã agricolã eſſe qſquis emeret qđ præſtare ei fundus poſſet. Malum patremfamiliâs qſquis interdiu faceret quod noctu poſſet, niſi intempeſtate cæli. Peiorẽ qui ꝓfeſtis diebus ageret quod feriatis deberet. Peſſimũ qui ſereno die ſub tecto potius operaretur, q̃ in agro. Nequeo mihi temperare, quo minus unũ exemplũ antiqtatis afferam: ex quo intelligi poſſit, apud populũ etiam de culturis agendi morem fuiſſe, qualiter defendi ſoliti ſint illĩ uiri. C. Furius Creſinus è ſeruitute liberatus, cum in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, q̃ ex ampliſſimis uicinitas: in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret ueneficijs. Quãobrem à Sp. Albino curuli die dicta, metuẽs damnationem, cum in ſuffragium tribus oporteret ire, inſtrumen

ſtrumētum ruſticū omne in forum attulit, et adduxit filiam ualidā, atq; (ut ait Piſo) bene curatā ac ueſtitam, ferramēta egregie facta, graues ligones, uomeres pōderoſos, boues ſaturos. Poſtea dixit: Veneficia mea quirites hæc ſunt, nec poſſum uobis oſtendere, aut in forum adducere lucubrationes uigiliasq́; et ſudores. Omnium ſententijs abſolutus itaq; eſt. Profecto opera non impenſa cultura conſtat. Et ideo maiores fertiliſſimū in agro oculum domini eſſe dixerūt. Reliqua præcepta reddētur ſuis locis, quæ ꝓpria ſingulorum generū erunt. Interim cōia quæ ſuccurrūt, non omittemus. Et in primis Catonis humaniſſimum

Capite. 4. *& utiliſſimū: Id agendum, ut diligant uicini. Cauſas reddit ille, quas exiſtimamus nulli eſſe dubias. Inter prima idē cauet, ne familiæ malæ ſint. Nihil ſero faciendum in agricultura omnes cenſent: iterumq́; ſuo quæq; tēpore facienda. Et tertio præcepto: prætermiſſa fruſtra reuocari. De terra carioſa execratiō*

Suprà li. 17. ca. 5. ex ſentē tia Catonis capite. 5. *Catonis abunde indicata eſt. Quanq̄ prædicere non ceſſat is. Quicquid per aſellū fieri poteſt utiliſſime cōſtat. Filix biēnio moritur, ſi frondē agere non patiaris. Id efficaciſſime contingit, germinantis ramis baculo decuſſis. Succus enim ex ipſa defluēs necat radices. Aiunt et circa ſolſtitiū auulſas nō renaſci, nec harūdine ſectas, aut exaratas uomeri harundine impoſita. Siīr et harundinē exarari filice uomeri īpoſita præcipiunt. Iuncoſus ager uerti pala debet, at in*

ſaxoſo bi

ſaxoſo bidentibus. Fruteta igni optime tollūtur. Humidiorem agrum foſſione cōcidi atq; ſiccari, utiliſſimum eſt: Foſſas aūt retuſis locis apertas relinqui, in ſolutiore terra ſepibus firmari. Imbricibus ac ſupinis lateribus procumbere, quaſdam occæcari, & in alias dirigi maiores patentioresq;, ſi ſit occaſio, ſilice uel glarea ſterni. Ora utrinq; lapidibus ſtatuminari, et in alio ſuperintegi. Syluæ extirpandæ rationem Democritus prodidit, lupini flore in ſucco cicutæ uno die macerato, ſparſiſq; radicibus.

De frugū generibus, & natura. Ca. .VII.

ET quoniā præparatus eſt ager, natura nūc indicabitur frugū. Sunt aūt duo prima earū genera: Frumenta, ut triticū, hordeū: & legumina, ut faba et cicer. Differentia uero notior, q̄ ut indicari deceat. Frumenti ipſius totidē genera p tēpora ſatu diuiſa. Hyberna quæ circa Vergiliarū occaſum terra per hyemē nutriūtur, ut triticū, far, hordeū: Aeſtiua quæ æſtate ante Vergiliarū exortum ſerūtur, ut milium, panicū, ſeſama, horminū, irio, Italiæ duntaxat ritu. Alioquin in Græcia & Aſia oīa Vergiliarum occaſu ſeruntur. Quædam autē utroq; tēpore in Italia. Ex his quædā & tertio, ueris ſcilicet. Aliq uerna, miliū, panicum, lentē, cicer, alicā, appellant: Sementica autē triticum, hordeum, fabam, napum, rapam. Et in tritici genere pars aliqua pabuli eſt, quadrupedum cauſa ſati, ut farrago: et in leguminibus, ut

bus, ut uicia. At cõmunis quadrupedum hoĩmq́; uſui, lupinus. Legumina oĩa ſingulas habent radices, præter fabam, easq́; ſurculoſas, quia nõ in multa diuidũtur: altißimas aũt cicer. Frumenta multis radicantur fibris ſine ramis. Erũpit à primo ſatu hordeum die ſeptimo: legumina quarto, uel cum tardißime ſeptimo: faba à. XV. die ad. XX. legumina in Aegypto tertio die. Ex hordeo alterũ caput grani in radicem exit, alterũ in herbã, quæ et prior floret. Radicem craßior pars grani fundit, tenuior florẽ. Cæteris ſeminibus eadẽ pars, et radicẽ & florẽ. Frumenta hyeme in herba ſunt, uerno tẽpe faſtigiantur in ſtipulã, quæ ſunt hyberni generis: at miliũ & panicũ in culmen geniculatũ & cõcauum, ſeſama uero in ferulaceũ. Oĩm ſatorum fructus, aut ſpicis cõtinetur, ut tritici, hordei, muniturq́; uallo ariſtarũ quadruplici: aut includitur ſiliquis, ut leguminum: aut uaſculis, ut ſeſamæ, ac papaueris. Milium, ac panicum tantum pro indiuiſo, & paruis auibus expoſita ſunt. Indefenſa quippe membranis cõtinentur. Panicum à paniculis dictum, cacumine languido nutante, paulatim extenuato culmo, pene in ſurculum prædenſis aceruatur granis, cũ longiſſimo pedali, obſiſi comæ granum cõplexæ, quæ fimbriato capillo curuatur. Sunt & panico genera: Mammoſo ẽ pano, paruis racemato paniculis, & cacumine gemino. Quin & colore diſtinguitur, cãdido, nigro, ruffo, etiam purpureo.

reo. Panis multifarie & è milio fit, è panico rarius; Sed nullum frumento ponderoſius, aut quod coquendo magis creſcat. LX. enim pondo panis è modio reducunt, modiumq́; pultis ex tribus ſextarijs madidis. Milium intra hos decem annos ex India in Italiã inuectum eſt, nigrũ colore, amplum grano, harundineum culmo. Adoleſcit ad pedes altitudine ſeptẽ prægrandibus culmis. Lobas uocant, oĩm frugum fertiliſſimũ. Ex uno grano terni ſextarij gignuntur. Seri debet in humidis. Frumenta quædam in geniculo tertio ſpicam incipiunt concipere, quædam in quarto, ſed etiamnum occultam. Genicula autem ſunt tritico quaterna, farri ſena, hordeo octona. Sed non ante ſupradictum geniculorum numerum cõceptus eſt ſpicæ: qui ut ſpem ſui fecerit, quatuor aut quinq; tardiſſime diebus florere incipiũt: totidemq́; aut paulo pluribus defloreſcũt, hordea uero cum tardiſſime ſeptem. Varro quater nouenis diebus fruges abſolui tradit, & menſe nono meti. Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulẽ emittũt, nullis diſtinctũ internodijs. Reliqua legumina ſurculoſa ſunt. Ex his ramoſa, cicer, eruum, lens. Quorundam caules ſparguntur in terram, ſi nõ habeant adminiculũ, ut piſorum. Quod ſi nõ habuere, deteriora fiunt. Leguminũ unicaulis faba ſola, unus & lupinis. Cæteris ramoſus prætenui ſurculo. Oĩbus uero fiſtuloſus. Folium quædam à radice mittunt, quædam à cacumine. Frumentum uero

& hor-

& hordeũ,uiciáq;, et quicqd in ſtipula eſt,in cacumine unũ foliũ habet. Sed hordeo ſcabra ſunt, cæteris leuia. Multiplicia contrà fabæ,ciceri,piſo. Frumentis folium harundinaceũ,fabæ rotundum,& magnæ leguminũ parti. Longiora eruiliæ & piſo. Faſiolis uenoſa,ſeſamæ & irioni ſanguinea. Cadunt folia lupino tantum, & papaueri. Legumina diutius florent,& ex his eruum ac cicer,ſed diutiſsime faba XL. diebus. Non autem ſingulis ſcapi tamdiu,quoniam alio deſinente alius incipit. Nec tota ſeges ſicut frumenti pariter. Siliquantur uero oĩa diuerſis diebus,& ab ima primum parte paulatim flore ſubeũte. Frumenta cum defloruere craſſeſcunt, maturanturq;,cum plurimum diebus. XL. perficiũtur:item faba: Pauciſsimis cicer. Id enĩ à ſemẽte diebus. XL. perficitur. Milium,& panicũ,& ſeſama,& omnia æſtiua. XL. diebus maturantur à flore. Magna terræ cæliq; differẽtia. In Aegypto enim hordeum ſexto à ſatu menſe: frumenta ſeptimo metuntur. In Hellade hordeum. In Peloponneſo octauo,& frumẽta etiamnum tardius. Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur. In faba leguminibusq́;,alternis lateribus ſiliquantur. Fortiora hyeme frumenta leguminaq́; in cibo. Tunicæ frumẽto plures. Hordeum maxime nudum,& alica,ſed præcipue auena. Calamus altior frumento,q̃ hordeo. Ariſta mordacior hordeo. In area exteruntur triticum & ſiligo,& hordeũ.

Sic & ſe-

Sic & ſeruntur pura, qualiter moliuntur, quia toſta non ſunt. E *diuerſo far, milium, panicũ purgari niſi toſta non poßunt.* Itaq; *hæc cum ſuis folliculis ſeruntur cruda.* Et *far in uaginulis ſuis ſeruant ad ſatus, atq; non torrent.* Leuiß*imum ex his hordeum, raro excedit.* XV*.libras, & faba.*XXII. Ponderoſius *far, magisq; etiamnũ triticum.* Far *in Aegypto olyra conficitur.* Tertiũ *genus ſpicæ hoc ibi eſt.* Galliæ *quoq; ſuum genus farris dedere, quod illic brãce uocant, apud nos ſandalũ, nitidißimi grani.* Et *alia differentia eſt, q̃ ferè quaternis libris plus reddit panis q̃ far aliud.* Pop. Ro. *farre tantũ è frumento.* CCC. *annis uſum,* V*errius tradidit.* Tritici *genera plura quæ fecere gentes.* Italico *nullum equidem comparauerim candore ac pondere, quo maxime decernitur:* Montanis *modo comparetur* Italiæ *agris externum, in quo principatũ tenuit* Bœotia*, deĩde* Sicilia*, mox* Africa*.* Tertiũ *pondus erat* Thracio Syrioq;*, deinde* Aegyptio*, athletarũ cũ decreto, quorũ capacitas iumentis ſilis, quẽ diximus ordinẽ fecerat.* Græcia *et* Ponticũ *laudauit, quod in* Italiã *nõ puenit.* Ex *oĩ eodẽ genere grani prætulit dracõtiã, ſtrangiã et ſelenuſiũ, argumẽto craſſißimi calami, itaq; pingui ſolo hæc genera aſſignabat.* Leuiſſimũ *et maxĩe inane, ſeu tenuiſſimi calami, ĩ hũidis ſeri iubebat, quoniam multo egeret alimento.* Hæ *fuere ſentẽtiæ* Alexandro Magno *regnãte, cum clariſſima fuit* Græcia*,*

Ex Theophr. de cau. plan. li.3.c.26. cuius hæc ſunt uerba: Africũ, inquit, triticũ, et dracontias appellatũ, & ſtrãgias, & ſelenuſiũ, lætum exigunt agrũ. Argumẽto calamus eſt, quẽ craßum gerunt.

atq; in toto terrarũ orbe potentiſſima: ita tamen ut ante mortem eius annis ferè. CXLV. Sophocles poëta in fabula Triptolemo frumentum Italicum ante cuncta laudauerit, ad uerbum tranſlata ſententia:

Et fortunã Italicam frumẽto caneſcere candido. Quæ laus peculiaris hodie Italico eſt. Quo magis admiror poſteros Græcorũ nullam mẽtionem huius feciſſe frumẽti. Nunc ex his generibus quæ Romam inuehuntur, leuiſſimũ eſt Gallicũ, atq; è Cherroneſo aduectũ, qppe nõ excedunt in modiũ uicenas libras, ſi quis granum ipſum põderet. Adijcit Sardiũ ſex libras, Alexandrinũ & trientes, hoc eſt, & ſicli pondus. Bœoticũ totam libram addit, Africũ et dodrantes. In tranſpadana Italia ſcio uicenas quinas farris modios pendere, circa Cluſium & ſenas. Lex naturæ certa eſt in quocunq; genere. Pani militari tertia portio ad grani pondus accedat: Sicut optimum eſſe frumentum, quod impactum congium aquæ capiat. Quibuſdam generibus per ſe pondus, ſicut Baleari co, modio tritici panis pondo. XXX. reddit. Quibuſdam in pmixtis, ut Cyprio & Alexãdrino. XX. ppè libras nõ excedentibus. Cypriũ fuſcum eſt, panem nigrũ facit, itaq; miſcetur Alexandrinũ candidum, reddũtq;. XXV. põdo. Thebaicũ libras adijcit. Marina aqua ſubigi, qd' pleriq; maritimis in locis faciunt occaſione lucrandi ſalis, uiliſſimum. Non alia de cauſa opportuniora morbis corpora exiſtũt.

Galliæ & Hiſpaniæ frumento reſoluto in potũ,quibus diximus generibus,ſpuma ita cõcreta ꝑ fermẽto utuntur. Qua de cauſa leuior illis quã cæteris panis eſt. Differẽtia eſt et calami: Craßior qppe melioris eſt generis. Plurimis tunicis Thraciũ triticũ ueſtitur, ob nimia frigora illi plagæ exquiſitũ. Eadem cauſa & trimeſtria inuenit, detinẽtibus terras niuibus, qđ tertio ferè ſatum mẽſe ut in reliquo orbe metitur. Totis hoc Alpibus notũ & hyemalibus ꝓuincijs. Nullum hoc frumento lætius. Vnicalamũ præterea, nec uſq; capax, ſeriturq́; non niſi tenui terra. Eſt et bimeſtre circa Thraciũ ſinũ, qđ. XL. die quo ſatũ eſt, matureſcit: mirũq́;, nulli frumento plus eſſe põderis, & furfuribus carere. Vtitur eo & Sicilia, & Achaia, montoſis utraq; partibus. Euboëa quoq; circa Caryſtum. In tantũ fallitur Columella, q ne trimeſtris quidẽ proprium genus exiſtimauerit eſſe, cũ ſit antiqſſimum. Græci trimenon uocant. Tradũt in Bactris grana tantæ magnitudinis fieri, ut ſingula ſpicas noſtras æquent. Primum ex omnibus frumẽtis ſeritur hordeũ. Dabimus et dies ſerendi cuiq; generi, natura ſingulorũ expoſita. Hordeum Indis ſatiuum et ſylueſtre, ex quo panis apud eos præcipuus. Italici quidẽ maxime oryza gaudent, ex qua ptiſanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo. Oryzæ qdem folia carnoſa, porro ſimilia, ſed latiora: altitudo cubitalis, flos purpureus, radix gemmeæ

Lib. 2. cap. 6. ubi genus hoc tritici ſpeciem ſiliginis eſſe dicit.

rotũditatis. Antiqſsimum in cibis hordeũ, ſicut Atheníenſiũ ritu, Menandro autore apparet, & gladiatorum cognoĩe, qui hordearij uocabantur. Polentam quoq; Græci nõ aliunde præferunt. Pluribus fit hæc modis: Græci perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte una, ac poſtero die frigunt, deinde molis frangunt. Sunt qui uehementius toſtũ rurſus exigua aqua aſpergant, ſiccentq; prius q̃ molant. Alij uero uirentibus ſpicis decuſſum hordeũ recens purgant, madidũq; in pila tundunt, atq; in corbibus eluunt, ac ſiccatum ſole rurſus tundunt, et purgatũ molunt. Quocunq; autem genere præparato, uicenis hordei libris, ternas ſeminis lini, & coriandri ſelibras ſalisq; acetabulo, torrentes ante oĩa miſcent in mola. Qui diutius uolunt ſeruare, cum polline, ac furfuribus ſuis condunt nouis fictilibus. Italia ſine ꝑfuſione toſtũ in ſubtilem formã molit, iiſdem additis, atq; etiã milio. Panẽ ex hordeo antiqs uſitatũ uita damnauit, quadrupedũq; tradidit refectibus. Ptiſanæ inde uſus ualidiſsimus ſaluberrimusq; tantopere ꝓbatur. Vnũ laudibus eius uolumẽ dicauit Hippocrates, clariſſimus medicinæ ſcientiæ. Ptiſanæ bonitas præcipua Vticenſi. In Aegypto uero ea eſt, quæ fit ex hordeo cui ſunt bini anguli. In Bœotia & Africa genus (ex quo fiat) hordei glabrũ appellat Turamnius. Idem olyram & oryzam eandẽ eſſe exiſtimat. Ptiſanæ conficiendæ uulgata ratio eſt. Simili modo ex tritici ſemine tragum

fit in

ſit in Campania tantũ, & Aegypto. Amylũ uero ex oĩ tritico ac ſiligine, ſed optimũ ex trimeſtri. Inuentio eius Chio inſulæ debetur, & hodie laudatiſſimũ inde eſt, appellatũ ab eo q ſine mola fiat. Proximum trimeſtri (qđ eſt minime ponderoſum) tritico. Madeſcit dulci aqua in ligneis uaſis, ita ut integatur qnquies in die mutata. Melius ſi et nocte, ita ut miſceatur pariter emollitũ, priuſq; q̃ * areſcat. Linteo aut ſportis ſiccatũ tegulæ infunditur illitæ fermẽto, atq; ita in ſole denſatur. Poſt Chiũ maxĩe laudatur Creticũ, mox Aegyptiũ. Probatur aũt leuitate et leuore, atq; ut recens ſit. Iam & Catonis dicto, apud nos hordei farina ad medendũ utũtur. Mirũq; in uſu iumentorũ ignibus durato, ac poſtea emollito, offiſq; humana manu dimiſſis in aluũ maiores uires, toroſq; corpis fieri. Spicæ quædã binos ordines habent, quædam plures uſq; ad ſenos. Grano ipſi aliquot differentiæ, lõgius leuiuſq;, aut breuius, aut rotũdius, candidius, nigrius, uel cui purpura eſt. Vltimo ad polentam, contra tẽpeſtates candido maxima infirmitas.

* Sunt q legãt acceſcat. Ex Catone tamen c. 87. areſcat legẽdũ potius uidetur. Cuius hæc ſunt uerba: Eã patinã ĩ ſole ponito ut areſcat, ubi arebit, in nouã ollam indito.

Hordeũ frugum oĩm molliſſimũ eſt, ſeri nõ ualet, niſi in ſicca & ſoluta terra, ac niſi læta: palea ex optimis. Stramentis uero eius nullũ cõparatur. Hordeũ ex omni frumẽto minime calamitoſum, quia tollitur antequã triticum occupet rubigo. Ita ſapientes agricolæ triticum cibarijs tantum ſerunt. Hordeum ſarculo ſeri dicunt, ppterea celerrime reddit, fertiliſſi-

numq́; : qđ' in Hiſpania & Carthagine Aprili mēſe collectum eſt, hoc ſeritur eodem mēſe in Celtiberia, omneq́; anno bis naſcitur. Rapitur omne à prima ſtatim maturitate feſtinantius quàm cætera. Fragili enim ſtipula & tenuiſſima palea granum continetur. Meliorem etiam polentam fieri tradunt, ſi non exacta maturitate tollatur.

Non oĩa frumēti genera ubiq; naſci, & de reliqs in oriēte generibus. Ca. VIII.

FRumenti genera nõ eadē ubiq;, neq; ubi eadē ſunt, ijſdē noĩbus. Vulgatiſſima far, qđ' adoreum ueteres appellauere, ſiligo, triticum. Hæc plurĩmis terris coĩa. Arinca Galliarũ ꝓpria, copioſa & Italiæ eſt. In Aegypto autem ac Syria, Ciliciaq; & Aſia, ac Græciæ parte peculiares zea, olyra, tiphe. Aegyptus ſimilaginem conficit ē tritico ſuo, nequaq̃ Italicæ parē. Qui zea utuntur, non habēt far. Eſt et hæc Italiæ in Cāpania maxĩe, ſemenq́; appellatur. Hoc habet nomen res præclara, ut mox docebimus: propter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit: non ut arbitrantur aliqui, quoniã uitã donaret. Amylum quoq; ex ea fit priore craſſius. Hæc ſola differētia eſt. Ex oĩ genere duriſſimum far, & contra hyemes firmiſſimum. Patitur frigidiſſimos locos, & minus ſubactos, uel æſtuoſos ſitientesq́;. Primus antiqs Latio cibus, magno argumēto in adoreæ donis, ſicuti diximus. Pulte aũt non pane, longo tpe uixiſſe Romanos

De Tipha habes Theo. li. 8. c. 9. Tipha inquit oĩm leuiſſima cõſtat etc Iliad. 2. & Odyſſeas li. 4 et alijs multis locis utriuſq; operis.

manos manifeſtum: quoniam inde & pulmentaria hodieq; dicuntur. Et Ennius antiqſſimus uates obſidionis famē deſcribens, offam eripuiſſe plorantibus liberis patres cōmemorat. Et hodie ſacra priſca atq; nataliū pulte fritilla cōficiuntur: uideturq; tam puls ignota Græciæ fuiſſe, q̄ Italiæ polēta. Tritici ſemine auidius nullū eſt, nec quo plus alimēti trahat. Siliginem ꝓprie dixerim tritici delicias: candor eſt, & ſine uirtute & ſine pōdere, cōueniens humidis tractibus, quales Italiæ ſunt et Galliæ comatæ. Sed et trās Alpes in Allobrogū tantū Aruernorumq; agro ptinax, in cæteris ibi partibus biennio in triticū tranſit. Remediū, ut grauiſſima quæq; grana eius ſerantur.

De piſtorijs, et molitura, et farina. Ca. .IX.

E Siligine lautiſſimus panis, piſtrinarūq; opa laudatiſſima. Præcellit in Italia, ſi Cāpana Piſis natæ miſceatur. Ruffior illa, at Piſana candidior, ponderoſior uero cretacea. Iuſtū eſt è grano Campanæ, quā uocāt caſtratā, è modio redire ſextarios quatuor ſiliginis: uel è gregali ſine caſtratura ſextarios quinq;. Præterea floris ſemodiū. Et cibarij, qđ ſecundariū uocant, ſextarios. IIII. Furfuris ſextarios totidem. E Piſana aūt ſiliginis ſextarios. V. Cætera paria ſunt. Cluſina, Aretinaq; etiamnū ſextarios ſiligimis aſſumunt: in reliqs pares. Si uero pollinē facere libeat. XVI. pōdo panis redeūt, et cibarij tria, furfurum ſemodiū. Molæ diſcrimie hoc cōſtat. Nā q̄ ſicca

molũtur, plus farinæ reddũt: quæ ſalſa aqua ſparſa, candidiorẽ medullã, uerũ plus retinẽt in furfure. Farinã à farre dictã nõie ipſo apparet. Siligineæ farinæ modius Gallicæ. XXII. libras panis reddit: Italicæ duabus tribúſue ãplius in artopticio pane. Nã furnaceis binas adijciunt libras in quocunq; genere.

De ſimilagine, & ſiligine, & de alijs generibus, & de piſtura. Caput .X.

Similago ex tritico fit laudatiſſima. Ex Africo iuſtũ eſt è modijs redire ſemodios, et pollini ſextarios quinq;. Ita enĩ appellant in tritico, quod florẽ in ſiligine. Hoc ærariæ officinæ chartariæq; utuntur. Præterea ſecundarij ſextarios quatuor, furfurumq; tantundem. Panes uero è modio ſimilaginis CXXII. E floris modio. CXVII. Pretium huic annona media in modio farinæ. XL. aſſes, ſimilagini caſtratæ octonis aſſibus amplius, ſiligini caſtratæ duplum. Eſt et alia diſtinctio. Similago. L. pollin autẽ XVII. pondo panis reddere uiſa tritici. XXX. cum triente, & ſecundarij panis quinas ſelibras, totidem cibarij, & furfurum ſextarios ſex. Siligo nunq̃ matureſcit pariter, nec ulla ſegetum minus dilationem patitur ꝓpter teneritatẽ, ijsq; quæ maturuere ꝓtinus granum dimittentibus. Sed minus q̃ cætera frumenta in ſtipula periclitatur, quoniã ſemp rectã habet ſpicã: nec rorẽ continet, q rubiginem faciat. Ex arinca dulciſſimus panis: ipſa ſpiſſior q̃ far, & maior ſpica

tor ſpica,eadē et pōderoſior.Raro modius grani nō XVI.libras implet. Exteritur in Græcia difficulter:ob id iumētis dari ab Homero dicta.Hæc enī eſt quā uocat olyrā.Eadē in Aegypto facilis fertilisq́;. Far ſine ariſta eſt:Itē ſiligo,excepta ea quæ Laconica appellatur. Adijciūtur his genera,bromos,ſiligo exceptitia,et tragos,externa oīa ab oriēte inuecta, oryzæ ſilia.Tiphe & ipſa eiuſdē generis,ex qua fit in noſtro orbe oryza.Apud græcos eſt et ἡ ζειὰ.Traduntq́; eā ac tiphē cū ſint degeneres redire ad frumētū,ſi piſtæ ſerātur,nec ꝓtinus,ſed tertio anno.Tritico nihil eſt fertilius,hoc enim natura ei tribuit,quoniam eo maxīe alat hoīem.Vtpote cū ē modio,ſi ſit aptū ſolū,quale in Byzantio Africæ campo,centeni quinquageni modij reddantur.Miſit ex eo loco diuo Auguſto ꝓcurator eius ex uno grano(uix credibile dictu)quadringēta paucis minus germina,extantq́; de ea re epiſtolæ. Miſit & Neroni ſimiliter.CCCXL.ſtipulas ex uno grano.Cum centeſimo quidem et Leontini Siciliæ campi fundunt,alijq́;,et tota Bætica, et in primis Aegyptus.Fertiliſſima tritici genera,ramoſum,aut quod centigranum uocāt.Inuentus eſt iā et ſcapus unus centū fabis onuſtus.Aeſtiua frumenta diximus,ſeſamam, milium, panicum.Seſama ab Indis uenit,ex ea & oleū conficiunt. Color eius candidus. Huic ſimile eſt in Aſia Græciaq́; eryſimum; idemq́; erat ,niſi pinguius eſſet,quod apud

eos uocant irionē, medicaminibus annumerandū potius ꝙ frugibus. Eiuſdē *naturæ & horminū à græcis dictū, ſed cymino ſimile, ſeriturq́; cū ſeſama hoc & irione.* Nullū *aīal ueſcitur uirētibus.* Piſtura *nō oīm facilis.* Quippe et Hetruria *ſpicā farris toſti pinſente pilo præferrato, fiſtula ſerrata, & ſtella intus dēticulata, ut niſi intēti pinſant, cōcidantur grana, ferroq́; frangantur.* Maior *pars* Italiæ *ruido utitur pilo, rotis etiā quas aqua uerſet obiter, & molat.* De *ipſa ratione pinſendi* Magonis *ꝓponetur ſententia:* Triticū *antè perfundi aqua multa iubet, poſtea euelli, deinde ſole ſiccatum pila repeti.* Simili *modo hordeum.* Huius *ſextarios.* XX. *ſpargi duobus ſextarijs aquæ.* Lentem *torrere prius, deinde cum furfuribus leuiter pinſi.* Aut *addito ī ſextarios.* XX. *lateris crudi fruſto, & harenæ ſemodio.* Eruiliam *ijſdē modis quibus lētem.* Seſamam *in calida maceratam exporrigi.* Deīde *cōfricari, frigidæ immergi, ut paleæ fluſluēt, iterumq́; exporrigi in ſole ſuꝑ lintea.* Qđ *niſi feſtinato ꝓpagatur, lurido colore muceſcere.* Et *ipſa autē quæ eualuantur, uariam piſturarū rationem habent.* Acus *uōcatur cū ꝑ ſe pinſitur, ſpica tantū auri ficum ad uſus.* Si *uero in area teritur cū ſtipula, palea, ut maiore in terrarū ꝑte ad pabula iumentorū.* Milij, *et panici, et ſeſamæ appludā uocant purgamēta, alibi alij noībus.* Milio Campania *gaudet præcipue, pultēq́; candidā ex eo facit.* Fit *et panis prædulcis.* Sar-

eis. Sarmatarum quoque gentes hac maxime pulte aluntur, & cruda etiã farina eqno lacte uel ſanguine è cruris uenis admixto. Aethiopes nõ aliã frugẽ q̃ milij hordeiq; nouere. Panico & Galliæ quædam, præcipue Aquitania utitur. Sed circũpadana Italia addita faba, ſine qua nihil conficiunt. Ponticæ gẽtes nullũ panico præferunt cibũ. Cætero æſtiua frumenta riguis magis etiã q imbribus gaudent. Milium et panicum aquis minime, cum in folia exeunt. Vetant ea inter uites arboresq; frugiferas ſeri, terram emacrari hoc ſatu exiſtimantes.

De fermentis, & panis faciendi ratio, & genera, & quando primum piſtores Romæ, & de cribris, & alica. Caput .XI.

Milij præcipuus ad fermẽta uſus, è muſto ſubacti in annuũ tẽpus. Siĩe fit ex tritici ipſius furfuribus minutis & optimis, è muſto albo triduo maturato ſubactis, ac ſole ſiccatis. Inde paſtillos in pane faciẽdo dilutos, cũ ſimilagine ſeminis feruefaciunt, atq; ita farinæ miſcẽt, ſic optimũ panẽ fieri arbitrantes. Græci in binos ſemodios farinæ ſatis eſſe beſſes fermẽti conſtituere. Et hæc quidẽ genera uindemijs tantũ fiunt. Quo libeat uero tẽpore, ex aqua hordeoq; bilibres offæ feruenti foco, uel fictili patina torrentur cinere & carbone, uſq; dum rubeant. Poſtea opiuntur in uaſis donec aceſcãt, hinc fermentũ diluitur. Cũ fieret aũt panis hordeaceus, eruiliæ aut cicer-

aut cicerculæ admixtione fermentabantur: iuſtũq; erat, duæ libræ in. V. ſemodios. Nũc fermentũ fit ex ipſa farina, quæ ſubigitur prius q̃ addatur ſal, ad pultis modũ decocta, et relicta donec aceſcat. Vulgo uero nec ſufferuere faciunt, ſed tantum pridie aſſeruata materia utũtur. Palamq; natura eſt acore fermentari: ſicut et ualidiora eſſe corpora, quæ fermentato pane aluntur: qppe cũ apud ueteres põderoſiſſimo cuique, præcipue tritico ſalubritas phibita ſit. Panis ipſius uaria genera ꝓſequi ſupuacuũ uidetur: aliâs ab obſonijs appellati, ut oſtrearij: aliâs à delicijs, ut artolagani: aliâs à feſtinatione, ut ſpeuſici: nec
* Artopticij. nõ à coquẽdi ratione, ut furnacei, uel * artopteſij: aut in clibanis cocti: nõ pridẽ etiã è Parthis aduecti, quẽ alij aquaticũ uocant, quoniã aqua trahitur à tenui et ſpõgioſa inanitate, alij Parthicũ. Sũma laus ſiliginis bonitate et cribri tenuitate cõſtat. Quidam ex ouis aut lacte ſubigunt. Butyro uero gentes etiã pacatæ, ad opis piſtorij genera tranſeũte cura. Durat ſua Piceno in panis inuẽtione gratia, ex alicæ materia, cũ .IX. diebus macerata, decimo ad ſpeciem tracta, et ſubacta uuæ paſſæ ſucco eſt. Ibi poſtea in furnis, ollis indita q̃ rũpantur ibi, torrent. Neq; eſt ex eo cibus niſi madefacto, qđ fit lacte maxime mulſo. Piſtores Romæ nõ fuerunt ad Perſicũ uſque bellum, annis ab urbe condita ſuper. DLXXX. Ipſi panes faciebant quirites, mulierũq; id opus erat, ſicut etiã nũc in plurimis

rimis gentium. Artoptam Plautus appellat in fabula quam Aululariã ſcripſit: magna ob id cõcertatione eruditorũ, an is uerſus poëtæ ſit illius: certumq; ſit, Attei Capitonis ſentẽtia toſtũ panem lautioribus coquere ſolitos, piſtoresq; tantũ eos qui far pinſebãt nõiatos. Nec cocos uero habebant in ſeruitijs, eosq; ex macello conducebant. Cribrorũ genera Galliæ ſetis equorũ inuenere, Hiſpaniæ lino excuſſoria & pollinaria, Aegyptus è papyro atq; iunco. Sed inter hæc dicatur prima & alicæ ratio, præſtantiſſimæ ſa luberrimæq;, quæ palma frugũ indubitanter Italiã contingit. Fit ſine dubio & in Aegypto, ſed admodũ ſpernẽda. In Italia uero pluribus locis, ſicut Veronẽ ſi Piſanoq; agro. In Campania tamen laudatiſſimus cãpus eſt: mõtibus ſubiacet nũboſis totis qdẽ. XL. M. paſ. planicie. Gratia terræ eius (ut ptinus ſoli natura dicatur) puluerea ſumma, inferior bibula, & pumicis fiſtulans uice. Montiũ quoq; culpa in bonũ cedit: Crebros enim imbres percolat atq; tranſmittit, nec dilui aut madere uoluit propter facilitatem culturæ. Eadem acceptum humorem nullis fontibus reddit, ſed temperat, & concoquens intra ſe uice ſucci continet. Seritur toto anno, panico ſemel, bis farre. Et tamẽ uere ſegetes quæ interquieuere, fundunt roſam odoratiorem ſatiua, adeo terra non ceſſat parere. Vnde uulgo dictum: Plus apud Campanos unguenti, quàm apud cæteros olei fieri. Quãtum autẽ uniuerſas

In exemplaribus hoc loco paſſim legitur artopteſiã, ubi Plautus citatur à Plinio in Aulul. quo ĩ loco tamẽ nõ artopteſiã, ſed artoptã legitur, id quod & ab Hermolao iã antea animaduerſum eſt: Vnde nos hũc locũ ita reſtituendum putauimus.

uerſas terras cãpus circũcampanus antecedit, tantum ipſum pars eius, quæ Laboriæ uocãtur, quẽ Phlegræũ græci appellãt. Finiũtur Laboriæ uia ab utroq; latere cõſulari, quæ à Puteolis, & quæ à Cumis Capuam ducit. Alica fit è Zea quã ſemẽ appellauimus. Tunditur granũ eius in pila lignea. Nam lapidis duritia cõteritur. Nobilius ut notũ eſt, pilo uĩcto rũ pœnali opa. Primori ineſt pixis ferrea: excuſſis inde tunicis, iterũ iiſdẽ armamẽtis nudata cõciditur medulla. Ita fiũt alicæ tria genera, minimũ, ac ſecundariũ: grandiſſimũ uero apherema appellant. Nondum habẽt candorẽ ſuum quo præcellũt. Iam tamen Alexãdrinæ præferũtur. Poſtea (mirum dictu) admiſcetur creta quæ trãſit in corpus, colorẽq; & teneritatẽ affert. Inuenitur hæc inter Puteolos et Neapolĩ in colle Leucogeo appellato. Extatq; diui Auguſti decretũ, quo anno ad uicena milia Neapolitanis pro eo nũerari iuſſit è fiſco ſuo, coloniã deducẽs Capuã. Adiecitq; cauſam afferendi, quoniã negaſſent Cãpani alicã confici ſine eo metallo poſſe. In eodẽ repitur et ſulphur. Emicãtq; fontes Oraxi oculorũ claritati, et uulnerũ medicinæ, dentiũq; firmitati. Alica adulterina fit maxĩe è zea, quæ in Africa degenerat. Latiores eius ſpicæ nigrioresq;, & breui ſtipula. Pinſunt cũ harena, et ſic quoq; difficulter conterunt utriclos, fitq; dimidia modij mẽſura. Poſteaq; gypſi pars quarta ĩſpargitur, atq; ut cohæſerit, farinario

cribro

cribro ſubcernunt. Quæ in eo remãſit, exceptitia ap pellatur, & grandiſsima eſt. Rurſus quæ tranſit, ar ctiore cernitur, & ſecundaria uocatur. Item cribra ria, quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro angu ſtiſſimo, & tantum harenas tranſmittente. Alia ratio ubiq; adulterandi. Ex tritico candidiſsima atq; grandiſsima eligũt grana, et ſemicocta in ollis, poſtea arefaciunt ſole ad initium, rurſusq; leuiter aſper ſa molis frangunt. Ex zea pulchrius q̃ ex tritico fit granum, quamuis id alicæ uitium ſit. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mixtura confert.

De leguminibus. Caput .XII.

SEquitur natura leguminũ, inter quæ maximus honos fabæ. Quippe ex qua tentatus ſit etiã panis. Lomentũ appellatur farina ea, aggrauaturq; põ dus illa ex oĩ legumĩe. Iã uero et pabulo uenalis. Fabæ mltiplex uſus oĩm quadrupedũ generi, præcipue hoĩ. Frumento etiã miſcetur apud pleraſq; gẽtes, et maxime panico ſolida, ac delicatius fracta. Quin et priſco ritu Fabacia ſuæ religionis dijs in ſacro eſt, præualens pulmẽtari cibo, et hebetare ſenſus exiſtimata, inſomnia quoque facere. Ob hoc Pythagorica ſentẽtia dãnata: uel (ut alij tradidere) quoniã mortuorũ animæ ſunt in ea. Qua de cauſa parentãdo utiq; aſſumitur. Varro et ob hæc flaminẽ ea non ueſci tradit, quoniã et in flore eius literæ lugubres reperiantur. In eadẽ peculiaris religio. Nanq; fabam utiq; è

frugibus referre mos eſt auſpicij cauſa, quæ ideo reſrina appellatur. Et auctionibus eã adhiberi lucroſum putãt. Sola certa frugũ etiã exeſa repletur creſcente luna. Aqua marina, aliáue ſalſa nõ pcoquitur. Seritur ante uergiliarũ occaſum leguminũ prima, ut antecedat hyemẽ. Virgilius per uer eã ſeri iubet, circumpadanæ Italiæ ritu. Sed maior pars malũt fabalia maturæ ſationis, q̃ trimeſtrẽ fructũ eius. Nam ſiliquæ caulesq; gratiſſimi ſunt pabl'o pecori. Aquas in flore maxĩe cõcupiſcit, cũ uero defloruit, exiguas deſiderat. Solũ in quo ſata eſt lætificat ſtercoris uice. Ideo circa Macedoniã Theſſaliãq; cũ florere incepit, uertunt arua. Naſcitur & ſua ſponte pleriſq; in locis, ſicut ſeptẽtrionalis Oceani inſulis, quas ob id noſtri fabarias appellant. Item in Mauritania ſyluestris paſſim, ſed prædura, & quæ pcoqui non poſſit. Naſcitur et in Aegypto ſpinoſo caule: qua de cauſa crocodili oculis timẽtes refugiunt. Longitudo ſcapo quatuor cubitorum eſt, ampliſſima craſſitudo. Nec genicula habet, molli calamo. Simile caput papaueri, colore roſeo. In eo fabæ non ſupra tricenas. Folia ampla. Fructus ipſe amarus et odore, ſed radix perq̃ lauta, incolarum cibis, cruda, et omnino decocta. Harundinũ radicibus ſimilis. Naſcitur & in Syria, Ciliciaq́;, et in Torone Chalcidis lacu. Ex leguminibus aũt nouẽbri ſeruntur lens, & in Græcia piſum. Lens amat ſolũ tenue magis q̃ pingue, cælum utique

Georg. I. Vere fabis ſatio. &c.

ſiccum.

ſiccum. Duo genera eius in Aegypto, alterũ rotũdius nigriusq́;, alterũ ſua figura. Vnde uario uſu trãſlatum eſt in lenticulas nomen. Inuenio apud autores æquanimitatẽ fieri ueſcẽtibus ea. Piſum in apricis ſeri debet, frigorũ impatientiſſimũ. Ideo in Italia, & in auſteriore cælo non niſi uerno tẽpore terra facili ac ſoluta. Ciceris natura eſt gigni cũ ſalſilagine, ideo ſolũ urit. Nec niſi madefactũ pridie, ſeri debet. Differentiæ plures, magnitudine, figura, colore, ſapore. Eſt enĩ arietino capiti ſimile, unde ita appellatur. Albũ nigrũq́; eſt et columbinũ, quod alij uenerium uocãt, candidũ, rotundũ, leue. Arietino minus, qđ religio puigilijs adhibet. Eſt et cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habens, ueluti piſum. Dulciſſimum aũt id qđ eruo ſimillimũ, firmuisq́; quod nigrum & ruffum, q̃ quod albũ. Siliquæ rotundæ ciceri, cæterisq́; leguminũ longæ, & ad figurã ſeminis latæ. Piſo cylindraciæ. Faſiolorũ cũ ipſis mãduntur granis. Serere eos qua uelis terra licet, ab Idib. octobris in Kalen. nouembris. Legumina cum matureſcere cœperint, rapienda ſunt, quoniã cito exiliunt, latentq́; cum decidêre, ſicut & lupinum.

De rapis, et napis Amiterninis. Ca. .XIII.

QVanq̃ prius dixiſſe cõueniat de rapis, in trãſcurſu eas attigere noſtri, paulo diligentius Græci, & ipſi tamen inter hortenſia: ſi iuſtus ordo fiat, à frumento protinus, aut certe faba dicendis,

quando

quando alijs præſtãtior uſus ab his non eſt: Ante oĩa
nãq; cunctis aĩalibus naſcũtur, nec in nouiſsimis. Sa
tiãt ruris alitũ quoq; genera, magisq́; ſi decoquãtur
aqua. Quadrupedes et fronde earũ gaudent. Et hoĩ
non minor rapaciorum ſuis horis gratia, q̃ cymarũ:
flaccidorũ quoq;, et in horreis enecatorũ, uel maior
q̃ uirentiũ. Ipſa uero durant et in ſua terra ſeruata:
et poſtea paſſa, penè ad aliũ ꝓuentum, famẽq́; ſenti-
tiri ꝓhibent. A uino atq; meſſe tertius hic trãſpada
nis fructus. Terrã non moroſe eligit, penè ubi nihil
aliud ſeri poſsit. Nebulis et pruinis, ac frigore, ultro
aluntur amplitudĩe mirabili. Vidi. XL. libras exce
dentia. In cibis quidẽ noſtris pluribus modis cõmen-
dantur, durantq́; ad alia ſinapis acrimonia domita,
etiã coloribus picta præter ſuum ſex alijs, purpureo
quoq;, neq; aliud in cibis tingui decet. Genera eorũ
græci duo prima fecere, maſculinum fœmininumq́;
et ea ſerendi mõ ex eodem ſemĩe. Denſiore enim ſatu
maſculeſcere, item in terra difficili. Semen præſtan
tius quo ſubtilius. Species uero oĩm tres. Aut enĩ in
latitudinẽ fundi, aut in rotunditatẽ globari. Tertiã
ſpeciem ſylueſtrem appellauere, in longitudinẽ radi
ce ꝓcurrente, rhaphani ſimilitudine, et folio angulo
ſo ſcabroq́;, ſucco acri: qui circa meſſem exceptus,
oculos purgat, medetur caligini admixto lacte mu-
lierum. Frigore dulciora fieri exiſtimãtur & gran
diora. Tepore in folia exeunt. Palma in Nurſino
agro na-

Sunt q legant rapiciorum, cũ tamen à Catone hoc nomẽ magis adiecti- ue uſurpetur, hinc ca. 134. ſemẽ rapicium uocat, & ailbi coles rapicios.

agro naſcentibus. Taxatio in libras ſeſtertij ſinguli, & in penuria bini. Proxima in algido natis. Napi uero Amiternini *quorum cadã ferè natura, gaudẽt æque frigidis. Seruntur & ante* Kalen. *Martias in iugero ſextarij quatuor.* Diligentiores *quinto ſulco napum ſeri iubẽt, rapam quarto, utroq; ſtercorato:* Rapam *lætiorẽ fieri, ſi cum palea ſeminetur. Serere nudum uolunt, precantem ſibi & uicinis ſerere ſe. Satus utriq; generi iuſtus, inter duorum numinum dies feſtos,* Neptuni *atq;* Vulcani. *Feruntq; ſubtili obſeruatione, quota luna procedente hyeme nix prima ceciderit, ſi totidem à numinum die intra prædictum temporis ſpatium ſerantur, mire ꝑuenire. Seruntur & uere in calidis atq; humidis.*

De lupino. Caput .XIIII.

L*Vpino eſt uſus ꝓximus, cũ ſit et hoĩ et quadrupedũ generi ungulas habenti cõis.* Remedium *eius, ne metentes fugiat exiliendo, ut ab imbre tollatur.* Nec *ullius quæ ſeruntur natura, aſſenſu terræ mirabilior eſt.* Primum *oĩum cum ſole quotidie circumagitur, horasq; agricolis etiam nubilo demonſtrat.* Ter *præterea floret.* Terrã *amat, terraq; ope riri non uult.* Et *unũ hoc ſeritur nõ arata, ubi fuerit maxĩe ſabuloſa et ſicca, atq; etiã harenoſa.* Coli *utiq; non uult.* Tellurẽ *adeo amat, ut q̃uis frutetoſo ſolo coniectũ inter folia uepresq; ad terrã tamẽ radicẽ ꝑueniat.* Pingueſcere *hoc ſatu arua uineasq; dixi*mus. Itaq;

Ex Theo. *ca. de lupino:* At*q; in totũ, inquit, cõdi hoc legumẽ ſubter terrã recuſat.* Qua *de cauſa*

Rr

ne ſubarantes quidem id ſe-runt. &c.

mus. Itaq; adeo nõ eget fimo, ut optimi uicẽ repræſentet. Nihil aliud nullo ĩpendio conſtat, ut qđ ne ſerẽdi quidẽ gratia opus ſit afferre, ꝑtinus ſeritur ex aruo. Ac ne ſpargi quidem poſtulat decidẽs ſponte. Primũq; oĩm ſeritur, nouiſſimũ tollitur. Vtrũq; ſeptembri ferè menſe: qa ſi non anteceſſerit hyemẽ, frigoribus obnoxiũ eſt. Impune præterea iacet, uel derelictũ etiã, ſi nõ ꝑtinus ſecuti obruãt imbres, ab oĩbus aĩalibus amaritudine ſua tutum. Plerũq; tamen leui ſulco integũt. Ex denſiore terra rubricã maxĩe amat. Ad hanc alendã poſt tertiũ florẽ uerti debet, in ſabulo poſt ſecundũ. Cretoſa tãtum limoſaq; odit, & in ijs non ꝑuenit. Maceratũ calida aqua, homini in cibo eſt. Nam bouem unum modij ſinguli ſatiant, ualidumq; præſtant: quando etiam impoſitũ puerorum uentribus, pro remedio eſt. Condi in fumo maxime conuenit, quoniam in humido uermiculi umbilicum eius in ſterilitatem caſtrant. Si depaſtum ſit in fronde, inarari protinus ſolum opus eſt.

legendum fortan. uermibus, quodue- rinunem eo

De uicia & eruo. Caput .XV.

ET uicia pingueſcunt arua, nec ipſa agricolis opoſa, uno ſulco ſata, nõ ſarritur, nõ ſtercoratur, nec aliud q̃ deoccatur. Sationis eius tria tẽpora: Circa occaſum arcturi, ut decẽbri mẽſe paſcat: tunc optĩe ſeritur in ſemen. Aeq; nanq; fert depaſta. Secunda ſatio menſe Ianuarij eſt: nouiſſima Martio, ac tum ad frondẽ utiliſſima. Siccitatẽ ex oĩbus quæ ſe-

runtur maxime amat, non aſpernatur etiam umbroſa. Ex ſemine eius, ſi lecta matura eſt, palea cæteris præfertur. Vitibus præripit ſuccũ, langueſcuntq́;, ſi in arbuſtis ſeratur. Nec erui operoſa cura eſt. Hoc amplius q̃ uicia runcatur, et ipſum medicaminis uim obtinẽs. Quippe p eruũ diuũ Auguſtũ curatũ, epiſtolis ipſius memoria extat. Sufficiũt ſingulis boum iugis modij quini ſati. Martio menſe ſatum, noxium eſſe bubus aiunt: Item autumno grauedinoſum. Innoxium autem fieri primo uere ſatum.

De fœno græco, & farragine, & de ocyno, & medica, & cytiſo. Caput .XVI.

ET ſilicia, hoc eſt fœnũ græcũ ſcarificatiõe ſeritur, nõ altiore quatuor digitorũ ſulco: quanto q; peius tractatur, tanto puenit melius. Rarum dictu, eſſe aliquid cui pſit negligentia. Id aũt quod ſecale atq; farrago appellatur, occari tantum deſiderat. Secale Taurini ſub alpibus aſiam uocant, deterrimum, et tantũ ad arcendũ famẽ utile: fœcũda, ſed gracili ſtipula, nigricia triſte, ſed põdere præcipuũ. Admiſcetur huic far, ut mitiget amaritudinẽ eius, et tamẽ ſic quoq; ingratiſſimũ uentri eſt. Naſcitur qualicũq; ſolo cũ centeſimo grano: ipſumq́; p lætamine eſt. Farrago ex recremẽtis farris prædenſa ſeritur, admixta aliquando et uicia. Eadẽ aliquando in Africa fit ex hordeo. Omnia hæc pabularia. Degenerátque ex leguminibus que uocatur cracca: in tantum

Id ita et Colu. tradit li. 2. ca. 11. de fœnicale græci, hoc eſt, ſiliciæ, ſatiõe, quã tamen ut ille ait ruſtici ſiliquã uocãt. Nã ſi plus inqt quatuor digitis adobrutum eſt ſemen eius, nõ facile prodit.

columbis grata, ut paſtas ea negent illius loci fugiti-

Cap. 27.

uas fieri. Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocynum uocat, quo ſiſtebant aluum bubus. Id erat è pabulis ſegete uiridi deſecta antẽq̃ gelaret. Sura Manulius id aliter interpretatur, & tradit fabæ modios. X. uiciæ duos, tantundẽ et eruiliæ in iugero autumno miſceri et ſeri ſolitos. Melius et auena græca, cui non cadit ſemẽ admixta. Hoc uocitatũ ocynũ, boũq; cauſa ſeri ſolitũ. Varro appellatũ à celeritate ꝓueniẽdi. Medica externa, etiã Græciæ, ut à Medis aduecta per bella Perſarum, quæ Darius intulit, ſed uel in primis dicẽda: Tanta dos eius, ut cũ uno ſatu amplius q̃ tricenis annis duret. Similis eſt trifolio caule, folijsq; geniculata: ꝗcquid in caule aſſurget, in folio cõtrahitur. Vnũ de ea & cytiſo uolumẽ Amphilochus fecit cõfuſim. Solũ in quo ſeratur, elapidatum purgatumq; ſubigitur autumno: mox aratũ et occatũ integitur crate iterũ & tertio, quinis diebus interpoſitis, et fimo addito. Poſcit aũt ſiccum ſuccoſum, uel riguum. Ita præparatũ ſeritur mẽſe Maio, aliâs pruinis obnoxia. Opus eſt, dẽſitate ſeminis oĩa occupari, internaſcentesq; herbas excludi. Id præſtant in iugera modia uicena: imò cauẽdum ne adurat: terraq; ꝓtinus integi debet. Si ſit humidum ſolũ herboſum'ue, uincitur, & deſciſcit in pratum. Ideo ꝓtinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda eſt manu potius q̃ ſarculo. Secatur incipiens florere,

Lib. 1. ca. 31. Ocynũ, inq̄t, dictũ à græco uerbo ὠκὺς, ꝗ cito ꝓueniat: Quo loco tamen apud Var. legitur, ualet, corrupte, ut uidetur, ꝓueniat.

& quotiens

& quotiens refloruit. Id ſexies euenit per annos, cũ minimũ quater. In ſemen matureſcere ꝓhibendum eſt, quia pabulũ utilius eſt uſq; ad trimatum. Verno ſeri debet, liberariq; cæteris herbis: ad trimatum marris à ſolo radi. Itaq; reliquæ herbæ intereũt ſine ipſius damno, ꝓpter altitudinẽ radicũ. Si euicerint herbæ, remedium unicũ eſt aratio, ſæpius uertendo, donec omnes aliæ radices intereant. Dari non ad ſatietatem debet, ne repellere ſanguinẽ neceſſe ſit: Et uiridis utilior eſt. Areſcit ſurculoſe, ac poſtremo in puluerem inutilem extenuatur. De cytiſo, cui & ipſi principatus datur in pabulis, affatim diximus inter frutices. Et nunc frugum omnium natura peragenda eſt, cuius in parte de uitijs quoq; dicatur.

De uitijs frugum & remedijs, & quid in quoq; terræ genere debeat ſeri. Caput .XVII.

PRimum oĩm frumenti uitium auena eſt, & hordeum in eã degenerat, ſicut ipſa frumẽti fit inſtar: quippe cũ Germaniæ populi edãt eã, neq; alia pulte uiuant. Soli maxime cæliq; humore hoc euenit uitium. Sequentem cauſam habet imbecillitas ſeminis, cum diutius retentum eſt terra, prius q̃ erũpat. Eadem eſt ratio, ſi carioſum fuit cum ſereretur. Prima aũt ſtatim eruptione agnoſcitur, ex quo apparet in radice eſſe cauſam. Eſt & aliud ex uicino auenæ uitiũ, cũ amplitudine inchoata granũ, ſed nondũ matura, prius q̃ roboretur corpus, afflatu noxio caſſum

et inane à ſpica euaneſcit quodã abortiuo. Venti *aũt*
tribus tꝑibus nocent frumẽto et hordeo: In *flore, aut*
ꝓtinus cũ defloruere, uel matureſcere incipiẽtibus.
Tunc enim *exinaniunt grana.* Prioribus *cauſis naſci*
ꝓhibẽt. Nocet *et ſol creber è nube.* Naſcũtur *et uer*
miculi in radice, cũ ſementẽ imbribus ſecutis incluſe
rit repentinus calor humorẽ. Gignũtur *et in grano,*
cum ſpicæ in pluuijs calor inferueſcit. Eſt *et cantha*
rus dictus ſcarabeus paruus, frumenta erodens. Oĩa
ea aĩalia cum cibo deficiunt. Oleum, *pix, adeps con-*
traria ſeminibus. Cauẽdumq; *eſt ne cõtacta eis tunc*
ſerantur. Imber *in herba utilis tantum:* Florentibus
aũt frumento & hordeo nocet: leguminibus innocu-
ús, præterq̃ ciceri. Matureſcentia *frumenta imbre*
læduntur, & hordeum magis. Naſcitur *& herba al*
ba, panico ſimilis, occupans arua, pecori quoq; mor-
tifera. Nam *lolium, & tribulũ, & carduũ lappãq;*
non minus q̃ rubũ, inter frugũ morbos potius q̃ inter
ipſius terræ peſtẽ numerauerim. Cæleſte *frugum ui*
nearumq; malũ, nullo minus noxium eſt rubigo. Fre
quentiſſima hæc in roſcido tractu, conuallibusq; ac
perflatũ non habentibus. E *diuerſo carent ea uẽtoſa*
& excelſa. Inter *uitia ſegetum & luxuria eſt, cum*
onerata fertilitate ꝓcumbunt. Commune *aũt oĩm ſa*
torum uitiũ urica, etiã ciceris, cũ ſalſilaginẽ eius ab
luendo imber dulcius id facit. Eſt *herba quæ cicer*
enecat et eruũ, circũligando ſe, uocatur orobanche:

Quã hic Plini. *uricam uocat uermẽ q in ci-*

Triticum

Triticum ſimili mō æra: Hordeum feſtuca quæ uocatur ægilops: Lentē herba ſecuridaca, quā græci à ſimilitudine pelecinon uocāt. Et hæ quidē cōplexu necant. Circa Philippos aūt ateramnon noīant in pingui ſolo herbā, qua ſaba necatur: teramnon, qua in macro, cum udam quidā uentus afflauerit. Acræ granum minimum eſt in cortice aculeato. Cum eſt in pane, celerrie uertigies facit: Aiuntq́; , in Aſia & Græcia balneatores cū uelint turbā pellere, carbonibus id ſemen inijcere. Naſcitur & phalāgius in eruo, beſtiola aranei generis, ſi hyems aquoſa ſit. Limaces naſcūtur in uicia, aliquādo è terra cochleæ minutæ, mirū in modū erodentes eā. Et morbi quidē hi ſunt. Remedia eorū quæcunq; ꝑtinent ad herbas, in ſarculo, et cū ſemē iactatur cinere. Quæ uero in ſemine et circa radicē cōſiſtūt, præcedēte cura cauētur. Vino aūt ſemina ꝑfuſa, minus ægrotare exiſtimāt. Virgilius nitro et amurca ꝑfundi iubet fabā, ſic etiā grandeſcere ꝑmittit. Quidā uero ſi triduo ante ſatum urina et aqua maceretur, præcipue adoleſcere putant. Ter quidē ſarritā modiū fractæ è modio ſolidæ reddere. Reliqua ſemina cupreſſi folijs tuſis ſi miſceantur, nō eſſe uermiculis obnoxia, nec ſi interlunio ſerantur. Multi ad milij remedia, rubetā noctu aruo circumferri iubēt prius q̃ ſarriatur, deſodiq́; in medio incluſam uaſe fictili: ita nec paſſerē, nec uermē nocere: ſed eruendam prius q̃ metatur, alioqn ama-

cere naſcitur, alij erucā appellare uidentur, græce κάμπη dicitur, quēadmodum Gaza interpretatur.

Geor. I. Semina uidi equidē mltos medicare ſerentes Et nitro prius & nigra perfundere amurca: Grādior ut fœtus ſiliquis fallacibus eſſet.

rum fieri. Quin et armo talpæ cõtacta ſemina hube riora eſſe. Democritus ſucco herbæ (quæ appellatur aizoon in tegulis naſcens tabuliſue, latine uero ſedũ aut digitellũ) medicata ſeri iubet oĩa ſemina. Vulgo uero, ſi dulcedo noceat, & uermes radicibus inhæ- reant, remedium eſt amurca pura, ac ſine ſale ſpar- gere, deĩde ſarrire. Si in articulum ſeges ire cœpit, runcare, ne herbæ uincant. Peſtẽ à milio atq; panico ſturnorũ paſſerúmue agmina ſcio abigi herba, cuius nomen eſt ignotũ, in quatuor angulis ſegetis defoſſa, mirũ dictu, ut oĩno nulla auis intret. Mures abigun- tur cinere muſtelæ, uel fel:s diluto, et ſemĩe ſparſo, uel decoctarũ aqua. Sed redolet uirus aĩalium eorũ etiã in pane. Ob id felle bubulo ſemina attingi utilius putant. Rubigo quidẽ, maxima ſegetum peſtis, lauri ramis in aruo defixis, tranſit in earũ folia ex aruis. Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat, & depaſtæ quidẽ: uel ſæpius nullã in ſpi- ca iniuriã ſentiunt. Retonſarũ uero etiã ſemel, omni- no certum eſt, granum longius fieri, ſed inane caſ- ſumq;, ac ſatum non naſci. Babylone tamen bis ſe- cant, tertio depaſcunt, alioquin folia tantum fierent. Sic quoq; cum quinquageſimo fœnore meſſes red- dit exilitas ſoli: uerũ diligentioribus cũ centeſimo- quinquageſimo. Neque eſt cura difficilis. Quàm diutiſſime aquari gaudent, ut præpinguis & den- ſa hubertas diluatur. Limum autẽ non inuehunt Eu-

phrates

phrates Tigriſq́;, ſicut ĩ Aegypto Nilus. Nec terra
ipſa herbas gignit. Hubertatis tamen tantæ ſunt, ut
ſequẽte anno ſponte reſtibilis fiat ſeges, ĩpreſſis ueſti
gio ſeminibus: q̃ tãta ſoli differẽtia admonet terræ
genera in fruges deſcribere. Igitur Catonis hæc ſen Capite. 34. et
tentia eſt: In agro craſſo et læto frumentũ ſeri. Si ue . 35.
ro nebuloſus ſit, idẽ. Rhaphanũ, miliũ, panicũ ĩ frigi
do & aquoſo prius ſerendũ, poſtea in calido. In ſolo
autẽ rubricoſo, uel pullo, uel harenoſo, ſi nõ ſit aquo-
ſum, lupinũ. In cretoſo & rubricoſo, & aquoſiore
agro adoreũ. In ſicco et nõ herboſo, nec umbroſo, tri
ticum. In ſolo ualido fabam. Viciam uero quàm mini
me in aquoſo herbidoq́;. Siliginem & triticum in ap
to loco edito, qui ſole quàm diutiſſime torreatur. Lẽ
tem in frutetoſo & rubricoſo, q non ſit herbidus. Quanq̃, in fru
Hordeum in nouali, & in aruo quod reſtibile poſſit teto, exempla
fieri, trimeſtre, ubi ſementem maturam facere non ria habent: ta
poßit, & cuius craſſitudo ſit reſtibilis. Subtilis & il men frutetoſo
la ſententia: Serẽda eſſe ea in tenuiore terra, quæ nõ potius legẽdũ
multo indigent ſucco, ut cytiſus & cicer, exceptis le uidetur, qa ſe-
guminibus quæ uelluntur e terra, non ſubſecantur. quitur rubrico-
Vnde & legumina appellata, quia ita leguntur. In ſo: ut ſubaudia
pingui autem, quæ cibi ſunt maioris, ut olus, triticũ, tur, loco.
ſiligo, linum. Sic ergo tenue ſolum hordeo dabitur,
minus enim alimenti radix poſcit: leuior terra den-
ſiórque, tritico. In loco humili far adoreum, potius
quàm triticum ſeretur: temperato, & triticum &
hordeum

hordeũ. Colles robuſtius, ſed minus reddunt triticũ. Far et ſiligo, et cretoſũ et uliginoſum ſolũ ſortiũtur.

De ꝓdigijs frugũ, et arandi diſciplina, et uomerum generibus. Caput .XVIII.

EST & in frugibus oſtentũ. Semel (qđ equidem inueneri) accidit, P. Aelio, Cn. Cornelio coſſ. quo anno ſupatus eſt Annibal. In arboribus eni tũc nata ꝓduntur frumẽta. Et quoniã de frugũ terræq; generibus abũde diximus, nunc de arandi ratione dicemus, ante omnia Aegypti felicitate cõmemorata. Nilus ibi coloni uice fungẽs, euagari incipit (ut diximus) à ſolſtitio aut noua luna, ac primo lente, deinde uehementius q̃diu in leone ſol eſt. Mox pigreſcit in uirginem tranſgreſſo, atq; in libra reſidet. Si. XII. cubitos non exceſſerit, fames certa eſt. Nec minus ſi. XVI. exuperauerit. Tanto enim tardius decedit, quanto abundantius creuit, & ſementem arcet. Vulgo credebatur ab eius deceſſu ſerere ſolitos, mox ſues impellere ueſtigijs ſemina deprimentes: et in madido ſolo credo antiquitus factitatum. Nunc quoque non multo grauiore opera, ſed tamen inarari certũ eſt, abiecta prius ſemina in limo digreſſi amnis, hoc eſt, Nouembri menſe incipiente: poſtea pauci runcant, quod botaniſmon uocant. Reliqua pars non niſi cum falce arua uiſit paulo ante Kalẽdas Aprilis. Peragitur autem meſſis mẽſe Maio, ſtipula nunquã cubitali. Quippe ſabulũ ſubeſt, granũq; limo tantũ

contine-

continetur. Excellẽtius in Thebaidis regionibus frumentũ q̃ paluſtribus Aegyptijs. Similis ratio, ſed felicitas maior Babyloniæ Seleuciæ, Euphrate atque Tigri reſtagnantibus, quoniã ibi rigandi modus manu temperatur. Syria quoq; tenui ſulco arat, cũ multifariã ĩ Italia octoni boues ad ſingulos uomeres anhelent. In omni quidẽ parte culturæ, ſed in hac quidẽ maxĩe ualet oraculũ illud: Quid quæq; regio patiatur. Vomerũ plura genera: Culter uocatur, præ denſam, priuſq̃ proſcindatur, terrã ſecans, futuriſq; ſulcis ueſtigia præſcribens inciſuris, quas reſupinus in arando mordeat uomer. Alterum genus eſt uulgare, roſtratũ uti uectis. Tertium in ſolo facili, nec toto porrectum dentali, ſed exigua cuſpide in roſtro latior. Hæc quarto generi, ſed exacutior in mucronem faſtigiata, eodémque gladio ſcindens ſolum, & acie laterum radices herbarũ ſecans, non pridem inuentũ in Rhetiã. Galliæ uero duas addiderunt rotulas, quod genus uocant planarati. Cuſpis effigiem palæ habet. Serunt ita non niſi culta terra, & ferè noua. Latitudo uomeris ceſpites uerſat. Semen protinus inijciunt, crateſq; dentatas ſupèr trahũt. Nec ſarrienda ſunt hoc modo ſata, ſed porcellis binis terniſq; ſic arant. Vno iugo boum cenſeri anno facilis ſoli quadragena iugera, difficilis tricena, iuſtũ eſt.

De temporibus arandi, & iunctione boum.

Caput ·XIX·

In arando

Capi.6. IN arando magnopĕ ſeruandum eſt Catonis oraculū. Quid eſt primū? Agrū bene colere. Quid ſecundū? Bene arare. Quid tertiū? Stercorare. Sulco uario ne ares. Tempeſtiue ares. Tepidioribus locis à bruma proſcindi arua oportet, at frigidioribus ab æqnoctio uerno. Et maturius ſicca regione q̃ humida. Maturius denſa terra q̃ ſoluta, pingui q̃ macra. Vbi ſiccæ & graues æſtates, terra cretoſa aut gracilis, utilius inter ſolſtitiū & autumni æquinoctium aratur. Vbi leues æſtus, frequentes imbres, pingue herboſumq́; ſolū, ibi melius caloribus. Altum & graue ſolum etiā hyeme moueri placet: tenue ualde & aridū, paulo ante ſationis tempus. Sunt et hic ſuæ leges. Lutoſam terrā ne tangito. Vi omni arato. Prius q̃ ares proſcindito. Hoc utilitatem habet, ꝙ inuerſo ceſpite herbarū radices necantur. Quidā utiq; ab æquinoctio uerno ꝓſcindi uolūt: Quodq́; uere ſemel aratum eſt, à tēporis argumento ueruactū uocatur. Hoc in nouali atq; requieto neceſſarium eſt. Nouale eſt, qđ alternis annis ſeritur. Araturos boues q̃ arctiſſime iungi oportet, ut capitibus ſublatis arent: ſic minime colla cōtundunt. Si inter arbores uitesq́; arentur, fiſcellis capiſtrari, ne germinū tenera præcerpant: Securiculam inſitiuam pēdere, qua intercidantur radices. Hoc melius q̃ conuelli aratro, bouesq́; luctari. In arādo uerſum peragi, nec ſtriare in actu ſæpius. Iuſtū eſt ꝓſcindi ſulco dodrantali iugerum uno die, ite

die, iterari ſeſquiiugerũ, ſi ſit facilitas ſoli: ſi minus, ꝓſcindi ſemiſſem, iterari aſſem: quãdo & animaliũ labori natura leges ſtatuit. Omne aruũ rectis ſulcis, mox et obliqs ſubigi debet. In collibus trãſuerſo tantum mõte aratur: ſed modo in ſupiora, modo in inferiora roſtrante uomere: Tantũq; eſt laboris hoĩ, ut etiã boũ uice fungatur. Certe ſine hoc aĩali mõtanæ gentes ſarculis arant. Arator, niſi incuruus, præuaricatur. Inde traſlatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caueatur, ubi inuẽtum eſt. Purget uomerẽ ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla. Scamna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. Male aratur aruũ, qđ ſatis frugibus occãdum eſt. Id demũ recte ſubactum erit, ubi nõ intelligetur utro uomer ierit. In uſu eſt, & collicias interponere, ſi ita locus poſcat, ampliore ſulco, quæ in foſſas aquã deducant.

De occando, & quodam arationis genere, et iteratione, & reſectione. Ca. .XX.

ARatione p̃ tranſuerſum iterata, occatio ſeqtur, ubi res poſcit, crate uel raſtro, et ſato ſemine iteratio. Hoc quoq; ubi cõſuetudo patitur, cratе dentata, uel tabula aratro adnexa, qđ uocant liratio eſt. Quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimatur uoluiſſe, cum dixit optimã eſſe ſegetẽ, quæ bis ſolem, bis frigora ſenſiſſet. Spißius ſolum, ſicut plerunq; in Italia, quinto ſulco ſeri melius eſt, ĩ Thuſcis uero no-

Geor. l. 1. Illa ſeges demũ uo- tis reſpondet auari Agricolæ, bis q̃ ſolẽ, bis frigora ſenſit. & c.

no: At ſa-

no. At fabam & uiciam non proſciſſo ſerere ſine da mno, compendium operæ eſt. Non omittemus unam *etiamnum arandi rationem, in tranſpadana* Italia *bellorum iniuria excogitatam.Salaßi cum ſubiectos* Alpibus *depopularentur agros, panicum miliumq́; iam exceſcens tentauere. Poſtq̃ reſpuebat natura inararunt.* At *illæ meſſes duplicatæ docuere, quod nunc uocant artrare, id eſt, aratrare (ut credo) tunc dictum.* Hoc *fit uel incipiente culmo, uel tum ſi aut bina ternáue emiſerit folia.* Nec *recens ſubtrahemus exemplum, in* Treuerico *agro tertio ante hunc annum compertum.* Nam *cum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerunt, reſarrientes campos menſe* Martio, *huberrimáſque meſſes habuerunt.* Nam *reliqua cultura tradetur per genera frugum.*

De *cultura terræ.* Ca. .XXI.

Siliginē, *far, triticū, ſemē, hordeū occato, ſarrito, runcato q̄bus dictū erit diebus.* Singulæ *operæ cuiuſq; generi in iugero ſufficiēt.* Sarculatio *induratā hyberno rigore ſoli triſtitiam laxat teporibus uernis, nouosq́; ſoles admittit.* Qui *ſarriet, caueat ne frumenti radices ſuffodiat.* Triticū, *hordeū, ſemen, fabā bis ſarrire melius.* Runcatio *cū ſeges in articulo eſt euulſis inutilibus herbis, frugū radicē uindicat, ſegetemq́; diſcernit à ceſpite.* Leguminū *cicer eadē quæ far deſiderat.* Faba *runcari nō geſtit, quoniam euincit herbas.* Lupinū *runcatur tantū.* Miliū,

panicum

panicum occatur & ſeritur, nõ iteratur, non runcatur, ſilicia & faſeoli occãtur tantũ. Sunt genera terræ, quarũ hubertas pectinari ſegetẽ in herba cogat. Cratis & hoc genus dentatis ſtilis ferreis. Eadem nihilominus & depaſcuntur. Quæ depaſta ſunt ſarculo, iterum excitari neceſſariũ. At in Bactris, Africa, Cyrene, oĩa hæc ſuperflua: quæ fecit indulgẽtia cæli, & à ſemente non niſi nonis menſibus in aream redeunt, quia ſiccitas coercet herbas, fruges nocturno tactas rore nutriẽs. Virgilius alternis ceſſare arua ſuadet, & hoc (ſi patiãtur ruris ſpatia) utiliſsimũ proculdubio eſt. Quod ſi neget cõditio, far ſerendũ, unde lupinum aut uicia aut faba ſublata ſint, & quæ terram faciant lætiorem. In primiſque & hoc notandum, quædam propter alia ſeri obiter: ſed parum puenire priori diximus uolumine, ne eadem ſæpius dicãtur. Plurimũ enim refert ſoli cuiuſq; ratio.

Georg. 1. Alternis idẽ tonſas ceſſare noualis, Et ſegnẽ patiere ſitu dureſcere campum.

Exẽpla diuerſarũ, et de ſumma fertilitate, et bifera uite, et aquarũ differẽtia. Ca. .XXII.

CIuitas Africæ ĩ medijs ſita harenis Syrtis petentibus Leptin (quæ magna uocatur) Tacape, felici ſup oẽ miraculũ riguo ſolo, ternis ferè milibus paſſ. in omnẽ partem, fons abundat, largus quidem, ſed certis horarum ſpatijs diſpenſatus inter incolas. Palmæ ibi prægrandi ſubditur olea, huic ficus, fico punica, illi uitis, ſub uite ſeritur frumẽtum, mox legumẽ, demum olus, oĩa eodem anno, omniaq;

aliena um

aliena umbra aluntur. Quaterna cubita eius ſoli in quadratũ, nec ut à porrectis metiãtur digitis, ſed in pugnũ cõtractis, quaternis denarijs ucnundãtur. Su per oĩa eſt, biferã uitem bis anno uindemiare. Et niſi multiplici partu exinaniatur hubertas, pereunt luxuria ſinguli fructus. Nunc uero toto anno metitur aliqd. Cõſtatq; fertilitati nõ occurrere hoĩes. Aquarum quoq; differentia magna riguis eſt. In Narbonenſi ꝓuincia nobilis fons Orge noĩe eſt. In eo herbæ naſcuntur in tantũ expetitæ bubus, ut merſis capitibus totis eas quærãt uiribus. Sed illas in aqua naſcentes certum eſt non niſi imbribus ali. Ergo quiſque ſuam terram à quaque mouerit.

De qualitate terræ & ſtercoratione.
Caput .XXIII.

SI fuerit illa terra quã appellauimus tenerã, poterit ſublato hordeo milium ſeri: eo cõdito rhaphanus: his ſublatis hordeũ uel triticũ, ſicut in Cãpania: ſatiſq; talis terra aratur cũ ſeritur. Alius ordo, ut ubi adoreũ fuerit, ceſſet. IIII. mẽſibus hybernis, et uernam fabã recipiat, aut antè hyemalẽ ne ceſſet. Necnõ minus pingui alternari poteſt ita, ſi frumento ſublato legumẽ tertio ſeratur. Gracilior et ĩ annũ tertium ceſſet. Frumentũ quidã ſeri uetant, niſi in ea quæ ꝓximo anno qeuerit. Maximã huius loci partẽ ſtercorationis obtinet ratio, de qua & priori diximus uolumine. Hoc tantũ unũ in cõfeſſo eſt, niſi ſter

corato

corato ſeri non oportere, quanq̃ & hic leges ſint ꝓpriæ. Miliũ, panicum, rapa, napus, niſi in ſtercorato non ſerantur. Non ſtercorato frumentũ potius q̃ hordeum ſerito: Itẽ in noualibus, tametſi in illis fabã ſeri nolunt, eadẽ ubicunq; q̃ recẽtiſſime ſtercorato ſolo. Autumno aliqd ſaturus, ſeptẽbri mẽſe fimum inaret poſt imbrẽ. Vtiq; ſi uerno erit ſaturus, per hyemem fimũ diſponat. Iuſtũ eſt uehes. XVIII. iugero tribui: diſpgere aũt prius q̃ areſcat, aut iactato ſemine. Si hæc omiſſa ſit ſtercoratio, ſequens eſt prius q̃ ſerat, ante puluerẽ. Quod ut hanc quoq; cura determinemus, iuſtum eſt ſingulas uehes fimi denario ire, in ſingulas pecudes minores, in maiores denas, niſi hic male ſubſtrauiſſe pecori colonum appareat. Sunt qui optĩe ſtercorari putent, ſub diuo retibus incluſa pecorum manſione. Ager ſi non ſtercoratur, alget. Si nimium ſtercoratus eſt, aduritur: ſatiusq; eſt id ſæpe, q̃ ſupra modum facere. Quo calidius ſolum eſt, eo minus addi ſtercoris, ratio eſt.

Ante puluerem cũ ita legatur in omnibus ferè exemplaribus fortaſſis hunc ſenſum habet, ut ſit ante puluerẽ, ꝓ eo quod eſt ante puluerationem, hoc eſt quã ruſtici uocãt occationẽ auto. Colu. li. 11. ca. 2.

De bonitate ſeminum, et diſciplina ſeminandi, et quantum ex quoq; genere frumenti in iugero ſerendum, et temporibus ſerẽdi. Ca. .XXIIII.

SEmen optimũ anniculũ, bimũ deterius, trimũ peſſimũ, ultrà ſterile: & in uno omnium defini ta genere ratio eſt. Quod in ima areæ ſubſedit, ad ſemen reſeruandum eſt. Id enim optimum, quoniã grauiſſimum, neq; alio modo utilius diſpergitur. Quæ

ſpica per interualla ſemina habebit, abijcietur. Optimum eſt granum quod rubet, & dentibus fractũ eundem habet colorẽ. Deterius, cui plus intus albi eſt. Certum, terras alias plus ſeminis recipere, alias minus. Religioſumq; inde primum colonis augurium, cũ auidius accipiat, eſurire creditur, & comeſſe ſemen. Sationẽ locis humidis celerius fieri ratio eſt, ne ſemẽ imbre putreſcat. Siccis ſerius, ut pluuiæ ſequantur: ne diu iacens atq; non concipiẽs, uaneſcat. Itẽq; feſtinata ſatione denſum ſpargi ſemẽ, quia tarde concipiat. Serotina rarũ, quia denſitate nimia necetur. Artis quoq; cuiuſdã eſt æqualiter ſpargere. Manus utiq; congruere debet cum gradu, ſemperq; cum dextro pede. Fit quoq; quorundã occulta rõne, ꝙ ſors genialis atq; fœcunda eſt. Non transferendũ eſt ex frigidis locis ſemẽ in calida, neq; ex præcocibus in ſerotina, nihilq; in contrariũ præripere quadã falſa diligẽtia. Serere in iugero tẽperati ſoli iuſtũ eſt tritici aut ſiliginis modios. V, farris aut ſeminis (qđ frumẽti genus ita appellamus). X, hordei. VI, fabæ quintam partẽ amplius q̃ tritici, uiciæ. XII, ciceris et cicerculæ et piſi. III, lupini. X, lentis. III, ſed hãc cum fimo arido ſeri uolunt, erui. VI, ſiliciæ. VI, faſiolorũ IIII, pabuli. XX, milij panici ſextarios quatuor. Pingui ſolo plus, gracili minus. Eſt & alia diſtinctio. In denſo, aut cretoſo, aut uliginoſo ſolo, tritici aut ſiliginis modios. VI. In ſoluta terra & nuda, & ſicca, & lata, qua

læta, quatuor. Macies enim ſoli maior, niſi rarũ cul mum habeat, ſpicam minutã facit et inanẽ. Pinguia arua ex una ſeminis radice fruticẽ numeroſum fundunt, denſamq; ſegetẽ e raro ſemine emittunt. Ergo inter quatuor & ſex modios ꝓ natura ſoli, alij quãq; non minus ſeri, pluréſue præcipiunt: tã in conſito, aut cliuoſo, aut macro. Huc pertinet oraculum illud magnopere cuſtodiendũ: Segetẽ ne defruges. Adiecit ijs Accius in praxidico, ut ſereretur, cũ luna eſſet in ariete, geminis, leone, libra, aquario: Zoroaſtres ſole. XII. partes ſcorpiõis trãſgreſſo, cum luna eſſet in tauro. Seqtur huc dilata & maxĩa indigẽs cura de tẽpore fruges ſerendi quæſtio, magnaq; ex parte ratione ſiderum connexa. Quamobrẽ ſententias omnium in primis ad id pertinentes exponemus. ✠ Heſiodus, q princeps omniũ de agricultura præcepit, unum tempus ſerendi tradidit ad uergiliarum occaſum. Scribebat enim in Bœotia Helladis, ubi ita ſeri diximus. Inter diligẽtiſſimos conuenit, ut in alitum quadrupedumq; genitura, eſſe quoſdã ad concẽptũ impetus terræ. Hos græci ita definiũt, cũ ſit calida et humida. * Virgilius triticũ, & far ad uergiliarum occaſum ſeri iubet, hordeũ inter æquinoctiũ autumni et brumã: uiciam uero, phaſeolos et lentẽ, Boote occidente. Quo fit, ut harum ſiderum aliorumq; exortus & occaſus digerẽdi ſint in ſuos dies. Sunt q & ante uergiliarum occaſum ſeri iubeant, duntaxat in

✠ In operibus & diebus ἀυτὰς ἐπὴν δὴ πληϊάδες θ' ὑάδες τε τὸ σθένος ὠρίωνος δύνωσιν, τότ' ἔπειτ' ἀρότου μεμνημένος εἶναι ὡραίου.

* Geor. I. At ſi triticeã in meſſem robuſtaq; farra Exercebis humum, ſoliſq; iſtabis aristis, Ante tibi eoæ atlantides abſcondantur. &c.

xat in arida terra,calidisq; ꝓuincijs. Cuſtodire enĩ ſemen corrumpente humore,et à ꝓximo imbre uno die erumpere. Alij ſtatim ab occaſu uergiliatũ ſequi imbres,à ſeptĩo ferè die. Aliqui in frigidis ab æquno-ctio autũni,ĩ calidis ſerius,ne ante hyemẽ luxuriẽt. Inter oẽs aũt cõuenit circa brumã ſerendũ non eſſe, magno argumẽto:quoniã hyberna ſemĩa,cum ante brumã ſata ſint,ſeptĩo die erumpant:ſi poſt brumã, uix.XL. Sunt q ꝓperent,atq; ita ꝓnunciẽt,feſtinatam ſementẽ ſæpe decipe,ſerotinã ſemper. E contrario alij,uel uere potius ſerendũ,q̃ male in autumno. Atq; ubi fuerit neceſſe, inter fauonium & uernum æquinoctium. Quidam omiſſa cæleſti cura ut inutili, temporibus definiunt. Vere linum & auena, & papauer:atq; uti nunc etiam tranſpadani ſeruãt, uſq; in quinquatribus,fabam: ſiliginem nouembri mẽſe: Far ſeptembri extremo uſq; in Idus Octobris. Alij poſt hunc diem in Kalen. Nouembris. Ita his nulla naturæ cura eſt,illis nimia: & ideo cæca ſubtilitas: cum res inter ruſticos geratur, literarumq; exper-tes,non modo ſiderũ. Et confitendũ eſt cælo maxĩe cõſtare ea:quippe Virgilio iubente prædiſci uentos ante oĩa,ac ſiderũ mores,neq; aliter q̃ nauigãtibus ſeruari. Spes ardua & immenſa,miſceri poſſe cæleſtem diuinitatẽ imperitiæ. Sed contemplanda tamẽ, grandi uitæ emolumento. Prius tamẽ ſideralis difficultas,quã ſenſere etiam periti,ſubijciẽda contẽplationi eſt.

Georgicor. 1.
Ac prius ignotũ,ferro q̃ ſcidimus æquor,
Ventos et uariũ cæli prædiſcere morẽ
Cura ſit.

tioni eſt; quo deinde lætior mens diſcedat à cælo: et facta ſentiat, quæ futura prænoſci non poſſunt.

Digeſtio ſiderũ in noctes et dies. Ca. XXV.

PRimum oĩm dierum ipſorũ anni, ſoliſq; motus ꝓpè inexplicabilis ratio eſt, ad. CCCLXV. adijciũt etiamnũ intercalarios diei noctiſq; quadrãtes. Ita fit, ut tradi non poßint certa ſiderũ tempora. Accedit confeſſa rerũ obſcuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus, tempeſtatũ ſignificatione, quod ꝓchemaſin Græci uocant: nunc poſtueniente, qđ epichemaſin. Et plerunq; aliâs citius, aliâs tardius cæli effectu ad terrã deciduo: unde uulgo ſerenitate reddita confectũ ſidus audimus. Præterea cum oĩa hæc ſtatis ſideribus cæloq; affixis cõſtent, interueniunt motu ſtellarũ grandines, imbres, & ipſi non leui effectu ut docuimus, turbantq; cõceptæ ſpei ordinem. Idq; ne nobis tantũ putemus accidere, & reliqua fallit aĩalia ſagaciora circa hoc; ut uita eorũ conſtet, æſtiuaſq; alites præpoſterò, aut præpropero rigore, nec ante hybernos æſtus. * Ideo Virgilius errantium quoq; ſiderum rationẽ ediſcendã præcepit, admonens obſeruandum frigidæ Saturni ſtellæ trãſitum. Sunt qui certißimum ueris indicium arbitrentur ob infirmitatẽ aĩalis, papilionis ꝓuentum. Ideo ipſo anno cum cõmentaremur hæc, notatum eſt, prouentum eorum ter repetito frigore extinctum, aduenaſq; uolucres ad. VI. Kalẽdas Februarij ſpem ueris at-

* Geor. I. ubi cũ uarias tẽpeſtates, quibus agricolæ moleſtãtur, expoſuiſſet, tale dedit præceptũ, quo docti facile eas uitare poſſent: Hoc metuens cæli mẽſes & ſidera ſerua, Frigida Saturni ſeſe quò ſtella receptet, quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes.

ris attuliſſe, mox ſæuiſſima hyeme conflictatas. Res *anceps primũ, oĩm à cælo peti legẽ, deinde eã argumentis eſſe quærendã. Super oĩa eſt mundi conuexitas, terrarumq́; globi differẽtia, eodẽ ſidere alio tẽpore alijs apiente ſe gentibus.* Quo *fit, ut cauſa eius non ijſdẽ diebus ubiq; ualeat.* Addidere *difficultatẽ & autores, diuerſis in locis obſeruando, mox etiam in ijſdẽ diuerſa prodẽdo.* Tres *aũt fuere ſectæ,* Chal*dæa,* Aegyptia, Græca. *His apud nos quartã* Cæſar *dictator, annos ad ſolis curſum redigẽs ſingulos,* Soſigene *perito ſcientiæ eius adhibito.* Et *ea ipſa ratio poſtea comperto errore correcta eſt: ita ut.* XII. *annis cõtinuis non intercalaretur, quia cœperat ſidera annus morari, qui prius antecedebat.* Et Soſigenes *ipſe tribus cõmentationibus (quanq̃ diligẽtior eſſet cæteris) non ceſſauit tamen addubitare ipſe ſemet corrigendo.* Autores *pdidere ea, quæ prætexuimus uolumini huic, raro ullius ſententia cum alio congruente.* Minus *hoc in reliquis mirum, quos diuerſi excuſauere tractus.* Eorũ *qui in eadem regione diſſidere, unam diſcordiam ponemus exempli gratia:* Oc*caſum uergiliarum matutinum* Heſiodus *(nam huius quoq; nomine extat* Aſtrologia*) tradidit fieri, cum æquinoctium autumni conficeretur,* Thales. XXV. *die ab æquinoctio,* Anaximãder. XXIX, Eudæmon XLVIII. Nos *ſequemur obſeruationẽ* Cæſaris, *maximeq́; hæc erit* Italiæ *ratio.* Dicemus *tamẽ et aliorum placi*

rum placi

rum placita. Id quoniam non unius terræ, ſed totius naturæ interpretes ſumus, non autoribus poſitis (id enũ uerboſum eſt) ſed regiõibus, ut legentes tantũ meminerint breuitatis gratia. Cum Attica noĩata fuerit, ſimul ĩtelligere Cycladas inſulas: cũ Macedonia Magneſiam, Thraciã: cum Aegyptus Phœnicẽ, Cyprũ, Ciliciã: cũ Bœotia Locridẽ, Phocidẽ, & finitimos ſemper tractus: cum Helleſpõtus Cherroneſum, & continentia uſq; Atho montem: cũ Ionia Aſiã, & inſulas Aſiæ: cum Peloponneſus Achaiã, & ad heſperum iacentes terras. Chaldæi Aſſyriã & Babyloniã demonſtrabunt. Africam, Hiſpaniã, Gallias ſileri non erit mirũ. Nemo enĩ obſeruauit in ijs, qui ſiderum ꝑderet exortus. Non tamen difficili rõne dinoſcẽtur in illis quoq; terris digeſtiõe circulorũ quã in ſexto uoluĩe fecimus: qua cognitio cæli nõ gentiũ mõ, uerũ urbiũ quoq; ſingularũ intelligitur nota ex his terris quas noĩauimus, ſumpta conuexitate circuli ꝑtinentis, ad quas quiſq; quæreret, terras, et ad earum ſiderũ exortus, per oĩm circulorum pares umbras. Indicandũ et illud, tẽpeſtates ipſas ardores ſuos habere quadrinis annis: et eaſdẽ nõ magna differẽtia reuerti rõne ſolis, octonis uero augeri eaſdẽ, cete ſima reuoluẽte ſe luna. Oĩs aũt rõ obſeruata eſt tribus modis, exortu ſiderũ occaſuq;, & ipſorũ temporum cardinibus. Exortus occaſusq; binis modis intelliguntur. Aut enĩ aduentu ſolis occultãtur ſtellæ

& conſpici deſinunt, aut eiuſdē abſceſſu ꝓferunt ſe in emerſum. Hoc melius q̄ exortum conſuetudo dixiſſet, & illud occultationē potius q̄ occaſum. Alio modo quo die incipiunt apparere uel deſinūt, oriente ſole uel occidēte, matutini ueſptiniue cognoīati, prout alterutris eorū mane uel crepuſculo cōtingit. Dodrātes horarū (cum minimū) interualla ea deſiderāt ante ſolis ortū, uel poſt occaſum, ut aſpici poſſint. Præterea bis quædā exoriūtur & occidūt. Omnisq; ſermo de his eſt ſtellis, quas adhærere cælo diximus.

Cardo tpm quadripartita anni diſtinctione conſtat. Per incrementa lucis augetur hoc à bruma, et æquatur noctibus uerno æqnoctio diebus. XC. tribus horis. Deinde ſupat noctes ad ſolſtitiū diebus. XCIII. horis. XII. uſq; ad æqnoctium autūni. Et tū æquata die ꝓcedit ex eo ad brumā diebus. LXXXIX. horis. III. Horæ nunc in oī acceßione æqnoctiales, non cuiuſcunq; diei ſignificantur: oēsq; eæ differentiæ fiunt in octauis partibus ſingulorum. Bruma Capricorni, ab. VIII. Kalendas Ianuarij ferè: æqnoctium uernum, arietis: ſolſtitium, cācri: alterumq; æquinoctiū, libræ: qui et ipſi dies raro non aliquos tempeſtatum ſignificatus habēt. Rurſus hi cardines ſingulis etiamnū articulis tpm diuiduntur, per media omnes dierum ſpatia. Quoniā inter ſolſtitium et æquinoctium autūni, fidiculæ occaſus, qui autumnum inchoat, dies. XLV. At ab æqnoctio eo ad brumā uergiliarū

matuti-

matutinus occaſus,hyemẽ dies.XLIII.Inter brumã et æquinoctiũ dies.XLV.Flatus fauonij,uernũ tem pus. Ab æqnoctio uerno initiũ æſtatis dies.XLVIII. uergiliarũ exortus matutinus.Nos incipiemus à ſementibus frumenti,hoc eſt uergiliarũ occaſu matuti no.Nec deinde paruorũ ſiderũ mentione concidẽda ratio eſt,& difficultas rerũ augenda,cũ ſidus uehe mens orionis iiſdẽ diebus longo decedat ſpatio.Semẽtibus tẽpora pleriq; præſumũt,et ab.XI.die au tũnalis æqnoctij fruges ſerũt,aduenĩẽte coronæ exortu cõtinuis diebus certo ꝓpe imbriũ ꝓmiſſu.Xenophon,anteq̃ deus ſignũ dederit.Hoc Cicero nouẽ bris imbre fieri interpretatus eſt:cum ſit uera ratio non prius ſerendi,q̃ folia cœpint decidere. Hoc ipſo uergiliarum occaſu fieri putãt.Aliq ad.III.Idus no uẽbris,ut diximus ſeruãt,quoniã id ſidus etiã ueſtis inſtitoris eſt,et eſt in cælo notatu facillimũ.Ergo ex occaſu eius de hyeme augurãtur,q̃bus eſt cura nego tiatoris inſidiãdi auaritiæ.Nubilo occaſu pluuioſam hyemem denunciat,ſtatimq; augent lacernarũ pretia: ſereno aſperã,et reliquarũ ueſtiũ accendũt.Sed ille indocilis cæli agricola hoc ſignũ habeat inter ſu os uepres,humũq; ſuã aſpiciẽs,cũ folia uiderit deci dua.Sic indicatur anni tẽperies,alibi tardius, alibi maturius.Ita enĩ ſentitur,ut cæli lociq; efficit natu ra:idq; in hac ratione præcellit,quod eadẽ et in mũ do publica eſt,et unicuiq; loco peculiaris. Miretur

hoc qui

hoc qui non meminerit ipſo brumali die pulegium in carnarijs florere, adeo nihil eſſe occultum natura uoluit. Et ſerẽdi igitur hoc ſignum dedit. Hæc eſt uera interpretatio, argumentum naturæ ſecum afferens. Quippe ſe & terra peti ſuadet, promittitque quandam ſtercoris uicem, & cõtra rigores terram ſatusq; operiri à ſe nunciat, et monet feſtinari. Varro in fabæ utique ſatu hanc obſeruationem cuſtodiri præcipit. Alij plena luna ſerendam. Lentem uero à .XXV. ad .XXX. Vicium quoque ijſdem lunæ diebus. Ita demum ſine limacibus fore. Quidam pabuli cauſa ſic ſeri iubẽt, ſeminis autem uere. Eſt & alia manifeſtior ratio mirabiliore naturæ prouidẽtia, in qua Ciceronis ſententiã ipſius uerbis ſubſignabimus:

Lib. 1. ca. 37. Fabã optĩe, inquit, ſeri ĩ uergiliarũ occaſu.

Iam uero ſemper uiridis, ſemperq; grauata
Lentiſcus, triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu:
Ter fruges fundens, tria tẽpora mõſtrat arandi.

Ex his unũ hoc erit idẽ & lino, et papauere ſerẽdo. Cato de papauere ita tradit: Virgas & ſarmenta, quæ tibi ĩ ſatione ſupant, in ſegete cõburito. Vbi eas combuſſeris, ibi papauer ſerito ſylueſtre: qđ in miro uſu eſt melle decoctum ad fauciũ remedia. Viſq; ſomnifera etiã ſatiuo. Et hactenus de hyberna ſemẽte.

Replicatio totius culturæ, & quid quoq; mẽſe in agro fieri oporteat. Caput .XXVI.

VErũ ut pariter oĩs culturæ quoddã breuiariũ peragatur, ꝑodẽ tpe cõuenit & arbores ſtercorare,

uorare, accumulare itē uineas. Sufficit i iugerū opa, et ubi patietur loci ratio, arbuſta ac uineas putare, ſeminarijs ſolū bipalio præparare, foueas aperire, aquā de agro pellere, torcular lauare et recondere. A Kal. Nouēbris gallinis oua ſupponere nolito, donec bruma cōficiatur. In eū diem terna dena ſubijci to æſtate tota, hyeme pauciora, nō tamen infra nouena. Democritus talē futurā hyemē arbitratur, qualis fuerit brumæ dies, & circa eum terni, itē ſolſtitio æſtatem. Circa brumā pleriq; bis ſeptē halcyonū fœtura uentorū qetem mollius cælū, ſed & in his & in alijs oībus ex euētu ſignificationū intelligi ſidera debebunt, nō ad dies utiq; præfinitos ſpectari tēpeſtatum uadimonia. Per brumam uitē ne colito. Vina tū defecari, etiā diffundi Higinus ſuadet à cōfecta ea ſeptimo die, utiq; ſi ſeptima luna cōpetat. Ceraſa circa brumā ſeri. Bubus glandē tunc aſpgi cōuenit in iuga ſingula modios. CCXL. Largior ualetudinē infeſtat, et quocunq; tpe detur, ſi minus trigīta diebus cōtinuis data ſit, narrant uerna ſcabie pœnitere. Materiei cædēdæ tempus hoc debemus. Reliqua opera nocturna maxime uigilia conſtant, cum ſint noctes tanto ampliores. Qualos, crates, fiſcinas texere. Faces incidere. Ridicas præparare interdiu. XXX, palos. XL. In lucubratione ueſptina ridicas. V, palos. X. Totidē antelucana. A bruma in fauonium Cæſari nobilia ſidera ſignificant. III. Kalēdas Ianuarij

matutino

matutino canis occidẽs. Quo die Atticæ finitimis regionibus aqla ueſpi occidere traditur. Pridie Nonas Ianuarij Cæſari delphinus matutino exoritur, et poſtero die fidicula, quo Aegypto ſagitta ueſperi occidit. Itẽ ad. VI. Idus Ianua. eiuſdẽ delphini ueſptino occaſu cõtinui dies hyemãt Italiæ, et cũ ſol in aquariũ ſentiatur trãſire, qđ fere. XVI. Kał. Februarij euenit. VIII. Kał. ſtella regia appellata Tuberoni ĩ pectore leonis occidit matutino. Et pridie Nonas Februarij fidicula ueſpi. Huius tpis nouiſſimis diebus, ubicunq; patietur cæli ratio, terrã ad roſarũ & uineæ ſatũ uertere bipalio oportet. Iugero opæ. LX. ſufficiũt. Foſſas purgare aut nouas facere. Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, dolia quaſſa ſarcire, ipſorũq; laminas ſcabendo purgare, aut nouas facere. Antelucanis à fauonio in æquinoctium uernũ Cæſari ſignificat. XVII. Kał. Martij triduum uarie. Et. VIII. Kał. hirũdinis uiſu, et poſtero die Arcturi exortu ueſpertino. Itẽ. III. Nonas Martij Cæſar cãcri exortu id fieri obſeruauit. Maior ps autorũ uindemitoris emerſu. VIII. Idus aquilonij piſcis exortu, et poſtero die Orionis. In Attica miluiũ apparere obſeruatur. Cæſar & Idus Martias feraleſ ſibi annotauit ſcorpionis occaſu. XV. uero. Kał. Aprilis Italiæ miluiũ oſtendit. XII. Kał. equũ occidere matutino. Hoc interuallũ tpis uegetiſſimũ agricolis, maximeq; operoſum eſt. In quo præcipue falluntur.

luntur. Neq; enim illo die uocãtur ad munia, quo fa uonius flare debeat, ſed quo cœpit. Hoc acri intẽtiõ ne ſeruandũ eſt. Hoc illo menſe ſignũ deus habet ob ſeruatione minime fallaci aut dubia. Si quis attendat unde ſpiret is uẽtus, quaq; parte ueniat, diximus ſe cundo uolumine, & dicemus mox paulo opoſius. Interim eo die (quiſqs ille fuerit) quo flare cœperit, nõ utiq; .VI. Idus Februarij, ſed ſiue anteq̃ uer præuenerit, ſiue poſtq̃ hyemarit, poſt eam diẽ inq̃ innumera ruſticos cura diſtringat, & prima quæq; pagantur, q̃ differri nequeunt. Trimeſtria ſerantur. Vites putentur, qua diximus ratione. Oleæ curẽtur. Poma ſerantur inſeranturq́; . Vineæ paſtinẽtur. Semina digerantur. Inſtaurẽtur alia. Harũdines, ſalices, geniſtæ ſerantur cædanturq́; . Serãtur uero ulmi, pópuli, platani, uti dictum eſt. Tum & ſegetes cõuenit purgare, ſarrire hybernas fruges, maximeq; far. Lex certa in eo cum quatuor fibrarũ eſſe cœperit. Faba uero nõ anteq̃ trium foliorum. Tunc quoq; leui ſarculo purgare uerius q̃ fodere. Florẽtem utiq; .XV. primis diebus non attingere. Hordeũ niſi ſit ſiccum, ne ſerito. Putationem æquinoctio peractam habeto. Vineæ iugerũ quaternæ operæ putant, alligantq́; : In arbuſto ſingulæ operæ .XV. arbores. Eodem hoc tempore hortorũ, roſariorũq; cura eſt, quæ ſeparatim ꝓximis uoluminibus dicentur, eodẽ & topiario rum. Tunc optime ſcrobes fiunt. Terra in futurum

proſcin-

Ergo proſcinditur, Virgilio maxime autore, ut glebas ſol coquat. Vtilior ſententia, quæ non niſi tpatum ſolum in medio uere arari iubet, quoniā in pīgui ſtatim ſulcos occupāt herbæ. In gracili inſecuti æſtus exiccāt, certumq; ſuccum futuris ſeminibus auferunt. Talia autūno melius arari certū eſt. * Cato uerna opa ſic diffinit: ſcrobes fieri, ſeminaria propagari in locis craſſis & humidis: ulmos, ficos, poma, oleas, prata ſtercorari luna ſitiēte. Quæ rigua nō erunt, ab afflatu fauonij defendi, purgari herbas, malas radicitus erui, ficus interpurgari, ſeminaria fieri, & uetera ſarciri. Hæc anteq̄ uinea florere incipiat. Itemq; piro florente arare incipiat macra harenoſaq;. Poſtea utiq; grauiſsima & aquoſiſsima. Ita poſtremo arato. Ergo hæc aratio has habebit notas lētiſci primū fructū oſtendentis, ac piri florentis. Erit & tertia in bulborum ſatu ſcillæ. Itē in coronamētorū narciſsi. Nanq; & hæc ter florent. Primoq; flore primā arationem oſtendunt, medio ſecundā, tertio nouiſsimam, quando inter ſeſe alias notas præbent. Ac non in nouiſsimis cauetur, ne fabis florentibus attingatur edera. Id enim noxiū, & exitiale eſt ei tempus. Quædā uero & ſuas habēt notas, ſicuti ficus. Cum folia pauca in cacumine acetabuli modo germinent, tunc maxime ſerendas ficus. Aequinoctiū uernum ad. VIII. Kalen. Aprilis peragi uidetur. Ab eo ad uergiliarū exortum matutinū, Cæſari ſignificant Kal. Aprilis,

.III.No-

Geor. 1. age terræ Pingue ſolum primis extemplo menſibus anni Fortes inuertant tauri, glebaſq; iacentes Puluerulenta coquat maturis ſolibus æſtas.

* De re ruſtica capite. XL.

·III. Nonas Aprilis. In Attica uergiliæ ueſpi occultantur. Eædem poſtridie in Bœotia. Cæſari autē & Chaldæis Nonis, Aegypto Orion & gladius eius incipiunt abſcōdi. Cæſari. VI. Idus ſignificatur imber libræ occaſu. XIIII. Kal. Maij Aegypto ſuculæ occidunt ueſperi, ſidus uehemens & terra mariq; turbidum. XVI. Atticæ, XV. Cæſari, cōtinuoq; triduo ſignificat. Aſſyriæ aūt. XII. Kal. hoc eſt uulgo appellatū ſidus Paliliciū, quoniā. XI. Kal. Maij. urbis Romæ natalis (quo fere ſerenitas redditur) claritatē obſeruationi dedit nimborū argumēto hyadas appellantibus Græcis has ſtellas. Quod noſtri à ſimilitudine cognoīs, Græci ꝓpter ſues impoſitum arbitrantes, imperitia appellauere ſuculas. Cæſari ad. VIII. Kal. notatur dies. VII. Kal. Aegypto hœdi exoriuntur. VI. Kal. Bœotiæ & Atticæ canis ueſperi occultatur, fidicula mane oritur. V. Kal. Aſſyriæ Orion totus abſcōditur. Tertio aūt canis. VI. Nonas Maij Cæſari ſuculæ matutino exoriūtur. Et. VIII. Idus capella pluuialis. Aegypto aūt eodē die canis ueſpi occultatur. Sic ferè in. VI. Idus Maij, qui eſt uergiliarum exortus, decurrunt ſidera. In hoc tpis interuallo. XV. diebus prius agricolæ rapiēda ſunt ea, qbus pagēdis ante æquinoctiū nō ſuffecerit. Dū ſciat inde natam exprobrationem fœdam putantium uites per imitationē cantus alitis temporarij, quem cuculū uocant. Dedecus enim habetur, opprobriumq; meritū,

falcem

ſalcem ab illa uolucre in uite deprehendi, ut ob id petulantiæ ſales etiam cum primo uere ludantur. Auſpicio tamē deteſtabiles uidētur. Adeo minima quæq; in agro naturalibus trahūtur argumētis. Extremo autem panici miliję́q; ſatio eſt. Iuſtum eſt hoc ſeri maturato hordeo, atq; etiam in eodē aruo. Eſtq; ſignū illius maturitatis, & horum ſationis cōmune: lucentes ueſpere per arua cicidelæ. Ita appellant ruſtici ſtellantes uolatus, Græci uero lampyridas, incredibili benignitate naturæ.

Ne agricolæ aſpiciant ſtellas, ſed magis tempora ſerendæ frugis, & ortus occaſusq; ſideris in quibuſdam herbis, & de ſtellarum ortu & occaſu. Caput .XXVII.

IAm uergilias in cælo notabiles natura fecerat, non tamen his contenta, terreſtres fecit alias, ueluti uociferans: Cur cælū intueris agricola? Cur ſidera quæris ruſtice? iam te breuiore ſomno feſſum premunt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas ſpargo peculiares ſtellas, easq; ueſpere, & ab opere diſurgēti oſtēdo: ac ne poſſis præterire, miraculo ſollicito. Vides ne ut fulgor igni ſimilis alarum compreſſu tegatur? ſecum lucē habeat & noctē? Dedi ecce tibi herbas horarum indices, & ut ne ſic quidem oculos tuos à terra reuoces. Heliotropium ac lupinum circumaguntur cum ſole. Cur etiam nunc altius ſpectas, ipſumq; cælū ſcrutaris? Habes ante pedes tuos

ecce uer-

ecce uergilias. In certis eæ diebus ꝓueniũt, durãtq́; ſœdere ſideris huiuſce. Partumq́; eas illius eſſe certum eſt. Proinde quiſqs æſtiuos fructus ante illas ſeuerit, ipſe fruſtrabitur ſeſe. Hoc interuallo, & apicula procedens fabam florere indicat, fabaq́; floreſcens eam euocat. Dabitur & aliud finiti frigoris indiciũ. Cum germinare uideris morũ, iniuriã poſtea frigoris timere nolito. Ergo opator. Taleas oliuarũ ponere, ipſasq́; oleas iterradere. Rigare prata æqnoctij diebus primis. Cum herba creuerit ĩ feſtucã, arcere aquas. Vineas pãpinare. Et huic lex ſua, cũ pampini quatuor digitos longitudine expleuerint. Pampinat una opera iugerũ. Segetes iterare. Sarritur uero diebus .XX. Ab æqnoctio ſaturus nocere & uineæ & ſegeti exiſtimatur. Et oues lauandi hoc idem tempus eſt. A uergiliarũ exortu ſignificãt Cæſari poſtridie Arcturi occaſus matutini tertio Idus Maij. Fidiculæ exortus .XII. Kal. Iunij, capella ue ſpere occidens. Et in Attica canis .XI. Kal. Cæſari Orionis gladius occidere ĩcipit. II. Nonas Iunij. Cæſari & Aſſyriæ aqla ueſperi oritur. VIII. Idus. Arcturus matutino occidit Italiæ .VIII. & .IIII. Idus Delphinus ueſpi exoritur. XVII. Kal. Iulij gladius Orionis exoritur. Qđ Aegypto poſt quatriduũ. XI. Kal. Eiuſdẽ Orionis gladius Cæſari occidere incipit .VIII. Kal. Iulij uero longiſsima dies totius anni, & nox breuiſſima ſolſtitium cõficiunt. In hoc temporis

Tt inter-

interuallo uineæ pãpinantur, curaturq́; ut uinea uetus ſemel foſſa ſit, bis nouella. Oues tõdẽtur. Lupinũ ſtercorandi cauſa uertitur. Terra ꝓſcinditur. Vicia in pabulũ ſecatur. Faba metitur, deinde concutitur.

De pratis & reparatione prati, & cotibus, falcibus, & deſcriptio frugum, & ſiderum.

Caput .XXVIII.

*PRata circa Kal. Iunij cæduntur, quorũ facillĩa agricolis cura, ac minimi impẽdij, hæc de ſe poſtulat dici. Relinqui debent in læto ſolo, uel humido, uel riguo, eáq́; aqua pluuia rigari uia publica. Vtiliſſimũ ſimul & herbæ arare, deinde cratire, ſerere florem ex fœnilibus, atque ex præſepibus fœno dilapſum ſpargere, priusq̃ cratiantur. Nec primo anno rigari, nec paſci ante ſcđa fœniſecia, ne herbæ uellantur, obituq́; hebetẽtur. Seneſcũt prata, reſtituiq́; debẽt faba in his ſata, uel rapis, uel milio. Mox in ſequente anno frumẽto, rurſusq́; in prata tertio relinqui. Præterea quotiẽs ſecta ſint, ſicilire, hoc eſt, quæ fœniſeces prætereũt ſecari. Eſt enĩ in primis inutile, naſci herbas ſementaturas. Herba optima in prato trifolij, ꝓxima graminis, peſſima mimmuli. Siliqua etiã dira * ferendis, inuiſa & equiſelis eſt, à ſimilitudine equinæ ſetæ. Secãdi tẽpus cum ſpica defloreſcere cœperit, atq́; roborari, ſecandumq́; anteq̃ inareſcat. Cato fœnũ, inq̃t, non ſeces priusq̃ ſemen maturũ ſit. Quidã pridie rigant ubi ſunt rigua. Noctibus ro*

* Fœniſecis, Hermo. legere uidetur in Corol. in mentiõe Hipparis Capite. 53.

ſcidis

ſcidis ſecari melius. Quædã partes Italiæ poſt meſſem ſecãt. Fuit hoc quoq; maioris impẽdij apud priores, Creticis tantũ, trãſmarinisq́; cotibus notis, nec niſi oleo falcis aciem excitantibus. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœniſex incedebat. Italia aquarias cotes dedit, limæ uice impantes ferro. Sed aquaria ꝓtinus uiret. Falciũ duo genera. Italicũ breuius, ac uel inter uepres quoq; tractabile. Galliarũ latifundia maioris cõpendij, quippe medias cædunt herbas, breuioresq́; prætereũt. Itali fœnũ ex dextera una manu ſecant. Iuſtum eſt una opera iugerũ in die deſecari, alligariq́; manipulos tria mil. CC. quaternorum pondo. Sectũ uerti ad ſolẽ, nec niſi ſiccum conſtrui oportet. Ni fuerit hoc obſeruatũ diligẽter, exhalare matutino nebulã quandã, metasq́; mox ſole accẽdi, & conflagrari certũ eſt. Rurſus rigari deſecta oportet, ut ſecetur autumnale fœnũ, qđ uocãt cordum. Interamnæ in Vmbria quater anno ſecantur etiã nõ rigua. Ter uero pleriſq; in locis et poſtea in ipſo pabulo nõ minus emolumẽti eſt q̃ à fœno. Armentorũ id cura, iumentorumq́; ꝓgeneratio ſuũ cuique conſilium dabit. Optimum maxime quadrigarũ quæſtus. Solſtitium peragi in. VIII. parte cancri, et VIII. Kalendas Iulij diximus. Magnus hic anni cardo, magna res mundi. Ex hoc uſque ad brumam decreſcunt dies, qui creuerunt ſex menſibus. At ſol ipſe ad aquilonem ſcandens, aſper, ardua emenſus ab

ea meta incipit flecti, & digredi ad auſtrũ, aucturus noctes alijs ſex mẽſibus, ablaturusq; diei mẽſuram. Ex hoc deide cõuehẽdi, rapiẽdiq; fructus alios atq; alios tps, et præparãdi ſe cõtra ſæuã ferãq; hyemẽ, dicebatq; hoc diſcrimẽ indubitatis notis ſignaſſe natură. Quamobrẽ eas manibus ipſis agricolarũ ingeſſit, uertiq; iuſſit ipſa die folia, et eſſe confecti ſideris ſignũ. Nec ſylueſtriũ tãtum arborũ remotarũq;, ne in ſaltus deuios monteſq; eundũ eſſet quærentibus ſigna. Non rurſus ꝓximarum urbanarũq;, & quæ topiario tantũ uſu coluntur, quanq̃ & in his illa uiſantur. Vertit oleæ ante pedes ſatæ: uertit tiliæ ad mille uſus petendæ: uertit populi albæ etiam uitibus nuptæ. Adhuc parũ eſt, inqt, ulmum uite dotatã habes. Et huius ueterinorũ pabulo uerſa folia ſtrigis. Stringens aũt deputas. Aſpice et tenebris ſidus. Alia parte cælũ reſpiciũt q̃ qua ſpectauere pridie. Salice oĩa alligas. Humillima arborũ ipſe toto capite altior, et huius folia circũaguntur, qd te ruſticũ quereris? Nõ ſtat per me quo minus cælum intelligas, & cæleſtia ſcias. Dabo & auribus ſignũ. Palumbũ utiq; exaudi gemitus. Tranſiſſe ſolſtitiũ cantu ne putes, niſi cum incubantẽ uideris palũbem. A ſolſtitio uſq; ad fidiculæ occaſum. VI. Kal. Iulij Cæſari Orion exoritur, zona aũt eius. IIII. Nonas Aſſyriæ. Aegypto uero procyõ matutino æſtuoſus, qđ ſidus apud Romanos non habet nomẽ, niſi caniculã hãc uelimus intelligi, hoc eſt,

hoc eſt minorē canem. Sanè ut in aſtris pingitur. Eſt autē magnopē ptinens, ſicut paulo mox docebimus, III. Nonas Chaldæis corona occidit matutino. Atticæ Orion totus eo die exoritur. Pridie Idus Iulij & Aegyptijs Orion deſinit exoriri. XVI. Kal. Auguſti Aſſyriæ procyon exoritur. Deinde poſtridie ferè ubiq; cõfeſſum inter oẽs ſidus indicabis, qđ canis ortum uocamus, ſole primã partẽ leonis ingreſſo. Hoc fit poſt ſolſtitiũ. XXIII. die. Sentiũt id maria et terræ, multæ uero et feræ, ut ſuis locis diximus. Neq; eſt ei minor ueneratio, q̃ deſcriptis in deos ſtellis. Accẽditq; ſolẽ, & magnã æſtus obtinet cauſam: XVIII. Kal. Auguſti Aegypto aqla occidit matutino, eteſiarumq; prodromi flatus incipiunt, qđ Cæſar. X. Kal. ſentire Italiã exiſtimauit. Aqla Atticæ matutino occidit. III. Kal. Regia in pectore leonis ſtella matutino Cæſari immergitur. VIII. Idus Auguſti. Arcturus medius occidit. III. Idus fidicula occaſu ſuo autumnum ĩchoat, uti is adnotat. Sed et uera ratio id fieri inuenit. VI. Idus eiuſdẽ. In hoc tpis interuallo res ſumma uitiũ agitur, decretorio uuis ſidere illo, qđ caniculã appellauimus. Vnde carbũculare dicũtur, ut quodã uredinis carbone exuſtæ. Nõ cõparãtur huic malo grãdinis, pcellæ, nec quæq; unq̃ annonæ intulere caritatẽ. Agrorũ qppe mala ſunt illa. Carbunculus aũt regionẽ late patentiũ, nõ difficili remedio, niſi calũniari magis naturã rerũ hoĩes q̃ ſibi prodeſſe

Ariſtoteles po lit. lib. 1, itēq; Cicero Thaleti hoc attribuunt.

mallent. Ferunt Democritum qui primus intellexit, oſtēditq; cum terris cæli ſocietatē, ſpernētibus hanc curā eius opulētiſſimis ciuibus præuiſa olei caritate ex futuro uergiliarū ortu, qua diximus ratione, oſtēdemusq; iam plenius magna uilitate, tunc ꝓpter ſpē oliuæ coēmiſſe in toto tractu omne oleum, mirātibus qui paupertatē & quietem doctrinarū ei ſciebant in primis cordi eſſe. Atq; ut apparuit cauſa & ingens diuitiarū curſus, reſtituiſſe mercedē anxiæ et auidæ dominorū pœnitentiæ, contentus ita ꝓbaſſe opes ſibi (cū uellet) in facili fore. Hoc Seſtius poſtea è Romanis ſapiētiæ ſectatoribus Athenis fecit eadē ratione. Tāta literarū occaſio eſt: Quas eqdē miſcebo agreſtibus negocijs ꝗ potero dilucide atq; perſpicue. Plerıq; dixere rorē inuſtū ſole acri, frugibus rubiginis cauſam eſſe, & carbūculi uitibus. Qđ ex parte falſum eſſe arbitror, oēmq; uredinē frigore tantū, innoxio cōſtare ſole. Id manifeſtū fiet attendentibus. Nā primum oīm hoc nō euenire, niſi noctibus, & ante ſolis ardorem, deprehenditur: totumq; lunari ratione conſtat, quoniam talis iniuria non fit niſi interlunio, plenáue luna, hoc eſt præualente, utroq; enim habitu plena eſt, ut ſæpius diximus. Sed interlunio omne lumen quod à ſole accipit, cælo regerit. Differentia utriuſq; habitus magna, ſed manifeſta. Nanq; interlunio æſtate calidiſſima eſt, hyeme gelida. E contrario in plenilunio æſtate gelidas facit noctes, hyeme tepidas.

tepidas. Cauſa euidens, ſed alia redditur à Fabiano, Græcisq; autoribus. Aeſtate enim interlunio neceſſe eſt, ut cum ſole nobis proximo circulo currat, igne eius cominus recepto candens, eadem interlunio abſit hyeme, quando abſcedit & ſol. Item plenilunio æſtiuo procul abeat aduerſa ſoli. Hyeme autem ad nos per æſtiuum circulum accedat. Ergo per ſe roſcida, quotiens alget, infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat. Ante omnia autem duo genera cæleſtis ĩiuriæ meminiſſe debemus. Vnũ quod tempeſtates uocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteráque ſimilia intelliguntur: quæ cum acciderint, uis maior appellatur. Hæc ab horridis ſideribus exeunt, ut ſæpius diximus, ueluti Arcturo, Orione, hœdis. Alia ſunt illa, quæ ſilente cælo ſerenisq; noctibus fiunt, nullo ſentiente niſi cum facta ſunt. Publica hæc, & magnæ differentiæ à prioribus, alijs rubiginem, alijs uredinem, alijs carbunculum appellantibus: omnibus uero ſterilitatem. De his nunc dicemus, à nullo ante nos prodita, priusque cauſas reddemus.

De tempeſtatibus utriuſq; tp̃is, & remedijs ſterilitatum. Caput .XXIX.

DVæ ſunt præter lunarẽ, paucisq; cæli locis eſſe cõſtat. Nanq; uergiliæ priuatĩ attinent ad fructus, ut quarũ exortu æſtas ĩcipiat, occaſu hyẽs ſemeſtri ſpatio, ĩtra ſe meſſes uĩdemiasq; et oĩm matu-

De circulo lacteo poſt Ariſtote. multa leguntur apud Macro. I. cōmentariorū libro in ſomniū Scipionis.

ritatem cōplexæ. Eſt prætere a in cælo q uocatur lacteus circulus, etiā uiſu facilis. Huius defluuio uelut ex hubere aliquo ſata cuncta lacteſcunt, duorū ſiderum obſeruatione, aquilæ in ſeptentrionali p̄te, et in auſtrina caniculæ, cuius mentionē ſuo loco fecimus. Ipſe circulus fertur per ſagittariū & geminos, ſolis centrū infra æquinoctialē circulū ſecans, cōmiſſuras eorū obtinente hinc aquila, illinc canicula. Ideo effectus utriuſq; ad oēs frugiferas ꝑtinent terras: quoniam in his tantū locis ſolis terræq; centra cōgruunt. Igitur horū ſiderū diebus, ſi purus atq; mitis aër genitalem illū lacteumq; ſuccū tranſmiſerit in terras, læta adoleſcūt ſata. Si luna, qua dictū ē rōne, roſcidū frigus aſpſerit, admixta amaritudo, ut in lacte, puerperium necat. Modus in terris huius iniuriæ quam fecit, in quacunq; cōuexitate comitatus utriuſq; cauſæ. Et ideo nō pariter in toto orbe ſentitur, ut nec dies. Aquilam diximus in Italia exoriri ad. XIII. Kalen. Ianuarij. Nec patitur ratio naturæ quicq̄ in ſatis ante eū diem ſpei eſſe certæ. Si uero interluniū incidat, omnes hybernos fructus et præcoces lædi neceſſe eſt. Rudis fuit priſcorum uita, atq; ſine literis: nō minus tamen ingenioſam fuiſſe in illis obſeruationē apparebit, q̄ nunc eſſe rōnem. Tria nanq; tempora fructibus metuebāt, ꝓpter quod inſtituerunt ferias, dieſq; feſtos, rubigalia, floralia, uinalia. Rubigalia Numa conſtituit anno regni ſui. XI. quæ nunc aguntur ad

tur ad.VII.Kalen.Maij, quoniam tunc ferè ſegetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat ſole tauri partē decimā obtinēte, ſicut tunc ferebat ratio. Sed uera cauſa eſt, ꝙ poſt dies undeuiginti ab æquinoctio uerno, per id quatriduū, uaria gentium obſeruatione ad.IIII.Kalen.Maij, canis occidit, ſidus & per ſe uehemens, & cui præoccidere caniculam neceſſe ſit. Idem itaq; Floralia.IIII.Kalen.eiuſdem inſtituerunt urbis anno quingēteſimo ſextodecimo, ex oraculis Sibyllæ, ut omnia bene defloreſcerēt. Hunc diem Varro determīat, ſole tauri partē quartādecimam obtinente. Ergo ſi in hoc quatriduum inciderit pleniluniū, fruges & oīa quæ florebunt lædi neceſſe erit. Vinalia priora quæ ante hos dies ſunt.IX.Kalen.Maij deguſtādis uinis inſtituta, nihil ad fructus attinent. Nec quæ adhuc diximus ad uites oleasq;, quoniam earum conceptus exortu uergiliarum incipit ad.VI.Idus Maij, ut docuimus. Aliud hoc quatriduum eſt, quod neq; rore ſordere uelint. Exhorrent enī frigidū ſidus arcturi poſtridie occidens, et multo minus pleniluniū incidere. IIII. nonas Iunij, iterum aqla exoritur ueſperi, decretorio die, florētibus oleis uitibusq; ſi pleniluniū in eū incidat. Equidē et ſolſtitium.VIII.Kalen.Iunij in ſimili caſu dixerim, & canis ortū poſt dies à ſolſtitio.XXIII. ſed interlunio accidente, quoniā uapore cōſtat culpa, aciniq; præcoquūtur in callū. Rurſus pleniluniū nocet ad.IIII. nonas Iu-

nonas Iulij, cũ Aegypto canicula exoritur: uel certe XVI. Kalen. Auguſti, cũ Italiæ. Itẽ. IIII. Kalen. Auguſti, cũ aquila occidit, uſq; in . X. Kalen. eiuſdem. Extra has cauſas ſunt uinalia altera, quæ agũtur ad XIII. Kalen. ſeptẽbris. Et Varro à fidicla incipiente occidere mane, determinat, qđ uult initiũ autũni eſſe, et hunc diẽ feſtũ tẽpeſtatibus leniẽdis eſſe inſtitutum. Nunc fidiculã occidere ad. VI. Idus Auguſti ſeruatur. Intra hæc cõſtat cæleſtis ſterilitas. Neq; negauerim poſſe eã pmutari arbitrio legentiũ, locorum æſtimantiũ naturas. Sed à nobis rõnem demonſtratã eſſe ſatis eſt. Reliqua obſeruatione cuiuſq; conſtabunt. Alterutrũ quidẽ fore in cauſa, hoc eſt plenilunium aut interluniũ, nõ erit dubiũ. Et in hoc mirabilem admirari benignitatẽ naturæ ſuccurrit, iam primũ hãc iniuriã oĩbus annis accidere nõ poſſe, ppter ſtatos ſiderũ curſus: nec niſi paucis noctibus anni, idq; quãdo futurũ ſit facile noſci: Ac ne p oẽs menſes timeretur, earũ quoq; lege diuiſũ, æſtate interlunia præterq̃ biduo ſecura eſſe, hyeme plenilunia: nec niſi æſtiuis breuiſſimisq; noctibus metui: non diebus itẽ ualere. Præterea tam facile intelligi, ut formica minimũ aĩal interlunio qeſcat: plenilunio etiã noctibus operetur. Auem parram oriẽte Sirio ipſo die nõ apparere, donec et occidat. E diuerſo uireonẽ pdire ipſo ſolſtitij die. Neutrum uero lunæ ſtatum noxium eſſe, ne noctibus qdem, niſi ſerenis, & oĩa aura quieſcente,

ſcente, quoniam neq; in nube, neq; in flatu cadunt rores. Sic quoq; non ſine remedio. Sarmenta aut palearum aceruos, & euulſas herbas fruticesq́;, ꝑ uineas cãposq́; cũ timebis incendito: fumus medebitur. Hic è paleis et contra nebulas auxiliatur, ubi nebula nocens. Q̃uidã tres cancros uiuos cremari iubẽt in arbuſtis, ut carbũculi nõ noceãt. Alij ſiluri carnẽ leuiter uri à uẽto ut ꝑ totã uineã fumus diſpgatur. Varro autor eſt, ꝙ ſi fidiculæ occaſu, qđ eſt initiũ autũni, uua picta cõſecretur inter uites, minus nocere tẽpeſtates. Archibius ad Antiochũ Syriæ regẽ ſcripſit: Si fictili nouo obſerata obruatur rubeta rana in media ſegete, non eſſe noxias tẽpeſtates. Opera ruſtica huius interualli, terrã iterare, arbores circumfodere: ubi æſtiua regio poſcat, accumulare. Germinãtia niſi in ſolo luxurioſo fodiẽda nõ ſunt. Seminaria purgari ſarculo. Meſſem hordeaceam facere. Aream ad meſſem creta præparare, Catonis ſentẽtia amurca temperata, Virgilij operoſius. Maiore ex parte æquant tantum, & fimo bubulo dilutiore illinunt. Id ſatis ad pulueris remedium uidetur.

Lib. georg. I. Area tum primũ eſt ingenti æquãda cylindro &c.

De meſſe, & tritico, & palea, & frumento ſeruando. Caput .XXX.

MEſſis ipſius ratio uaria. Galliarum latifundijs ualli prægrãdes dẽtibus in margine infeſtis, duabus rotis ꝑ ſegetẽ impelluntur, iumento in contrariũ iũcto: ita direcłe in uallũ cadũt ſpicæ. Stipulæ alibi

pulæ alibi mediæ falce præciduntur, atq; inter duas mergites ſpica diſtringitur. Alibi ab radice euellũt. Quod qui faciũt, pſcindi ab ſe obiter agrũ interpretantur, cũ extrahant ſuccũ. Differentia hæc. Vbi ſtipula domos contegunt, q̃longiſſimã ſeruant. Vbi fœni inopia eſt, ſtramẽto paleã quærunt. Panici culmo non tegunt. Milij culmũ ferè inurunt. Hordei ſtipulam bubus gratiſſimã ſeruant. Panicum & miliũ pectine manuali ſigillatim legũt Galliæ. Meſſis ipſa alibi tribulis in area, alibi equorũ greſſibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Triticũ quo ſerius metitur, copioſius inuenitur. Quo celerius uero, eo ſpecioſius & robuſtius. Lex aptiſſima anteq̃ granum indureſcat, et cũ iam traxerit colorẽ. Oraculũ uero, biduo celerius meſſem facere, potius q̃ triduo ſerius. Siliginis & tritici etiã ratio in area horreoq;. Far, quia difficulter excutitur, conuenit cum palea ſua condi, et ſtipula tantũ et ariſtis liberatur. Palea plures gentium pfœno utuntur. Melior ea quæ tenuior minutiorq;, & pulueri ppior: ideo optĩa ẽ milio, pxima hordeo, peſſima ex tritico, præterq̃ iumẽtis ope laborantibus. Culmũ ſaxoſis locis cum inaruerit, baculo frangũt ſubſtratu aĩaliũ. Si palea deficit, & culmus teritur. Ratio hæc, maturius deſectus muria diu aſpgitur, dehinc in manipulos ſiccatus cõuoluitur, atq; ita pro fœno bubus datur. Sunt qui accendunt in ar- Lib. 1. Georg. *uo et ſtipulas, magno Virgilij præconio. Summa au*

tem ra

tem ratio, ut herbarũ ſemen exurant. Ritus diuerſi-
tatem magnitudo facit meſſiũ, & raritas operario-
rum. Connexa eſt ratio frumenti ſeruandi. Horrea
operoſa tripedali craſſitudine, pariete lateritio ex-
ædificari iubent aliqui. Præterea ſupne impleri, nec
afflatus admittere, aut feneſtras habere ullas. Alijs
ab exortu tantum æſtiuo, aut ſeptentrione: eaq; ſine
calce cõſtrui, quoniã ſit frumẽto inimiciſſia. Nã quæ
de amurca præceperit indicauimus. Alibi cõtrà, ſuſ
pendunt granaria lignea colũnis, et perflari undiq;
malũt, atq; etiã à fundo. Alij oĩno pendunt, et ab af
flatu extenuari granũ arbitrãtur: et ſi tegulis ſubia
ceat, cõferueſcere. Multi uẽtilare quoq; uetãt. Gur
gulionẽ enim non deſcendere infra quatuor digitos,
nec amplius piclitari. Columella & fauoniũ uentũ
conferre frumento prædicit, quod miror equidẽ, ſic-
ciſſimum alioquin. Sunt qui rubetã ranam in limine
horrei, pede è longioribus ſuſpenſam, inuehere iube
ant. Nobis referre plurimum tempeſtiuitas conden
di uidebitur. Nam ſi parũ toſtum atq; robuſtũ colle
ctum ſit, aut calidum conditũ, inimica innaſci neceſſe
eſt. Diuturnitatis cauſæ plures. Aut in ipſius grani
corio, cum eſt numeroſius, ut milio: aut ſucci pingue-
dine, quĩ ꝑ humore ſufficit tantũ, ut ſeſamæ: aut ama
ritudine, ut lupino & cicerculæ. In tritico maxime
creſcunt aĩalia, quoniam ſpiſſitate ſua cõcaleſcit, &
furfure craſſo ueſtitur. Tenuior hordeo palea, exi-

lis & le

Sæpe etiam ſte-
riles incẽdere
profuit agros:
& cete.

Lib. 2. cá. 21.
Ad eã, inquit,
rẽ fauonius ha
betur eximius
q̃ lenis æqua-
liſque æſtiuis
menſibus per-
flat. &c.

lis et legumini, ideo non generãt. Faba craſſioribus tunicis op tur, ob hoc efferueſcit. Quidã ipſum triticũ diuturnitatis gratia aſpgunt amurca, mille modios quadrãtali. Alij Chalcidica aut Carica creta, aut etiam abſinthio. Eſt & Olynthi ac Cerinthi Euboeæ terra, quæ corrũpi nõ ſinat. Nec ferè cõdita in ſpica lædũtur. Vtiliſſie tamẽ ſeruãtur in ſcrobibus, quos ſiros uocant, ut in Cappadocia, et in Thracia. In Hiſpania et Africa, ante oĩa ut ſicco ſolo fiant curãt: mox ut palea ſubſternãtur. Præterea cum ſpica ſua conduntur. Ita frumenta ſi nullus ſpũs penetret, certũ eſt nihil maleficũ naſci. Varro autor eſt, ſic cõditum triticũ durare annis quinquaginta, miliũ uero centum. Fabam & legumina in olearijs cadis oblita cinere, lõgo tẽpore ſeruari. Itẽ fabã à Pyrrhi regis ætate, in quodã ſpecu Ambraciæ uſq; ad piraticum Pompei Magni bellũ duraſſe, annis circiter. CXX. Ciceri tantum nullæ beſtiolæ in horreis innaſcũtur. Sunt q urceis cinere ſubſtratis et illitis acetũ habẽtibus, leguminum aceruos ſuperingerãt, ita non naſci maleficia credentes. Alij, qui in ſalſamentarijs cadis gypſo illinant. Alij, q lentẽ aceto laſerpitiato reſpergant, ſiccatamq; oleo inungãt. Sed breuiſſima obſeruatio, qđ uitijs carere uelis, interlunio legere. Quare plurimum refert, cõdere quis malit, an uendere. Creſcente ẽnim luna frumenta grandeſcunt.

Legendum eſt ſiros p iota nõ p ypſilon, ſi Heſychio et Suidæ credimus, quanq̃ et apud Suidã duplici rr ſcribitur: σιῤῥός, inqt, ὁ λάκκος, καὶ σιῤῥοῖς ὀρύγμασιν, ἐν οἷς κατατίθεται τὰ σπέρματα. Ceterũ eadẽ eſt q̃ Pliny hic apud Varronem ſententia

De uindemia et autũni tẽporibus. Ca. XXXI.

Sequitur

SEquitur ex diuiſione temporũ autumnus à fiduculæ occaſu ad æquinoctium, ac deinde uergiliarum occaſum, initiumq; hyemis. His interuallis ſignificatur, pridie Idus Auguſti Atticæ equus oriẽs. Veſpera Aegypto & Cæſari delphinus occidens. XI. Kalen. ſeptẽbris. Cæſari et Aſſyriæ ſtella que uindemiator appellatur, exoriri mane incipit, uindemiæ maturitatem ꝓmittens. Eius argumentũ erunt acini colore mutati. Aſsyriæ. V. Kalen. et ſagitta occidit, et eteſiæ deſinunt. Vindemiator Aegypto non exoritur. Atticæ arcturus matutino, et ſagitta occidit mane. Quinto Idus ſeptẽbris Cæſari capella oritur ueſperi. Arcturus uero Medis pridie Idus, uehementiſſimo ſignificatu terra mariq; per dies quinq;. Ratio eius hæc traditur: Si delphino occidente imbres fuerint, non futuros per arcturum. Signum oriẽtis eius ſideris ſeruetur hirundinũ abitus, nanq; deprehenſæ intereũt. Decimoſexto Kalen. octobris Aegypto ſpica, quã tenet uirgo, exoritur matutino, eteſiæq; deſinũt. Hoc idem Cæſari. XIIII. Kalen. XIII. Aſſyriæ ſignificãt, et. XI. Kalen. Cæſari commiſſura piſciũ occidẽs, ipſumq; æquinoctij ſidus. VIII. Kalen. octobris. Deinde conſentiunt (quod eſt rarum) Philippus, Calippus, Doſitheus, Parmeniſcus, Conon, Criton, Democritus, Eudoxus, Ion. IIII. Kalen. octobris capellam matutino exoriri. Et. III. Kalen. hœdos. Sexto Nonas Octobris Atticæ corona exoritur mane.

lib. 1. ca. ~~60~~ 57. Quædã inquit granaria habent ſub terris uti ſpeluncas, quas uocãt ſyros, ut in Cappadocia & Thracia. Vbi tamen ſyros ꝑ y nõ per i ſcriptum legitur.

mane. Aſiæ & Cæſari. V.Kalen. heniochus occidit matutino. Tertio Kal. Cæſari corona exoriri incipit. Et poſtridie occidūt hœdi ueſpi. VIII. Idus Octobris Cæſari fulgens in corona ſtella oritur. Et III. Idus uergiliæ ueſperi. Idibus corona tota. Sexto Kal. Nouēb. ſuculæ ueſperi exoriuntur. Pridie Kal. Cæſari Arcturus occidit, & ſuculæ exoriuntur cum ſole. Quarto Nonas Arcturus occidit ueſperi. Quinto Idus Nouēbris gladius Orionis occidere incipit. Deinde. III. Idus uergiliæ occidūt. In his temporum interuallis opera ruſtica, napos, rhaphanos ſerere, q̃bus diebus diximus. Vulgus agreſte & rapā poſt ciconiæ diſceſſum male ſeri putat. Nos oīno poſt Vulcanalia, & præcocia cum panico. A fidiculæ aūt occaſu uiciā, phaſeolos, pabulū. Et hoc ſilente luna ſeri iubent. Et frondis præparandæ tēpus hoc eſt. Vnus frondator quatuor frōdarias fiſcinas cōplere in die iuſtum habet. Si decreſcente luna præparetur, nō putreſcit. Aridā colligi nō oportet. Vindemiā antiqui nunq̃ exiſtimauere maturā ante æquinoctiū: iam paſſim rapi cerno. Quamobrē & huius tempora notis argumentiſq; ſignentur. Leges ita ſe habent: Vuam calidā ne legito, hoc eſt, ĩ eius ſiccitate: ac niſi imber interuenerit. Hanc ne legito rorulentā, hoc eſt, ſi ros nocturnus fuerit, nec prius q̃ ſole diſcutiatur. Vindemiare incipito, cū ad palmitē pampinus ꝓcumbere cœperit, aut cum exempto acino ex denſitate interuallum

*uallũ non cõpleri apparuerit, acinũ nõ augeri. Acino plurimũ refert, ſi contingat creſcente luna uindemiare. Preſſura una culeos .XX. ĩplere debet. Hic eſt pes iuſtus. Ad totidẽ culeos & lacus .XX. iugeribus unũ ſufficit torculũ. Premuntq́; aliqui ſingulis, utilius binis, licet magna ſit uaſtitas ſingulis. Longitudo in his refert, nõ craßitudo. Spatioſa melius premunt. Antiqui funibus *uittisq́; loreis ea detrahebant & uectibus. Intra .C. annos inuẽta græcanica, mali rugis per cochleas bullantibus, palis affixa arbori ſtella, à palis arcas lapidũ attollente ſecũ arbore, quod maxime probatur. Intra .XXII. hos annos inuentũ, paruis prælis, et minori torculari, ædificio breuiore, & malo in medio decreto, tympana impoſita uinaceis, ſupne toto pondere urgere, & ſup præla conſtruere congeriẽ. Hoc et poma colligendi tẽpus & obſeruatio, cum aliquod maturitate nõ tẽpeſtate deciderit: hoc, & fæces exprimendi: hoc & defrutũ coquẽdi, ſilẽte luna noctu: aut ſi interdiu, plena. Cæteris diebus aut ante exortum lunæ, aut poſt occaſum. Nec de nouella uite, aut paluſtri. Nec niſi è matura uua. Nec niſi è folijs deſpumandum. Quia ſi ligno contingatur uas, aduſtũ ac fumoſum fieri putant. Iuſtum uindemiæ tempus ab æquinoctio ad uergiliarũ occaſum dies .XLIIII. Ab eo die oraculũ occurrit, frigidum picari pro nihilo ducentiũ. Sed iam & Kalendis Ianuarij defectu uaſorum uindemian-*

* *Sunt q̃ uitilibus legẽdũ putent.* Manet tamẽ æque incerta lectio. Cæterũ de funibus loreis memĩit et Cato c. 12. et de retinaculis itẽ loreis c. 63.

tes uidi, piſcinisq́; muſta condi, aut uina effundi priora, ut dubia recipentur. Hoc non tam ſæpe prouẽtu nimio euenit, q̃ ſæuitia inſidiantium caritati ciuili. Sed æqui patrisfamilias modus eſt annonæ, cuiuſque anni utilitate. Id peræque lucroſiſſimum. Reliqua de uinis affatim dicta ſunt. Itẽ uindemia facta oliuã eſſe rapiendã, & quæ ad oleum pertinent, quæq́; à uergiliarum occaſu agi debent.

De lunari ratione. Ca. .XXXII.

HIs quæ ſunt neceſſaria adijciẽtur de luna, uẽtisq́;, & præſagijs, ut ſit tota ſideralis ratio perfecta. Nanque Virgilius etiam in numeros lunæ quædam digerenda putauit, Democriti ſecutus oſtentationem. Nos legum utilitas, quæ in toto opere, in hac quoq; mouet parte. Omnia quæ cæduntur, carpuntur, tondũtur, innocẽtius decreſcente luna quàm creſcente fiunt. Stercus niſi decreſcente luna ne tangito. Maxime autem intermeſtrua dimidiáq́; ſtercorato. Verres, iuuencos, arietes, hœdos decreſcẽte luna caſtrato. Oua luna noua ſupponito. Scrobes luna plena noctu facito. Arborum radices luna plena operito. Humidis locis interlunio ſerito, & circa interlunium quatriduo. Ventilari quoque frumẽta ac legumina, & condi circa extremam lunam iubent. Seminaria cum luna ſupra terram ſit, fieri. Calcari muſta, cum luna ſub terra. Itẽ materies cædi, quæq́; alia locis ſuis diximus. Neque facilior eſt obſeruatio

Georgi. 1. Ipſa dies alios, alio dedit ordine luna. &c

iam dicta à nobis ſecundo uolumine,ſed quod intelligere uel ruſtici poſſint. Quotiens ab occidente ſole cernetur, prioribusq́; noctis horis lucebit, creſcens erit: & oculis dimidiata iudicabitur. Cum uero occidente ſole orietur ex aduerſo, ita ut pariter aſpiciantur, tunc erit plenilunium. Quotiens ab ortu ſolis orietur, prioribusq́; noctis horis detrahet lumen, & in diurnas extẽdet, decreſcens erit: iterũq́; dimidia. In coitu uero, quod interluniũ uocãt, cum apparere deſierit. Supra terras autẽ erit, q̃diu & ſol, interlunio, & prima tota die, ſecunda horæ noctis unius dextante ſicilico, ac deinde tertia uſq; ad quintamdecimam, multiplicatis horarũ iiſdẽ portionibus: qntadecima tota ſupra terras noctu erit, eademq́; ſub terris tota die. Decĩaſexta ad primæ horæ nocturnæ dextantẽ ſicilicũ ſub terra aget, eaſdẽq́; portiones horarũ p ſinglos dies adijciet uſq; ad ĩterluniũ. Et q̃tũ primis ptibus noctis detraxerit, qđ ſub terris agat, tantundẽ nouiſſimis ex die adijciet ſup terrã. Alternis autem menſibus .XXX. implebit numeros, alternis uero detrahet ſinglos. Hæc erit ratio lunaris.

De uentorũ ratione. Ca. .XXXIII.

VEntorũ paulo ſcrupuloſior obſeruatio. Solis ortu, quocunq; libeat die, ſtantibus hora diei .VI. ſic ut ortum eum à ſiniſtro humero habeant, cõtra mediã faciem meridies, à uertice ſeptentrio erit. Qui ita limes per agrum currit, cardo appellatur.

circũagi deĩde melius eſt,ut umbrã ſuam quiſq; cernat,alioqn poſt hoĩem erit.Ergo permutatis lateribus,ut ortus illius diei à dextro humero fiat,occaſus à ſiniſtro,tũc erit hora.VI.cũ minima umbra cõtra mediũ fiat hoĩem.Per huius mediã longitudinẽ duci ſarculo ſulcũ,uel cinere lineã,uerbi gratia,pedum .XX.conueniet:mediãq; menſurã,hoc eſt,in.X.pede,circunſcribi circulo paruo,q uocetur umbilicus. Quæ pars fuerit à uertice umbræ,hæc erit uẽtus ſeptentrionalis. Illò tibi putator arborũ plagæ ne ſpectent,neue arbuſta uineæ'ue,niſi ĩ Africa,Cyrenis, Aegypto.Illinc flante ne arato,quæq; alia præcepimus.Quæ pars lineæ fuerit à pedibus umbræ,meridiẽ ſpectans,hæc uentũ auſtrũ dabit, quem à Græcis notum diximus uocari.Illinc flatu ueniente,materiã uineamq; agricola ne tractes. Humidus aut æſtuoſus Italiæ eſt. Africæ quidẽ incendia cum ſerenitate affert.In hunc Italiæ palmites ſpectent,ſed non plagæ arborum uitiúmue. Hunc olineti metator uergiliarum quatriduo,hunc caueat inſitor calamis,gemmiſq; inoculator. De ipſa regionis eius hora præmonuiſſe cõueniet. Frondẽ medio die arborator ne cædito.Cum meridiẽ adeſſe ſenties paſtor,æſtate contrahẽte ſe umbra,pecudẽ à ſole in opaca cogito. Cũ æſtate paſces,in occidẽtem ſpecta ante meridiẽ,poſt meridiem in orientẽ.Aliter noxium,ſicut hyeme et uere ſi in rorulentum duceres. Nec contra ſeptentrionem

trionem paueris ſuprà dictum. Clodunt ita, lippiũntue ab afflatu, & aluo cita pereunt. Qui fœminas concipi uoles, in hunc uentũ ſpectantes iniri cogito.

De limitatione agrorũ. Ca. .XXXIIII.

DIximus ut in media linea deſignaretur umbilicus. Per hunc mediũ trãſuerſa currat alia. Hæc erit ab exortu æqnoctiali ad occaſum æquinoctialem. Et limes qui ita ſecabit agrum, decumanus uocabitur. Ducantur deinde aliæ duæ lineæ in decuſſeis obliquæ, ita ut à ſeptẽtrionis dextera læuaq; ad auſtri dextram læuamq; deſcendãt. Omnes per eundem currãt umbilicũ, omnes inter ſe pares ſint, oĩm interualla paria: Quæ ratio ſemel in quoq; agro ineunda erit, uel ſæpius ſi libeat (uti è ligno) facienda, regulis paribus in tympanũ exiguum, ſed circinatum adactis. Ratione qua doceo, occurrendum ingenijs quoq; imperitorũ eſt. Meridiem excuti placet, quoniam ſemper eſt idẽ: ſol aũt quotidie ex alio cæli momento q̃ pridie oritur: ne quis forte ad exortũ capiendam putet lineã. Ita cæli exacta parte, qd' fuerit lineæ caput ſeptentrioni proximũ, à parte exortiua ſolſtitialem habebit exortum, hoc eſt lõgiſſimi diei, uentumq; aquilonem, borean à Græcis dictũ. In hũc ponito arbores uiteſq;. Sed hoc flante ne arato, frugem ne ſerito, ſemen ne iacito. Præſtringit enim atque percellit hic radices arborum, quas poſiturus afferes. Præmonitus eſto: alia robuſtis proſunt, alia in-

ſtantibus. Nec ſum oblitus in hac parte uentũ à græcis poni, quem cæciam uocant. Sed idem Ariſtoteles uir immenſæ ſubtilitatis, qui idipſum fecit, rationem cõuexitatis mundi reddit, quia cõtrarius aqlo Africo flat. Nec tamen eum toto anno in prædictis timet agricola. Mollit ſidera æſtate media, mutatq; nomen, et eteſias uocatur. Ergo cum frigidum ſenties, caueto, ac quacunq; aquilo prædicitur, tanto pniciosior ſeptentrio eſt. In hunc Aſiæ, Græciæ, Hiſpaniæ, maritimæ Italiæ, Campaniæ, Apuliæ arbuſta uineæq; ſpectent. Qui mares concipi uoles, in hunc paſcito, ut ſic in eundem ineant. Ex aduerſo aquilonis ab occaſu brumali Africus, quem græci Liba uocant. In hunc à coitu cum ſe pecus circũegerit, fœminas conceptas eſſe ſcito. Tertia à ſeptẽtrione linea, quam p latitudinẽ umbræ duximus, & decumanã uocamus, exortum habebit æquinoctialem, uentumq; ſubſolanum, à græcis Apeliotem dictum. In hunc ſalubribus locis uillæ uineæq; ſpectent. Ipſe leniter pluuius, tamen eſt ſiccior fauonio. Ex aduerſo eius ab æquinoctiali occaſu, zephyrus à græcis nominatur. In hunc ſpectare olïueta Cato iuſſit. Hic uer inchoat, aperitq; terras tenui frigore ſaluber. Hic uites putandi, frugesq; curandi, arbores ſerendi, poma inſerendi, oleas tractandi ius dabit, afflatuq; nutricum exercebit. Quarta à ſeptentrione linea, eadẽ auſtro ab exortiua parte proxima, brumalem habebit exortum, uentumq;

Vide ſupra li. 2. ca. 47. Vbi ex Seneca diximus legẽdũ molliri eis creditur ſolis uapor, nõ mollire eos.

uentumq; uulturnum, eurum à græcis dictum, ſiccio rem & ipſum tepidioremq;. In hunc apiaria & uineæ Italiæ, Galliarumq; ſpectare debent. Ex aduerſo uulturni flabit corus, ab occaſu ſolſtitiali & occidentali latere ſeptẽtrionis, à græcis dictus argeſtes, ex frigidiſſimis et ipſe, ſic omnes qui à ſeptentrionis parte ſpirant. Hic & grandines infert. Cauendus et ipſe non ſecus ac ſeptentrio. Vulturnus ſi à ſerena cæli parte cœperit flare, non durabit in noctem. At ubi ſubſolanus in maiorem partem noctis extenditur, quiſquis erit uentus, ſi feruidus ſentietur, pluribus diebus p̃manebit. Aquilonem prænunciat terra ſicceſcens, ſed roreſcens repente, auſtrum immiſſet humeſcens in rore occulto.

Georg. I. Vbi de ſinglis tempeſtatum agit non uno loco. Nam primum ubi autũni & ueris tẽpeſtates deſcribit, de uentorũ inter ſe prælijs ita ait: Sæpe ego cum flauis meſſorẽ induceret aruis Agricola, et fragili iã ſtringeret hordea culmo Oĩa uentorum concurrere prælia uidi etc. Ac deinde alio loco. Atq; hæc ut certis poſſimus noſcere ſignis &c.

Prognoſtica tempeſtatum. Ca. .XXXV.

ETenim prædicta rõne uentorũ, nc ſæpius eadem dicãtur, trãſire cõuenit ad reliqua tempeſtatũ præſagia, quoniã et hoc placuiſſe Virgilio magnopere uideo. Siquidẽ in ipſam meſſem ſæpe concurrere prælia uentorũ dãnoſa impitis refert. Tradunt eñi eundẽ Democritũ metẽte fratre eius Damaſo ardẽtiſſimo æſtu oraſſe, ut reliquæ ſegeti parceret, raperetq; deſecta ſub tectũ, paucis mox horis ſæuo imbre uaticinatione approbata. Quinimo & harundinem non niſi impendente pluuia ſeri iubent, & fruges inſecuturo imbre. Quamobrem et hæc breuiter contingemus, ſcrutati maxime pertinẽtia. Primũq; à ſole

à ſole capiemus præſagia. Purus oriens atq; non feruens, ſerenũ diẽ nunciat: at hybernã pallidus grandinem. Si & occidit pridie ſerenus, & oritur, tanto certior fides ſerenitatis. Concauus oriẽs pluuias prædicit: Item uentos, cũ ante exorientẽ eũ nubes rubeſcunt. Quod ſi et nigræ rubentibus interuenerint, et pluuias. Cum orientis atq; occidentis radij rubent, coire pluuias. Si circa occidentẽ rubeſcũt nubes, ſerenitatẽ futuræ diei ſpondent. Si in exortu ſpargentur, partim ad auſtrũ, partim ad aquilonẽ, pura circa eũ ſerenitas ſit licet, pluuiã tamẽ uentosq; ſignificabunt. Si in ortu aut in occaſu cõtracti cernẽtur radij, imbrẽ. Si in occaſu eius pluet, aut radij in ſe nubẽ trahent, aſperã in ꝓximum diem ſignificabunt tempeſtatem. Cum oriente radij non illuſtres eminebũt, q̃uis circundati nube non ſint, pluuiam portendẽt. Si ante exortum nubes globabũtur, hyemẽ aſperã denunciabunt. Si ab exortu repellẽtur, & ad occaſum abibunt, ſerenitatẽ. Si nubes ſolẽ circũcludent, quanto minus luminis relinquent, tanto turbidior tempeſtas erit. Si uero etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. Quod ſi in exortu fiet ita ut rubeſcant nubes, maxima oſtendetur tẽpeſtas. Si non abibunt, ſed incumbent, à quocunq; uento fuerint, eum portendẽt. Si à meridie, & imbrem. Si oriens cingetur orbe, ex qua parte is ſe aperit, expectetur uẽtus. Si totus defluxerit, æqualiter ſerenitatẽ dabit. Si in exortu longe radios

ge radios per nubes porriget, et medius erit inanis, pluuiã ſignificabit. Si ante ortũ radij ſe oſtendent, aquã et uentũ. Si circa occidentẽ candidus circulus erit, noctis leuem tempeſtatẽ. Si nebula, uehementiorẽ. Si candẽte ſole, uentũ. Si ater circulus fuerit, ex qua regione is eruperit, uentũ magnũ. Proxima ſunt iure lunæ præſagia. Quartã eã maxime obſeruat Aegyptus. Si ſplendens exorta puro nitore fulſerit, ſerenitatem: Si rubicunda, uentos: Si nigra, pluuias portendere creditur. In quinta cornua eius obtuſa, pluuiã: Erecta & infeſta uentos ſemper ſignificant: quarta tamen maxĩe. Cornu eius ſeptentrionale acuminatũ atq; rigidũ, illũ præſagit uentũ: Inferius auſtrũ: Vtraq; recta, noctẽ uentoſam. Si quartam orbis rutilus cinget, uentos & imbres præmonebit. Apud Varronẽ ita eſt: Si quarto die luna erit directa, magnã tempeſtatẽ in mari præſagiet, niſi ſi coronam circa ſe habebit, et eã ſyncerã: quoniã illo modo non ante plenã lunã hyemandũ oſtendit. Si plenilunio per dimidium pura erit, dies ſerenos ſignificabit: Si rutila, uentos: Nigreſcẽs, imbres. Si caligo orbis nubem incluſerit, uentos qua ſe ruperint: Si gemini orbes cinxerint, maiorem tempeſtatẽ: Et magis ſi tres erunt, aut nigri, aut interrupti atque diſtracti. Naſcens luna, ſi cornu ſuperiore obatro ſurget, pluuias decreſcens dabit: ſi inferiore, ante plenilunium: ſi in media nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio. Si

nio. Si plena circa ſe habebit orbem, ex qua parte is maxime ſplendebit, ex ea uentum oſtendet. ſi in ortū cornua craſſiora fuerint, horridam tempeſtatem. Si ante quartā nō apparuerit, uēto fauonio flante, hyemalis toto menſe erit. Si. XVI. uehementius flāmea apparuerit, aſperas tempeſtates præſagiet. Sunt & ipſius lunæ octo articuli, quotiens in angulos ſolis incidit, pleriſq; inter eos tantum obſeruantibus præſagia eius, hoc eſt tertia, ſeptima, undecima, decima quinta, decimanona, uigeſimatertia, uigeſimaſeptima, & interluniū. Tertio loco ſtellarū obſeruationē eſſe oportet. Diſcurrere eæ uidētur interdū, uentiq; ꝑtinus ſequūtur. In quarum parte ita præſagiuere. Cælum cum æqualiter totum erit ſplendidū, articulis temporum quos ꝓpoſuimus, autumnū ſerenū præſagibunt & frigidum. Si uer & æſtas non ſine riguo aliquo tranſierint, autumnum ſerenum & denſum, minusq́; uentoſum facient. Autumni ſerenitas uentoſam hyemē facit. Cum repente ſtellarum fulgor obumbratur, uti neq; nubilo, neque caligine fluitans, graues denunciantur tempeſtates. Si uolitare plures ſtellæ uidebūtur, quò feruntur albeſcentes uentos ex ijs partibus nunciant. At ſi circà puræ ſtabūt, certos. Si id in partibus pluribus fiet, inconſtantes uentos effundent. Si ſtellarū errantium aliquā orbes incluſerint, imbres. Sunt in ſigno cācri, quæ ſtellæ paruæ, aſelli appellatæ, exiguū inter illas ſpatiū obtinente nu

Quæ ſtellæ a-

tinente nubecula, quã præſepia appellant. Hæc cum cælo ſereno apparere deſierit, atrox hyems ſeqtur. Si alteram earũ aquiloniam caligo abſtulerit, auſter ſæuit. Si auſtrinam, aquilo. Arquus cum ſunt duplices, pluuias nunciãt. A pluuijs ſerenitatem non perinde certam. Circuli noui circa ſidera aliqua, pluuiam. Cum æſtate uehementius tonuerit q̃ fulſerit, uentos ea parte denunciat. Contrà ſi minus tonuerit, imbrem. Cum ſereno cælo fulget, pluuiæ erunt & tonitrua, et hyemabit. Atrociſſime autem, cum ex omnibus quatuor partibus cæli fulgurabit. Cum ab aquilone tantum, in poſterum diem aquã portendit: Cum à ſeptentrione, uentum. Cum ab auſtro uel coro, aut fauonio nocte ſerena fulgurauerit, uentum et imbrẽ ex ijſdem regionibus demonſtrabit. Tonitrua matutina uentum ſignificant, imbrem meridiana. Nubes cum ſereno cælo feruntur, à quacunq; parte id fiet, expectentur uenti: ſi eodem loco globabuntur, appropinquante ſole diſcutientur. Et hoc ſi ab aquilone fiat, uentos: ſi ab auſtro, imbres portendent. Sole occidẽte, ſi ex utraq; parte eius cælum patet, tempeſtatem ſignificabunt. Vehementius atræ ab oriente, in noctem aquam minantur: ab occidente, in poſterum diẽ. Si nubes ut uellera lanæ ſpargentur multæ ab oriẽte, aquã in triduũ præſagiẽt. Cũ in cacuminibus montiũ nubes conſedẽt, hyemabit. Si cacumina pura fient, diſſerenabit. Nube grauida candicante,

ſelli Plinio hic uocãtur, eædẽ et Higinio nũc aſelli nũc aſini dicuntur. Qui & eas in teſta cancri poſitas eſſe dicit.

quod uocant tempeſtatem albam, grando imminebit. Cælo quis ſereno, nubecula, quis parua, uentum procelloſum dabit. Nebulæ è montibus deſcendentes, aut cælo cadentes, uel in uallibus ſedentes, ſerenitatē promittunt. Ab his terreni ignes proxime ſignificant. Pallidi nanq; murmurantesq;, tempeſtatum nuncij ſentiūtur. Pluuiæ etiā, ſi in lucernis fungi. Si flexuoſe uolitet flamma, uentū. Et lumina cum præ ſe flammas elidunt, aut uix accenduntur. Item cū in eo pendentes coaceruantur ſcintillæ: uel cum tollentibus ollas carbo adhæreſcit: aut cum contectus ignis è ſe fauillam diſcutit, ſcintillám ue emittit: uel cum cinis in foco concreſcit: et cum carbo uehementer perlucet.

Eſt et aquarū ſignificatio. Mare ſi in tranquillo portu à curſu ſtabit, & murmurauerit intra ſe, uentum prædicit. Si identidē, & hyemē, & imbrē. Littoris ripæq; ſi reſonabunt tranquilla, aſperā tempeſtatē: Item maris ipſius trāquillus ſonitus, ſpumæ ue diſperſæ, aut aquæ bullantes. Pulmones marini in pelago, plurimū dierū hyemem portendunt. Sæpe & ſilentio intumeſcit, flatuq; altius ſolito iam intra ſe eſſe uentos fatetur. Equidē & montium ſonitus, nemorumq; mugitus prædicunt. Et ſine aura quæ ſentiatur, folia ludētia. Lanugo populi aut ſpinæ uolitans, aquisq; pluma innatans. Atq; etiā in campis tēpeſtatem uenturā præcedens ſuus fragor, et cæli quidem murmur, non dubiā habet ſignificationē. Præſagiunt &

giunt et aĩalia. Delphini trãquillo mari laſciuiẽtes, flatũ, ex qua ueniũt parte: Itẽ ſpergentes aquã: Item turbãtes tranquillitatẽ. Loligo uolitans, conchæ adhæreſcentes, echini affligẽtes ſeſe, aut harena ſaburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt. Ranæ quoq; ultra ſolitum uocales. Et fulicæ matutino clangore. Itẽ mergi anatesq́;, pennas roſtro purgantes, uentũ. Cæteræq́; aquaticæ aues cõcurſantes. Grues in mediterranea feſtinãtes. Mergi maria aut ſtagna fugiẽtes: Grues ſilentio ꝑ ſublime uolantes, ſerenitatẽ: Sic noctua in imbre garrula: at ſereno, tempeſtatẽ. Corui q; ſingultu quodã latrantes, ſeq́; cõcutientes, ſi continuabũt, uẽtos: ſi uero carptim uocẽ reſorbebũt, uentoſum imbrẽ. Graculi ſero à pabulis recedentes, hyemem. Et albæ aues cũ cõgregabuntur. Et cũ terreſtres uolucres cõtra aquã clangores dabũt, ꝑfundentes ſeſe: ſed maxĩe cornix. Hirundo tã iuxta aquã uolitans, ut penna ſæpe percutiat. Quæq́; in arboribus habitant, fugitantes in nidis ſuis. Et anſeres cõtinuo clangore intempeſtiui. Ardea in medijs harenis triſtis. Nec mirum, aquaticas, aut in totũ uolucres præſagia aëris ſentire. Pecora exultantia, & indecora laſciuia ludẽtia, eandẽ ſignificationẽ habent. Et boues cælũ olfactantes, ſeq́; lambẽtes cõtra pluuiam. Turpesq́; porci alienos ſibi manipulos fœni lacerantes: Segniterq́;, et contra induſtriã ſuã formicæ abſconditæ concurſantes, ꝓgerentes oua. Item uermes

terreni

terreni erumpentes. Trifolium quoque inhorreſcere, & folia contra tempeſtatem ſubrigere certum eſt. Necnon & in conuiuijs menſisq; noſtris, uaſa quibus eſculentum additur, ſudorē repoſitorijs linquentia, diras tēpeſtates prænunciant.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XIX.

PROOEMIVM.

In quo lini natura continetur, & mirabilia.

SIDERVM QVOQVE *tempeſtatumq; ratio, uel imperitis facili atq; indubitato modo monſtrata eſt. Verum quia intelligētibus non minus conferunt rura deprehendendo cælo, q̄ ſideralis ſcientia, agro colēdo proximam multi hortorū curam fecere. Nobis nō protinus trāſire ad iſta tempeſtiuū uidetur: Miramurq; quoſdā ſcientiæ gratia, eruditionis ſuæ gloriā ex his petentes, tam multa præterijſſe, nulla mentione habita tot rerū ſponte curaue prouenientiū, præſertim cū pleriſq; earū pretio uſuq; uitæ maior etiam q̄ frugibus perhibeatur autoritas. Atq; ut à confeſſis ordiamur utilitatibus, quæq; non ſolum terras oēs, uerum etiā*

maria repleuere,ſeritur,ac dici neque inter fruges, neque inter hortenſ a poteſt,linum. Sed in qua nō oc currere uitæ parte? quódue miraculum maius, herbam eſſe quæ admoueat Aegyptum Italiæ: in tantum,ut Galerius à freto Siciliæ Alexandriam ſeptima die peruenerit, Babillius ſexta, ambo præfecti: æſtate uero proxima Valerius Marianus ex prætorijs ſenatoribus, à Puteolis nono die leniſsimo flatu: herbam eſſe quæ Gadeis Herculis columnas ſeptimo die Oſtiam afferat,& citeriorē Hiſpaniā quarto,prouinciā Narbonenſem tertio, Africam altero, quod etiam molliſsimo flatu contigit C. Flacco legato Vibij Criſpi proconſulis? Audax uita,ſcelerū plena,aliqd ſeri,ut uentos procellasq; recipiat: & parum eſſe fluctibus ſolis uehi. Iam uero nec uela ſatis eſſe,maiora nauigijs. Sed q̄uis amplitudine antēnarum ſingulæ arbores ſufficiant, ſup eas tamen addi uelorum alia uela: præterq; alia in proris, & alia in puppibus pandi,ac tot modis ꝓuocari mortē. Deniq; tam paruo ſemine naſci,qđ orbem terrarum ultro citroq; portet,tam gracili auena, tam nō alte à terra tolli:neq; id uiribus ſuis necti, ſed paſſum tuſumq;,et in mollitiē lanæ coactū, iniuria naturæ, ac ſumma audacia,& quò ꝓuenire nulla execratio ſufficit. Cōtra inuentorē dictū ſuo loco à nobis, cui ſatis non fuit hoīem in terra mori, niſi periret & inſepultus. At nos priore libro imbres & flatus cauendos,

frugum

frugum cauſa uictusq́;, præmonebamus: Ecce ſeritur hominis manu, metitur eiuſdē hominis ingenio, quod uentos in mari optet. Preterea ut ſciamus fauiſſe pœnas, nihil gignitur facilius: ut ſentiamus nolēte id fieri natura, urit agrū, deterioremq́; ipſum facit.

De lini ſatione, & generibus eius, & quomodo perficiatur, & de mappis, & lino non ardente, & quando primum in theatris uela. Caput .I.

SEritur ſabuloſis locis maxime, unoq́; ſulco, nec magis feſtinat aliud. Vere ſatū æſtate uellitur: & hanc quoq; terræ iniuriā facit. Ignoſcat tamē aliquis Aegypto ſerenti, ut Arabiæ Indiæq́; merces apportet: itane & Galliæ cenſentur hoc reditu? Monteſq́; mari oppoſitos eſſe nō eſt ſatis, et à latere oceani obſtare ipſum qđ uocant inane. Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimiq́; hoīm exiſtimati Morini, imò uero Galliæ uniuerſæ uela texunt: Iam quidē & tranſrhenani hoſtes: nec pulchriorem aliam ueſtem eorum fœminæ nouere. Qua admonitione ſuccurrit quod M. Varro tradit, in Serranorū familia gentilitium eſſe, fœminas linea ueſte non uti. In Germania autem defoſſi & ſub terra id opus agūt. Similiter in Italia ratione alia. Nam īter Padū Ticinūq́; amnes ſubiacent abiterna. In Europa lino palma ſecūda. In uicino enī Hallionis capeſſunt retouina, & in Aemilia uia Fauentina candore. Hallionis ſemper crudis

Fauĉtina præferũtur. Retouinis tenuitas ſũma denſitasq́;. Candor æque, ut fauĉtinis, ſed lanugo nulla. Quod apud alios gratiã, apud alios offenſionem habet. Neruoſitas filo æqualior penè q̃ araneis, tinnitusq́;, cum dente libeat experiri: ideo duplex q̃ cæteris pretium. Et Hiſpania citerior habet ſplendorem lini præcipuum, torrentis in quo politur natura, qui alluit Terraconẽ. Et tenuitas mira, ibi primũ carbaſis repertis. Nam dudum ex eadem Hiſpania zœlicum uenit in Italiam, plagis utiliſſimum. Ciuitas ea Galatiæ & Oceano ꝓpinqua. Eſt ſua gloria & Cumano in Campania, ad piſciũ et alitum capturã. Eadem & plagis materia. Neq; enim minores cunĉtis aïalibus inſidias, q̃ nobiſmetipſis lino tendimus. Sed cumanæ plagæ concidunt apros, & hæ, caſſes ue aſperi ferri aciem conuincunt. Vidimusq́; iam tantæ tenuitatis, ut anulum hominis cum epidromibus tranſirent, uno portante multitudinem qua ſaltus cingerentur. Nec id maxime mirum, ſed ſingula earum ſtamina centeno quinquageno filo cõſtare, ſicut paulo ante Iulio Lupo, qui in præfeĉtura Aegypti obijt. Mirentur hoc, ignorantes in Aegyptij quondam regis, quem Amaſin uocant, thorace in Rhodiorum Huius rei hi-
inſula oſtendi in templo Mineruæ. CCCLXV. filis ſtoria habetur
ſingula fila conſtare: Quod exemplũ per ſe expertũ apud Herodo
nuper Romæ ꝓdidit Mutianus ter conſul, paruasq́; tum li. 2.
iam reliquias eius ſupeſſe, hac experiẽtiũ iniuria. Legendũ for-

 Italia ex taſſe, ad expe-

rientiũ iiuriã, ut in quibuſdã exẽplaribus. Italia ex Pelignis etiamnũ linis honorẽ habet, ſed ful lonum tantũ in uſu. Nullũ eſt candidius lanæue ſimi lius, ſicut in culcitris præcipuã gloriam Cadurci ob tinent. Galliarũ hoc ad tomenta pariter inuentum. Italiæ quidẽ mos etiam nunc durat in appellatione ſtramenti. Aegyptio lino minimum firmitatis, pluri

Tænicum.

mum lucri. Quatuor ibi genera: Tanicum, ac Pelu ſiacum, Buticũ, Tentyriticum, cum regionum nõibus in quibus naſcuntur. Superior pars Aegypti in Ara biam uergens, gignit fruticẽ, quem aliqui goßipion uocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. Paruulus eſt, ſimileq; barbatæ nucis defert fructũ, cuius in exteriore bombyce lanugo netur. Nec ulla ſunt eis in candore mollitiaue præferenda. Veſtes in de ſacerdotibus Aegypti gratißimæ. Quartũ genus

Ortholinon.

orchomeniũ appellãt. Fit è paluſtri uelut harũdine, duntaxat panicula eius. Aſia è geniſta facit lina ad retia præcipua, in piſcando durãtia frutice madefa cto. X. diebus. Aethiopes Indiq; è malis. Arabes cu curbitis in arboribus, ut diximus de geniſtis. Apud nos maturitas eius duobus argumẽtis intelligitur, in tumeſcẽte ſemine, aut colore flaueſcẽte. Tunc euul ſum, & in faſciculos manuales colligatũ, ſiccatur in ſole pendens conuerſis ſupne radicibus uno die, mox quinq; alijs, in contrariũ inter ſe uerſis faſciũ cacu minibus, ut ſemen in mediũ cadat. Inter medicamina huic uis, et in quodã ruſtico ac prædulci Italiæ trãſ padanæ

padanæ cibo, ſed iampridē ſacrorū tantū gratia. De inde poſt meſſem triticeā uirgæ ipſæ merguntur in aquam ſolibus tepefactā, pondere aliquo depreſſæ. Nulli enim leuitas maior. Maceratas indicio eſt mē brana laxatior. Iterumq; inuerſæ, ut prius, ſole ſic-cantur. Mox areſactæ ī ſaxo tundūtur ſtupario mal leo. Quod proximum cortici fuit, ſtupa appellatur, deterioris lini, lucernarū ferè luminibus aptior. Et ipſa tamē pectitur ferreis hamis, donec oīs membra na decorticetur. Medullæ numeroſior diſtinctio, can dore, mollitia. Linumq; nere & uiris decorum eſt. Cortices quoque decuſſi clibanis & furnis præbent uſum. Ars depectēdi digerēdiq;: Iuſtū eſt ē quinqua genis faſciū libris qnasdenas carminari. Iterum de-inde in filo politur, illiſum crebro in ſilice ex aqua. Tectumq; rurſus tunditur clauis, ſemper iniuria me lius. Inuentum iam eſt etiā quod ignibus non abſume retur. Viuum id uocant, ardētesq; in focis conuiuio rum ex eo uidimus mappas ſordibus exuſtis, ſplende ſcentes igni magis q̄ poſſent aquis. Regum inde fune bres tunicæ, corporis fauillā ab reliquo ſeparant ci-nere. Naſcitur in deſertis aduſtisque ſole Indiæ, ubi non cadunt imbres, inter diras ſerpentes, aſſueſcitq; uiuere ardendo. Rarum inuentu, difficile textu pro-pter breuitatem. Ruffus de cætero colos ſplendeſcit igni. Cum inuentum eſt, æquat pretia excellenti-um margaritarum. Vocatur autē à Græcis aſbeſti-

Xx ij numex

tium ex argumento naturæ. Anaxilaus autor eſt, lin teo eo circundatã arborem, ſurdis ictibus, & qui nõ exaudiantur, cædi. Ergo huic lino principatus in toto orbe. Proximus byſſino, mulierũ maxime delicijs circa Elin in Achaia genito, quaternis denarijs ſtipula eius pmutata quondã, ut auri: Reptaq; linteorum lanugo, è uelis nauiũ maritimarum maxime, in magno uſu medicinæ eſt, & cinis ſpodij uim habet. Eſt & inter papauera genus quoddã, quo cãdorem lintea præcipuũ trahunt. Tentatũ eſt tingi linũ quoque, & ueſtiũ inſaniam accipere in Alexandri Magni primũ claßibus, Indo amne nauigantis, cũ duces eius ac præfecti in certamine quodã uariaſſent inſignia nauium: ſtupueruntq; littora flatu uerſicoloria implẽte. Velo purpureo ad Actiũ cum M. Antonio Cleopatra uenit, eodemq; effugit. Hoc fuit imperatoriæ nauis inſigne. Poſtea in theatris tantũ umbrã fecere: quod primus omnium inuenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. Carbaſina deinde uela primus in theatro duxiſſe traditur Lẽtulus Spinter Apollinaribus ludis. Mox Cæſar dictator totum forum Romanum intexit, uiamq; ſacram ab domo ſua ad cliuum uſq; in Capitolium, quod munere ipſo gladiatorio mirabilius uiſum tradunt. Deinde & ſine ludis Marcellus Octauia ſorore Auguſti genitus, ĩ ædilitate ſua, auunculo .XI. conſule Kalendis Auguſti, uelis forum umbrauit, ut ſalubrius litigantes conſiſterent.

ſterent. Quantum mutatis moribus Catonis Cenſorij, qui ſternendum quoq; forum muricibus cenſuerat. Vela nuper colore cæli ſtellata per rudētes terræ etiam in amphitheatris principis Neronis rubēt in cauis ædium, & muſcum ac ſolem defendunt. Cætero manſit candori pertinax gratia. Honor etiam & Troiano bello. Cur enim non & prælijs interſit, ut naufragijs? Thoracibus lineis paucos tamen pugnaſſe, teſtis eſt Homerus. Hinc fuiſſe & nauium armamēta apud eundem interpretati ſunt eruditiores: quoniam cum ſparta dixit, ſignificauerit ſata. Iliados .2. καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται.

De ſparti natura, & quādo primum uſus eius, et quomodo perficiatur, & quæ ſine radice naſcantur, & uiuant. Caput .II.

SParti quidē uſus multa poſt ſecula cœptus eſt: nec ante Pœnorum arma, quæ primū Hiſpaniæ intulerunt. Herba & hæc ſponte naſcens, & quæ nō queat ſeri, iuncusq; proprie aridi ſoli, uni terræ dato uitio. Nanq; id malum telluris eſt, nec aliud ibi ſeri aut naſci poteſt. In Africa exiguum & inutile gignitur. Carthaginenſis Hiſpaniæ citerioris portio, nec hæc tota, ſed quatenus parit, montes quoq; ſparto operit. Hinc ſtrata ruſticis eorum, hinc ignes facesq;, hinc calceamina, & paſtorum ueſtis, animalibus noxium præterq̃ cacum num teneritate. Ad reliquos uſus laborioſe euellitur, ocreatis cruribus, manibusq; tectis manicis cōuolutum, oſſeis ligneisue co

ramentis. Nunc iam in hyemē uix. Facillime tamen ab Idibus Maijs ī Iunias hoc maturitatis tēpus. Vulſum faſcibus in aceruo adunatū biduo, tertio reſolutum, aſpergitur in ſole, ſiccaturq́; & rurſus in faſcibus redit ſub tecta. Poſtea maceratur aqua marina optime, ſed & dulci, ſi marina deſit. Siccatumq́; ſole iterum rigatur (ſi repente urgeat deſiderium) perfuſum calida in ſolio, ac ſiccatum ſtans compendiū operæ fatetur. Hoc autem tunditur, ut fiat utile, præcipue in aquis, mariq́; inuictum. In ſicco præferunt è canabi funes. Et ſpartum alitur etiā demeſſum, ueluti nataliū ſit impenſa. Eſt quidem eius natura interpollis. Rurſusq́; q̄ libeat uetuſtū nouo miſcetur. Veruntamen complectetur animo, qui uolet miraculum æſtimare, quāto ſit in uſu omnibus terris nauium armamētis, machinis ædificationum, alijsq́; deſiderijs uitæ. Ad hos oēs uſus quæ ſufficiant, minus .XXX. M. paſſuum in latitudinem à littore Carthaginis nouæ, minusq́; in longitudinem eſſe reperientur. Longius enim uehi impēdia prohibent. Iunco Græcos ad funes uſos nomini credamus σχοῖνος, quo herbam eam appellant: poſtea palmarum folijs philuraq́;, manifeſtum eſt: & inde tranſlatum à Pœnis ſparti uſum, per q̄ ſi'le eſt ueri. ❀ Theophraſtus autor eſt, eſſe bulbi genus circa ripas amnium naſcens, cuius inter ſummū corticem eamq́; partem qua ueſcūtur, eſſe laneam naturam, ex qua mapalia ueſteſq́; quondam con-

❀ Li. 7. de hiſt. plāt. c. 13. de generib. bulborū. Eſt aūt ge

dam conficiebantur. Sed neq; regionem in qua id fiat, neq; quicquam diligentius, præterq̃ criophoron id appellari, in exemplaribus, quæ equidem inuenerim, tradit: cuncta cura magna perſecutus. CCCC XC. annis ante nos, ut alio iam loco diximus: quo apparet, poſt id temporis ſpatium in uſum ueniſſe ſpartum. Et quoniam à miraculis rerum cœpimus, ſequemur eorum ordinẽ, in quibus uel maximũ eſt aliquid naſci aut uiuere ſine ulla radice. Tubera uocãtur hæc, undiq; terra circundata, nulliſq; fibris nixa, aut ſaltem capillamentis, nec utiq; extuberante loco in quo gignuntur, aut rimam agẽte, neque ipſa terræ cohærent. Cortice etiã includuntur, ut planè nec terram eſſe poſſimus dicere, neq; aliud q̃ terræ callum. Siccis hæc ferè et ſabuloſis locis frutetoſiſq; naſcuntur. Excedunt ſæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Duo eorum genera, harenoſa dentibus inimica, & altera ſyncera. Diſtinguũtur & colore, ruffo nigroq;, & intus candido. Laudatiſſima quæ Africæ creſcunt. An'ne uitiũ id terræ (neq; enim aliud intelligi poteſt) malúmne id ea protinus globetur magnitudine qua futurum eſt, & uiuatne, an non, haud facile arbitror intelligi poſſe. Putreſcẽdi enim ratio communis eſt ijs cum ligno. Lartio Licinio prætorio uiro iura reddenti in Hiſpania Carthagine, paucis his annis ſcimus accidiſſe, mordenti tuber, ut deprehenſus intus denarius primos

nus qđ dã, inſt, huiuſmodi littorib. adnaſcens, lanamq; ſub primis tunicis habẽs, ut inter internũ qđ mãditur, et externum media iſta cõculcetur. Texuntur ex ea et togæ, & alia ueſtimenta. &c.

dentes inflecteret. Quo manifeſtum erit, terræ naturam in ſe globari: quod certum eſt ex ijs quæ naſcuntur & ſeri non poſſunt.

De miſy, et tuberibus: de fungis pezicis, laſerpitio et magydari, et rubia, et radicula. Ca. .III.

SImile eſt quod in Cyrenaica prouincia uocant miſy, præcipuũ ſuauitate, odore, ac ſapore, ſed carnoſius: et quod in Thracia ceraunium. De tuberibus hæc tradũtur peculiariter: Cum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, tunc naſci, et maxime è tonitribus, nec ultra annum durare, tenerrima autem uerno eſſe. Quibuſdam locis acceptantur riguis & ſeruntur, ſicut Mitylenis. Negant naſci niſi exundatione fluminũ inuecto ſemine ab Tiaris. Eſt autem is locus in quo plurima naſcuntur. Aſiæ nobiliſsima circa Lampſacũ & Alopeconeſum: Græciæ uero circa Elin. Sunt & in fungorum genere à græcis dicti pezicæ, qui ſine radice aut pediculo naſcuntur. Ab his ꝓximũ dicetur autoritate clariſſimũ laſerpitiũ, quod græci ſilphion uocant, in Cyrenaica ꝓuincia repertũ, cuius ſuccum uocant laſer, magnificum in uſu medicamentiſq;, & ad pondus argentei denarij penſum. Multis iam annis in ea terra non inuenitur: quoniam publicani qui paſcua cõducunt, maius ita lucrũ ſentientes, depopulãtur pecorũ pabulo. Vnus autem caulis noſtra reptus memoria, Neroni principi miſſus eſt. Si quando incidit pecus in ſpem

naſcentis

naſcentis, hoc deprehēditur ſigno: oue cum comede-
rit dormiente ꝑtinus, capra ſternutante. Diuq; iam
non aliud ad nos inuehitur, ꝗ qd' in Perſide, aut Me-
dia & Armenia naſcitur laſer, multo infra Cyrenai
cum. Id quoq; adulteratur gummi, aut ſacopenio, aut
faba fracta. Quo minus omittendū uidetur, C. Vale
rio, M. Herēnio coſs. Cyrenis aduecta Romā publi-
ce laſerpitij pōdo. XXX. Cæſarē uero dictatorē ini
tio belli ciuilis, inter aurū argentumq; protuliſſe ex
ærario laſerpitij pōdo. CXI. Id apud autores Græ-
ciæ euidētiſsimos inuenimus, natum imbre piceo, re-
pente madefacta tellure, circa Heſpidū hortos Syr
tinq; maiorē. VII. annis ante oppidum Cyrenarū,
quod conditum eſt urbis noſtræ anno. CXLIII. Vim
autē illam per. IIII. M. ſtad. ſpatium in Africa ua-
luiſſe. In ea laſerpitiū gigni ſolitū, rem ferā ac con-
tumacē: & ſi coleretur, in deſerta fugientē: radice
multa craſſaq;, caule ferulaceo, haud ſimili craſſitu
dine. Huius folia * maſpetū uocabāt, apio maxíe ſimi
lia. Semē erat foliaceū, foliū ipſum uere deciduum.
Veſci pecora ſolita, primoq; purgari, mox pingue-
ſcere, carne mirabilē in modum iucunda. Poſt folia
amiſſa, caule ipſo & hoīes ueſcebātur decocto, aſſo,
elixoq;, eorum quoque corpora. XL. primis diebus
purgante à uitijs. Ex his oībus ſuccus duobus modis
capiebatur, è radice atq; caule. Et hæc duo erant no
mina, rhizias atq; caulias. Vilior ille ac putreſcens

* Dioſcorides maſpeta. τὰ δὲ φύλλα, inquit, μάσπετα.

radice,cortex niger,et ad mercis adulteria. Succū ipſum in uaſa coniectū admixto furfure,ſubinde con cutiendo ad maturitatē pducebant: ni ita feciſſent, putreſcentē. Argumentū erat maturitatis,color,ſic citasq; ſudore finito. Alij tradūt laſerpitij radicem fuiße maiorē cubitali, tuberq; in ea ſuper terram. Hoc inciſo,pfluere ſolitum ſuccum ceu lactis,ſuper nato caule,quem magydarin uocarunt. Folia aurei coloris pro ſemine fuiſſe,cadentia à canis ortu, auſtro flante. Ex his laſerpitiū naſci ſolitū,annuo ſpatio & radice & caule conſummantibus ſeſe. Hoc et circumfodi ſolitū pdidere. Nec purgari pecora,ſed ægra ſanari,aut ptinus mori,quod in paucis accide re. Perſico ſilphio prior opinio cōgruit. Alterum genus eſt quod magydaris uocatur,tenerius,& minus uehemens,ſine ſucco,quod circa Syriā naſcitur,non pueniens in Cyrenaica regione. Gignitur et in Parnaſo monte copioſius,quibuſdā laſerpitium uocantibus,perq; oīa adulteratur rei ſaluberrimæ utiliſſimæq; autoritas. Probatio ſynceri pria in colore mo dice ruffo: et cū frangitur,candido intus, mox trāſlucēte: gutta aquæ ſaliuaq; liqueſcit. Vſus in multis medicaminibus. Sunt etiamnū duo genera,nō niſi ſordido nota uulgo,cū quæſtu nullo polleant. In primis rubia tingendis lanis & corijs neceßaria. Laudatißima Italica,& maxīe ſuburbana,& oēs penè puinciæ ſcatent ea. Sponte puenit,ſeriturq; ſimilitudine er

tudine eruiliæ. Verum ſpinoſus ei caulis, & geniculatus hic eſt, quinis circa articulos in orbe folijs. Semen eius rubrũ eſt. Quot in medicina uſus habet, ſuo dicemus loco. At quæ uocatur radicula, lauandis demum lanis ſuccum habet: mirum, quantum conferens candore mollitiaq́;. Aeque naſcitur ſatiua ubiq;, ſed ſponte præcipua in Aſia Syriaq́;, ſaxoſis & aſperis locis. Trans Euphratem tamen laudatiſſima, caule ferulaceo tenui, & ipſis cibis indigenarũ expetito, & tingenti quicquid ſit, cum quo decoquatur folio oleæ. Struthion græci uocant, floret æſtate, grata aſpectu, uerum ſine odore, ſpinoſa, & caule lanuginoſo. Semen ei nullum, radix magna, quæ conciditur ad quem dictum eſt uſum.

De hortorum cura, & digeſtio terrænaſcentiũ præter fruges & frutices. Ca. .IIII.

AB his ſupereſt reuerti ad hortorũ curam, et ſuapte natura memorandã. Et quoniã antiquitas nihil prius mirata eſt, q̃ et Heſperidũ hortos, ac regum Adonis & Alcinoi, itemq́; penſiles, ſiue illos Semiramis ſiue Aſſyriæ rex Cyrus fecerit, de quorum opere alio uolumine dicemus. Romani quidem reges ipſi coluere. Quippe etiã Superbus Tarquinus nuncium illum ſæuũ atq; ſanguinarium remiſit ex horto. In. XII. tabulis legũ noſtrarũ nuſq̃ noĩatur uilla, ſ- in ſignificatiõe ea hortus: in horti uero heredium. Quam rẽ comitata eſt et religio quædam: hortosq́;

hortoſq; & fores tantum contra inuidentiū faſcina-
Satyrica. tiones dicari uidemus. In remedio ſaturnica ſigna,
quanq̃ hortos tutelæ Veneris aſſignāte Plauto. Iam
quidā hortorū noīe in ipſa urbe delicias, agros, uil-
laſq; poßident. Primus hoc inſtituit Athenis Epicu-
rus, hortorū magiſter. Vſq; ad eū, moris non fuerat
in oppidis haberi rura. Romæ quidem per ſe hortus
ager pauperis erat. Ex horto plebei macellū, quāto
innocētiore uictu? Mergi enī credo in ꝓfunda ſatius
eſt, et oſtrearū genera naufragio exquiri: aues ultra
Phaſidē amnē peti, & fabuloſo quidē terrore tutas,
imò ſic prætioſiores. Alias in Numidia atq; Aethio-
pia in ſepulchris aucupari, aut pugnare cū feris mā
di ab eo cupientē qđ mandat alius. At hercule q̃uilia
hæc, q̃parata uoluptati ſatietatiq;, niſi eadē quæ ubi
q; indignatio occurreret? Ferendū ſanè fuerit exqui
ſita naſci poma, alia ſapore, alia magnitudine, alia
monſtro, pauperibus interdicta: inueterari uina, ſac
ciſq; caſtrari: nec cuiq̃ adeo longam eſſe uitā, ut non
ante ſe genita potet. E frugibus quoq; quoddam ali-
mentum excogitaſſe luxuriam, ac medullam tantum
earum, ſuperq; piſtrinarum operibus & cælaturis
uiuere, alios pane ꝓcerum, alios uulgi, tot generibus
uſq; ad infimā plebē deſcendente annona. Etiam ne
in herbis diſcrimē inuentum eſt? Opeſq; differentiā
fecere in cibo, etiam uno aſſe uenali. Et in his aliqua
quoq; ſibi naſci tribus negant, caule in tantum ſagi-

nato, ut

ſtato, ut pauperis menſa non capiat. Sylueſtres fece-
rat natura corrudas, ut quiſq; demeteret paſſim. Ec
ce altiles ſpectantur aſparagi. Et Rauenna ternis li
bris rependit: Heu ꝓdigia uentris. Mirũ eſſet non li
cere carduis pecori uesci, non licet plebei. Aquæ quõ
q; ſeparãtur. Et ipſa naturæ elemẽta ui pecuniæ diſ
creta ſunt. Hi niues, illi glaciẽ potant, pœnasq; mon
tium in uoluptatẽ gulæ uertunt. Seruatur algor æſti
bus, excogitaturq; ut alienis mẽſibus nix algeat. De
coquunt alias, quas mox et illas hyemãt. Nihil itaq;
homini ſic, quõ rerũ naturæ placet. Etiám ne herba
aliqua diuitijs tantũ naſcitur? Nemo ſacros Auenti-
nósq; montes, & iratæ plebis ſeceſſus circumſpexe
rit? Mors enĩ certe æquabit quos pecunia ſuperaue
rit. Itaq; hercule nullũ macelli uectigal maius fuit
Romæ clamore plebis incuſantis apud omnes princi
pes, donec remiſſum eſt portoriũ mercis huius: com-
pertumq; non aliter quæſtuoſius cenſum haberi aut
tutius, ac minore fortunæ iure, cũ credatur penſio eã
pauperũ. Is in ſolo ſponſor eſt, et ſub die redditus, ſu
perficiesq; cælo quocunq; gaudens. Hortorũ Cato
prædicat caules. Hinc primũ agricolæ exiſtimaban-
tur priſci, et ſic ſtatim faciebãt iudiciũ, nequã eſſe in
domo matrẽfamillâs (Etenim hæc cura fœminæ di-
cebatur,) ubi indiligens eſſet hortus. Quippe è car-
nario aut macello uiuendũ eſt, nec caules ut nũc ma
xime ꝓbabant, damnãtes pulmentaria quæ egerent

Budeus hoc lo
co dubitat; an
ternis ſeſterti-
is aut ternis nũ
mis potius le-
gendũ ſit.

alio pul-

Carnis loco, alio pulmentario. Id erat oleo parcere. Nam carnis deſideria etiā erant in exprobratione. Horti maxīe placebant, quia nō egerent igni, parcerentq; ligno. Expedita res et parata ſemper, unde et acetaria appellabantur. Facilia cōcoqui, nec oneratura ſenſum cibo, et quæ minime accenderēt ad deſideriū panis. Pars eorū ad condimenta ꝑtinens, fatetur domi uerſuram fieri ſolitā, atq; non Indicum piper quæſitum, quæq; trans maria petimus. Iam quoque in feneſtris ſuis plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura præbebant, anteq̄ præfigi ꝓſpectus oīs coēgit multitudinis innumeræ ſæua latrocinatio. Quamobrem ſit aliquis et his honos, né ue autoritatem rebus uilitas adimat, cum præſertim etiam cognomīa ꝓcerum inde nata uideamus, Lactucinosq; in Valeria familia nō puduiſſe appellari: et contingat aliqua gratia opi, curæq; noſtræ: Virgilio quoq; cōfeſſo, q̄ ſit difficile uerborū honorē tam paruis ꝓhibere. Hortos uillæ iungendos nō eſt dubiū, riguosq; maxīe habendos, ſi cōtingat ꝓfluo amne. Si minus, è puteo pertica, organiſue pneumaticis, uel tollenonū hauſtu rigandos. Solū ꝓſcindendū à fauonio, in autumnū præparandū eſt poſt. XIIII. dies, iterandūq; ante brumā. Octo iugerū operis palari iuſtum eſt. Fimum tres pedes alte cum terra miſceri, areis diſtingui, easq; reſupinis puluinorū toris ambiri ſinglis tramitum ſulcis, qua detur acceſſus hoī, ſcatebriſq;

Nam carnis gari legēdum: Budæus exiſtimat, ut ſit, Nā gari deſideria &c cete.

Geor. 3. Nec ſum animi dubius, uerbis ea uincere, magnū Quā ſit, et āguſtis hūc addere rebus honorem.

ſcatebriſq;

ſcatebriſq; decurſus. In hortis naſcentiũ alia bulbo commendantur, alia capite, alia caule, alia folio, alia utroque, alia ſemine, alia cortice, alia cute aut cartilagine, alia carne, alia tunicis carnoſis. Aliorũ fructus in terra eſt, aliorũ & extra, aliorũ non niſi extra. Quædã iacẽt creſcuntq́; ut cucurbitæ et cucumis. Eadẽ et pendẽt, quanq̃ grauiora mlto etiã ijs quæ in arboribus gignũtur. Sed cucumis cartilagĩe. Cortex huic uni maturitate tranſit in lignũ. Terra cõduntur rhaphani, napiq́; , et rapa, atq; alio modo inulæ, ſiſer, paſtinacæ. Quædã uocabimus ferulacea, ut anethũ, maluas. Nanq; tradũt autores, in Arabia maluas ſeptĩo mẽſe arbcreſcere, baculorũ uſum præbere extẽplo. Sed et arbor eſt malua in Mauritania Lixi oppidi æſtuario, ubi Heſperidũ horti fuiſſe ꝓduntur. CC. paſ. ab oceano, iuxta delubrũ Herculis, antiquis Gaditano, ut ferunt. Ipſa altitudinis pedes XX. craſſitudinis quã circũplecti nemo poſſit. In ſili genere habebitur et canabis. Necnõ et carnoſa aliq̃ appellabimus, ut ſpongias in hũore pratorũ enaſcentes. Fungorum enim callũ, in ligni arborũq; natura diximus, & alio genere tuberũ paulo ante.

Natura & genera, & hiſtoria naſcentiũ in hortis rerum. Caput .V.

CArtilaginei generis, extraq́; terrã ẽ cucumis, mira uoluptate Tiberio principi expetitus. Nullo quippe non die cõtigit ei, penſiles eorũ hortos

promouen

promouentibus in ſoles rotis olitoribus: rurſusq́; hybernis diebus intra ſpeculariũ munimẽta reuocantibus. Quin & lacte mulſo ſem:ne eorũ biduo macerato, apud antiquos Græciæ autores ſcriptũ eſt ſeri oportere, ut dulciores fiant. Creſcunt qua coguntur forma. In Italia uirides, et q̃minimi, in ꝓuincijs q̃ma ximi & citrini aut nigri. Placent copioſiſsimi Africæ, grandiſſimi Mœſiæ. Aſt cũ magnitudine exceſſe

Li. 11. c. 3. ubi re, pepones uocãtur. Viuũt hauſti in ſtomacho in p●
præcipuã hor ſterũ diẽ, nec perfici queunt, in cibis non inſalubres,
torum curam tamen plurimũ natãt. Oleũ odere mire: Nec minus
agit, id qđ de aquas diligũt. Deſecti quoq;, ad eas modice diſtãtes
cimo tñ libro adrepunt. Contrà oleũ refugiũt. Aut ſi qd obſtet, uel
carmĩe quoq; ſi pẽdeant, curuãtur. Idq́; uel una nocte deprehendi
facit. At ĩ un- tur, ſi uas cum aqua ſubijciatur à quatuor digitorum
decimo, ubi cõ interuallo, deſcendẽtibus ante poſterũ diem: at ſi ole
mẽto ſuo præ- um eodẽ modo ſit, in hamos curuatis. Iidem in fiſtula
ſcribit, quo pa flore dimiſſo mira longitudine creſcunt. Ecce cũma
cto cucumis in xime noua forma eorũ in Campania prouenit, mali
totũ annũ ha- cotonei effigie. Forte primo natum ita audio unum,
beri poſsit, de mox ſemine ex illo genus factũ: melopeponas uocãt.
cucumere ita Non pendẽt hi, ſed humi rotundãtur. Mirum in his,
tandẽ: Hac ra præter figurã colorẽq́; & odorẽ, q̃ maturitatẽ ade
tione, inqt, to pti, quanq̃ non pendẽtes, ſtatim à pediculo recedunt.
to ferè anno ✱ Columella tradit ſuũ commentũ, ut toto anno con-
Tibe. Cæſari tingant: Fruticẽ rubi q̃uaſtiſsimũ in apricum locum
cucumis præ- transferre, & recidere, duûm digitorũ relicta ſtir-
bebatur. pe, circa

pe, circa æquinoctium uernũ: ita in medulla rubi ſemine cucumeris inſito, terra minuta fimoq́; circum aggeratas reſiſtere frigori radices. Cucumerorum græci tria genera fecere: Laconicũ, Scytalicũ, Bœoticũ. Ex his tantũ Laconicũ aqua gaudere. Sunt qui herba, quæ uocatur culix nõie, trita, ſemen eorũ maceratum ſeri iubeant, ut ſine ſemine naſcãtur. Similis & cucurbitis natura, duntaxat in naſcendo. Aeque hyemẽ odere. Amãt rigua ac fimũ. Serũtur ambo ſemine in terra ſeſqpedali foſſura, inter æqnoctium uernũ & ſolſtitiũ. Parilibus tamẽ aptiſsime. Aliqui malunt ex Kal. Martij cucurbitas, & Nonis cucumeres, & per qnquatros ſerere, ſimili modo reptantibus flagellis, ſcandentes parietum aſpera in tectum uſq́; natura ſublimitatis auida. Vires ſine adminiculo ſtãdi nõ ſunt, uelocitas pernix, leui umbra cameras ac pergulas operientes. Inde hæc duo prima genera: Camerariũ, & plebeiũ, quod humi repit. In priore mire tenui pediculo libratur põdus immobile auræ. Cucurbita quoq; oĩ modo faſtigiatur uaginis maxime uitilibus, cõiecta in eas poſtq̃ defloruit. Creſcit qua cogitur forma: Plerunq; et draconis intorti figura. Libertate uero pẽſili conceſſa, iam uiſa eſt. IX. pedũ longitudinis. Particulatim cucumis floret, ſibi ipſe ſupflorеſcens, et ſicciores locos patitur, candida lanugine obductus, magisq́; cũ creſcit. Cucurbitarũ numeroſior uſus. Et primus caulis ĩ cibo.

Atq; ex eo in totũ natura diuerſa. Nuper in balnearum uſum uenere urceorũ uice. Iampridẽ uero etiã cadorũ ad uina condenda. Cortex uiridi tener. Deraditur nihilominus cibis. Cibos ſalubres ac leues pluribus modis exiſtimant, q perfici humano uentre non queant, ſed non intumeſcant. Semina quæ proxima collo fuerint, pceras pariunt: itẽ ab imis, ſed non cõparandas ſupradictis: quæ in medio, rotũdas: quæ lateribus, craſſas breuioresq;. Siccantur in umbra, et cum libeat ſerere, in aqua macerantur. Cibis, quo lõgiores tenuioresq;, eo gratiores. Et ob id ſalubriores quæ pendendo creuere, minimumq; ſeminis tales habent, duritia eius in cibis gratiã terminãte. Eas quæ ſemini ſeruantur, ante hyemẽ præcidi non eſt mos. Poſtea fumo ſiccantur, condendis hortenſiorũ ſeminibus ruſticæ ſupellectili. Inuenta eſt ratio, qua cibis quoq; ſeruarentur, eodemq; modo cucumis, uſq; ad alios pene prouentus, & id quidem in muria fit. Sed et ſcrobe, opaco in loco harena ſubſtrato, fœnoq; ſiccо opertos, ac deinde terra, uirides ſeruari tradũt. Sunt & ſylueſtres in utroq; genere, & oĩbus ferẽ hortenſibus. Sed & his medica tantum natura eſt. Quamobrẽ differẽtur in ſua uolumina. Reliqua cartilaginũ naturæ terra occultãtur oĩa. In quibus de rapis abunde dixiſſe poteramus uideri, niſi medici maſculini ſexus facerẽt in his rotunda: latiora uero & cõcaua fœminini, præſtãtiora ſuauitate, et ad

condiendũ faciliora, quæ ſæpius ſata trãſeunt in mă rẽ. Iidẽ naporũ. V. genera fecere: Corinthiũ, Cleo næũ, Liothalaſſiũ, Bœoticũ, et qđ per ſe uiride dixe runt. Ex ijs ĩ amplitudinẽ adoleſcit Corinthiũ, nuda ferè radice. Solũ enim hoc genus ſupne tendit, nõ ut cætera in terrã. Liothalaſſiũ quidã Thraciũ appel-lant, frigorum patientiſſimum. Ab eo Bœoticũ dul-ce eſt, rotũditate etiam breui notabile. Neq; ut Cleo næum prælongum in totũ quidem. Quorum tenuio-ra folia, ipſi quoq; dulciores: quorum ſcabra & an-guloſa & horrida, amariores. Eſt prætcrea genus ſylueſtre, cuius folia ſunt erucæ ſimilia. Palma Ro-mæ Amiterninis datur, ide Nurſinis, tertia noſtrati bus. Cætera de ſatu eorũ in rapis dicta ſunt. Cor-tice & cartilagine conſtant rhaphani: multiſq; eo-rum cortex craſſior etiã q̃ quibuſdã arborũ. Amari tudo plurima illi eſt, & ꝑ craſſitudine corticis. Cæ-tera quoq; aliquando lignoſa. Et uis mira colligendi ſpiritũ, laxãdiq; ructũ. Ob id cibus illiberalis utiq;, ſi ꝓxime olus mãdatur: ſi uero cum oliuis drupis, ra rior ructus fit, minuſq; fœtidus. Aegypto mire cele bratur ꝓpter olei fertilitatem, quod de ſemine eius faciunt. Hoc maxime cupiunt ſerere, ſi liceat: quoni am & quæſtus plus q̃ è frumento, & minus tributi eſt, nullumq; copioſius oleũ. Genera rhaphani Græ-ci fecere tria foliorum differentia, criſpi, atq; lenis, & tertiũ ſylueſtre. Atque huic leuia quidem folia,

ſed breuiora ac rotunda, copioſaq́; atq; fruticoſa: ſa por aũt aſp, & medicamenti inſtar ad eliciendas al uos. Et in prioribus tamẽ differentia ſeminis eſt, quo niam aliqua admodum exiguũ ferunt. Hæc uitia nõ cadunt niſi in criſpa folia. Noſtri alia fecere genera: Algidenſe à loco, longũ atq; tranſlucidũ. Alterũ ra pi figura, qđ uocant Syriacũ, ſuauiſſimũ ferè ac te- nerrimũ, hyemiſq; patiẽs. Præcipuũ tamẽ eſt, qđ è Syria nõ pridẽ aduectũ apparet, quoniã apud auto- res nõ reperitur, id aũt tota hyeme durat. Etiamnũ unũ ſylueſtre Græci agrion uocãt, Põtici armon, alij leucen, noſtri armoracion, frõde copioſius q̃ corpe. In oĩbus aũt ꝓbandis maxĩe ſpectãtur caules. In ini tio enim rotũdiores craſſioreſq́;, ac lõgis canalibus. Folia ipſa triſtiora, et angulis horrida. Seri uult rha phanus terra ſoluta, humida. Fimũ odit, palea con- tentus. Frigore adeo gaudet, ut ĩ Germania infantiũ puerorũ magnitudinẽ æquet. Seritur poſt Idus Feb. ut uernus ſit, iterũq; circa Vulcanalia, quæ ſatio me lior. Multi & Martio & Aprili ſerunt, & Septẽ- bri. Incipiente incremento, cõfert alterna folia cir- cumobruere, ipſos uero accumulare. Nam qui ex- tra terrã emerſerit, durus fit atq; fũgoſus. Ariſtoma chus detrahi folia per hyemẽ iubet: et ne lacunæ ſta gnent, accumulare: Ita in æſtate grandeſcere. Qui- dam prodidere, ſi palo adacto cauerna palea inſter- natur in ſex digitorũ altitudine, deinde ſemẽ fimoq́; & terra

& terra cōgeratur, ad magnitudinē ſcrobis creſce re. Præcipue tamē ſalſis aluntur. Itaq; etiā talibus aqs irrigantur, & in Aegypto nitro ſpargūtur, ubi ſunt ſuauitate præcipui. In totū quoq; ſalſugine ama ritudo eorū eximitur, fiūtq; coctis ſiles. Nanq; et co cti dulceſcūt, & in naporū uicē trāſeunt. Crudos me dici ſuadent, ad colligēda acria uiſcerū dandos cum ſale ieiunis eſſe, atq; ita uomitiōibus præparāt mea tum. Tradunt & præcordijs neceſſariū hunc ſuccū, quando phthiſin cordi intus inhærentē, non alio potu iſſe depelli cōpertum ſit in Aegypto, regibus corpo ra mortuorū ad ſcrutandos morbos inſecantibus. At que ut eſt Græca uanitas, fertur in templo Apollinis Delphis adeo cæteris cibis prælatus rhaphanus, ut ex auro dicaretur rhaphanus, beta ex argento, ra- pum è plūbo. Scires nō ibi genitū M. Curium impe- ratorē, quem ī hoſpitio, legatis aurū repudiaturo af ferentibus, rapū torrentē in foco inuentū annales no ſtri ꝑdidere. Scripſit & Morchion Græcus de rha- phano unū uolumen. Vtiliſſimi in cibis hyberno tem pore exiſtimantur: ideq; dentibus ſemp inimici, quo niam atterāt. Ebora certe poliunt. Odiū his cū uite maximū, refugitq; iuxtà ſatos. Lignoſiora ſunt reli qua in cartilaginū genere à nobis poſita. Mirumq; omnibus uehementiā ſaporis ineſſe. Ex ijs paſti- nacæ unū genus agreſte ſponte ꝓuenit, ſtaphylinos græce dicitur. Alterū ſeritur radice uel ſemine, pri

mo uere uel autũno: ut Higino placet, februario, augusto, ſeptẽbri, octobri, ſolo q̃altiſsime refoſſo. Anniculæ utilis eſſe incipit, bima utilior, gratior autũno, patinisq́; maxie. Et ſic quoq; uirus illi intractabile eſt. Hibiſcũ à paſtinaca gracilitate diſtat. Dãnatũ cibis, ſed medicinæ utile. Eſt & quartũ genus in eadẽ ſimilitudine paſtinacæ, quam noſtri gallicã uocant, Græci uero daucon: cuius genera etiã quatuor fecere. Inter medica dicendũ ſiſer, & ipſum Tiberius princeps nobilitauit, flagitans oĩbus annis à Germania. Gelduba appellatur caſtellũ Rheno impoſitũ, ubi generoſitas præcipua. Ex quo apparet frigidis locis cõuenire. Ineſt lõgitudine neruus, q in decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta: quæ mulſo ĩ cibis tpata, etiam in gratiã uertitur. Neruus idẽ et paſtinacæ maiori duntaxat anniculæ. Siſer his ſeritur menſibus, februario, martio, aprili, auguſto, ſeptẽbri, octobri. Breuior his eſt, ſed toroſior amariorq́;, inula, p ſe ſtomacho inimiciſsima. Eadẽ dulcibus mixtis ſaluberrima. Plurimis modis auſteritate uicta gratiã inuenit. Nanq; & in pollinẽ tũditur arida, liqdoq; dulci tpatur: et decocta poſtea, aut aſſeruata, uel macerata pluribus modis, et tunc mixta defruto, aut ſubacta melle, uuisq́; paſsis, aut pinguibus caryotis. Alio rurſus modo cotoneis, malis, uel ſorbis, aut prunis. Aliquando pipe aut thymo uariata, defectus præcipue ſtomachi excitat.

citat. Illuſtrata maxĩe Iuliæ Auguſtæ quotidiano ci bo. Supuacuũ eius ſemẽ, quoniã oculis ex radice exciſis, ut harũdo ſeritur. Et hæc aũt ſeritur, et ſiſer, et paſtinaca utroq; tpe, uere et autũno, magnis ſeminũ ĩteruallis: nullaue minus q̃ ternorũ pedũ, quoniã ſpa tioſe fruticat. Siſer aũt trãſferre melius. Proxima his bulborũ natura, quos Cato ĩ primis ſerẽdos præcipit, celebrãſq; Megaricos. Verum nobiliſsima eſt ſcilla, q̃q̃ medicamini nata, acetoq; exacuẽdo. Nec ulli amplitudo maior, ſicut nec uis aſpior. Duo genera medica: Maſculus albis folijs, fœĩa nigris: Et tertiũ genus eſt cibis gratũ: Epimenidiũ uocatur anguſtius folio, ac minus aſpero. Seminis plurimũ omnibus. Celerius tamen proueniũt ſatæ bulbis circa latera natis. Et ut creſcant folia, quæ ſunt in his ampla, deflexa circa obruuntur. Ita ſuccum omnẽ in ſe trahunt capita. Sponte naſcũtur copioſiſsime in Balearibus Ebuſoq; inſulis, ac per Hiſpanias. Vnum de ijs uolumen cõdidit Pythagoras philoſophus, colligens medicas uires, quas ꝓximo reddemus libro. Reliqua bulborũ genera differunt colore, magnitudine, ſuauitate. Quippe cum quidam crudi mandantur, ut in Cherroneſo Taurica. Poſt hos in Africa nati maxime laudantur, mox Apuli. Genera Græci hæc fecere: Bulbinẽ, ſitanion, pythion, * acrocorion, egi lopa, ſiſyrinchiõ. In hoc mirũ, imas eius radices creſcere hyeme: uerno autem cum apparuerit uiola,

Capite. 8.

* Fortaſsis legẽdum, acroſcorodon.

minui ac contrahi, tum deinde bulbum pingueſcere. Eſt inter genera, quod in Aegypto aron uocant, ſcillæ ꝓximum amplitudine, folijs lapathi, caule recto, duûm cubitorũ baculi craſſitudine, radice mollioris naturæ, quæ edatur et cruda. Effodiuntur bulbi ante uer. At deteriores ilico fiunt, ſi finduntur. Signũ maturitatis, folia inareſcentia ab imo. Vetuſtiores improbant, Item paruos & longos. Contrà rubicundis rotundioribusq́; laus, & grandiſſimis. Amaritudo pleriſq; in uertice eſt. Media eorum dulcia. Bulbos non naſci, niſi ex ſemine, priores tradiderũt. Sed & in Prænestinis campis ſponte naſcuntur, ac ſine modo etiam in Remorum aruis.

De hortenſium herbarũ radicibus, folijs, floribus, coloribus. Caput VI.

Hortenſibus omnibus ferè ſingulæ radices, ut rhaphano, betæ, apio, maluæ. Ampliſſia aũt lapatho, ut quæ deſcendat ad tria cubita. Sylueſtri minores tumidæ. Effoſſa quoq; diu uiuit. Quibuſdã tamen capillatæ, ut apio, maluæ. Quibuſdam ſurculoſæ, ut ocymo. Alijs carnoſæ ut betæ, aut magis etiamnũ croco. Aliquibus ex cortice & carne conſtãt, ut rhaphano et rapis. Quorundam geniculatæ ſunt, ut graminis. Quæ rectam non habent radicẽ, ſtatim plurimis nituntur capillamentis, ut atriplex, et blitum. Scilla aũt et bulbi, et cepe, et allium, non niſi in rectũ radicãtur. Sponte naſcentiũ quædã nũeroſiora

ſunt radi

ſunt radice q̃ folio, ut aſpalax, ꝑdicium, crocū. Florent uero cū fraxino ſerpillum, abrotanū, napi, rhaphani, mentha, ruta, et cetera quidē defloreſcunt cū cœpere. Ocymū autem particulatim et ab imo incipit: qua de cauſa diutiſſime floret. Hoc et in heliotropio herba euenit. Flos alijs cādidus, alijs luteus, alijs purpureus. Folia cadūt à cacuminibus, origano, inulæ, & aliquando rutæ iniuria læſæ. Maxime cōcaua ſunt cepæ, gethyo. Allium cepasq; inter deos iureiurando habet Aegyptus. Cepe genera apud græcos, ſardia, ſamothracia, *halſidēa, ſetania. Itē ſchiſta, Aſcalonia ab oppido Iudææ nomīata. Omnibus etiā odor lachrymoſus, & præcipue Cyprijs, minīe Gnidijs. Omnibus corpus tutū pinguitudinis earum cartilagine. E cūctis ſetania minima, (excepta tuſculana) ſed dulcis. Schiſta autē & aſcalonia cōduntur.

Schiſtā hyeme cū coma ſua relinquūt, uere folia detrahunt, et alia ſubnaſcūtur ijſdē diuiſuris, unde & nomen. Hoc exemplo reliquis quoque generibus detrahi iubēt, ut in capita creſcant potius q̃ *in ſemīa. Aſcaloniarum ꝓpria natura. Etenim uelut ſteriles ſunt ab radice, & ob id ſemine ſeri illas, non deponi iuſſere græci. Præterea ſerius circa uer cum germinant trāsferri, ita craſſeſcere. Et tunc ꝓperare præteriti tēporis penſitatione. Feſtinandū aūt in his eſt, quoniā mature celeriter putreſcūt. Si deponātur, et caulē emittūt et ſemē, ipſæq; euaneſcunt. Eſt et colo

*Apđ Theop.
li.4.c.7. Ce-
parum genera
hæc leguntur:
Sardiæ, Gni-
diæ, Samothra
ciæ, itē Setani
cæ et fiſſiles, et
Aſcaloniæ. Vn
de fortaſſis cō
iectare qs poſ-
ſet ꝑ Halſide-
na, hoc loco le
gendū Gnidia.

*In ſemīa, non
in ſemetipſa,
ex Theoph. li.
et ca. qbus ſu-
pra. Quidam
uel oībus de-
trahēda folia
cēſent, ut uim
ſuā imo cōtine
ant, neq; effu-
ſæ ſemineſcāt.
rum diffe & cete.

rum differẽtia. Samo enim et Sardibus cãdidiſſimæ ꝓueniũt. Sunt in honore et Creticæ, de qbus dubitãt an eædẽ ſint quæ Aſcaloniæ, quoniã ſatis capita craſſeſcunt: depoſitis, caules et ſemĩa. Diſtant ſapore tantum dulci. Apud nos duo prima genera. Vnũ condimentariũ, quod illi gethyon, noſtri pallacanã uocãt. Seritur menſibus Martio, Aprili, Maio. Alterũ capitatũ, æque ab æquinoctio autũni, uel fauonio. Genera eius auſteritatis ordine, Africana, Gallica, Tuſculana, Amiternina. Optima autẽ quæ rotundiſſima. Itẽ ruffa acrior ꝗ̃ candida, ſicca ꝗ̃ uiridis, et cruda ꝗ̃ cocta, ſicca ꝗ̃ cõdita. Seritur amiternina frigidis et humidis locis, & ſola allij modo capite, reliquæ ſemine. Proximaq́; æſtate nullũ ſemẽ emittunt, ſed caput tantũ quod inareſcit. Sequenti autem anno permutata ratione ſemẽ gignitur, caput ipſum corrũpitur. Ergo omnibus annis ſeparatim ſemen cepe cauſa ſeritur, ſeparatim cepe ſeminis. Seruãtur autem optime in paleis. Gethyũ penè ſine capite eſt, ceruicis tantũ longæ, et ideo totũ in fronde, ſæpiusq́; reſecatur, ut porrũ. Ideo et illud ſerunt, nõ deponũt. Cætero cepas ter foſſo ſolo ſeri iubent, extirpatis radicibus herbarũ. In iugero denas libras. Intermiſceri ſatureiam, quoniã melius ꝓueniat. Runcari præterea, et ſarriri, ſi non ſæpius, quater. Aſcaloniã menſe Februario ſerunt noſtri. Semen ceparũ nigreſcere incipiẽs, anteꝗ̃ marceſcat metunt. Et de porro in

hanc cogna

hanc cognationẽ dici conuenit, præſertim cũ ſectiuo nuper autoritatẽ dederit princeps Nero, uocis gratia, ex oleo æſtatis menſium oĩbus diebus: nihilq́; aliud, ac ne pane quidẽ ueſcendo. Seritur ſemine ab æquinoctio autumno: ſi ſectiuum facere libuerit, denſius. In eadem area ſecatur donec deficiat, ſtercoraturq́; ſemp, ſi nutritur in capita anteq̃ ſecetur. Cum increuerit, in aliã areã trãsferatur, ſummis folijs leniter receiſis ante medullã, et capitibus retractis, tunicisue extremis. Antiq ſilice uel tegulo ſubiecta capita dilatabant. Hoc itẽ de bulbis. Nunc ſarculo leuiter conuelluntur radices, ut delũbatæ alant, neq; diſtrahãt. Inſigne, q cũ fimo lætoq́; ſolo gaudeat, rigua odit, et tamẽ ꝓprietate quadã ſoli conſtat. Laudatiſſimus in Aegypto, mox orchiæ atq; aritiæ. Sectiui duo genera. Hoc herbaceum folio, inciſuris eius euidentibus, quo utuntur medicamentarij. Alterũ genus ſuauioris folij, rotũdiorisq́; inciſuris leuioribus. Fama eſt, Melam equeſtris ordinis reũ ex ꝓcuratione à Tiberio principe accerſitum, in ſumma deſperatione ſucco porri ad trium denariorum argenteorum pondus hauſto, confeſtim expiraſſe ſine cruciatu. Ampliorem modũ negant noxiũ eſſe. Allium ad multa ruris præcipue medicamenta prodeſſe creditur. Tenuiſſimis, et quæ ſeparãtur in uniuerſum, uelatur mẽbranis, mox pluribus coagmẽtatur nucleis, et his ſeparatim ueſtitis. Aſperi ſaporis: et quo plures nuclei fuere

clei fuere, hoc eſt aſperius. Tædium huic quoq; halitu, ut cep's, nullum tamen coctis. Generũ differẽtia in tempore. Præcox matureſcit. LX. diebus. Tum in magnitudie. Vlpicũ quoq; ĩ hoc genere græci appellauere alliũ Cypriũ, alij antiſchorodõ, præcipue Africæ celebratũ inter pulmentaria ruris, grãdius alio. Tritũ in oleo & aceto, mirũ quantũ increſcat ſpuma. Quidã & alliũ ulpicũ in plano ſeri uetant, caſtellatimq; grumulis imponi, diſtãtibus inter ſe pedes ternos. Inter grana quatuor digiti intereſſe debent: ſimulatq; tria folia eruperint, ſarriri. Grandeſcunt quo ſæpius ſarriũtur. Matureſcentiũ caules depreſſi in terrã obruũtur, ita cauetur ne in frondẽ luxuriẽt. In frigidis utilius uere ſeri q̃ autũno. Cæterũ ut odore careãt, oĩa hæc iubentur ſeri cum luna ſub terra ſit, colligi cũ in coitu. Sine his (Menãder è græcis autor eſt) alliũ edentibus, ſi radicẽ betæ in pruna toſtã ſuperederint, odorem extingui. Sunt qui & allium et ulpicõ inter Opalia ac Saturnalia ſeri aptiſſime putẽt. Alliũ et ſemine prouenit, ſed tarde. Primo eñi anno porri craſſitudine capite efficitur: ſequenti diuiditur, tertio conſummatur; pulchriusq; exiſtimatur tale. A quibuſdam in ſemẽ exire uetatur. Sed intorqueri caulis ſationis gratia, uti caput ualidius fiat. Quod ſi diutius alliũ cepeq; inueterari libeat, aqua ſalſa tepida capita intingenda ſunt. Ita diuturniora fient, melioraq; uſui, ſed in ſatu ſterilia. Alij

Aphroſchorodon, ex Colu. li. 11. c. 3. Vlpicũ, inqt, qđ Punicum uocant, græce autẽ ἀφροσκόροδον. Vnde dubitat & Hermo. an hic uel illic mẽda ſit.

contenti

contenti ſunt primo ſup prunas ſuſpendiſſe, abūdeq́; ita pfici arbitrātur ne germinēt. Quod facere alliū cepamq́; extra terrā quoq́; certum eſt, et cauliculo acto euaneſcere. Aliqui & allium palea optime ſeruari putant. Allium eſt et in aruis ſponte naſcens, alum hoc uocant: quod aduerſus improbitatem alitum depaſcentium ſemina coctum, ne renaſci poſſit, abijcitur: ſtatimq́; quæ deuorauere aues, ſtupentes manu capiuntur, et ſi paulum commorauere reſopitæ. Eſt & ſylueſtre, quod urſinum uocant, odore molli, capite prætenui, folijs grandibus.

Quoto die quæq́; herbæ naſcuntur ſatæ, & quo quæq́; foueātur uel digerantur, et quorū ſingula genera ſunt, & quorum plura. Ca. ·VII·

IN horto ſatorum celerrime naſcuntur ocymū, blitum, napus, eruca: tertio enim die erumpunt: anethū quarto, lactuca quinto, rhaphanus ſexto, cucumis & cucurbitæ ſeptimo, prior cucumis, naſturtium ac ſinapi quinto, beta æſtate ſexto, hyeme decimo, atriplex octauo, cepe. XIX. aut. XX. gethyū X. aut. XII. Contumacius coriandrū. Cunila quidē et origanū poſt. XXX. diē. Oīum difficillīe apium, quadrageſimo enī die cū celerrīe, qnquageſimo maiore ex parte emergit. Aliquid & ſeminū ætas confert, quoniā recētiora maturius gignūtur: in porro, gethyo, cucumere, cucurbita. Ex uetere aūt celerius pueniunt apiū, beta, cardamū, cunila, origanū, coriandrum.

riandrum. Mirum in betæ ſemine, non enĩ totũ eo an no gignitur, ſed aliqd ſequente, aliqd tertio. Itaq; ex copia ſeminis modice naſcitur. Quædã anno tantum ſuo pariunt, quædã ſæpius, ſicut apium, porrum, gethyum. Hæc enim ſemel ſata, pluribus annis reſtibili fertilitate ꝓueniunt. Semina plurimis rotunda, aliquibus oblonga, paucis foliacea et lata, ut atriplici. Quibuſdã anguſta et canaliculata, ut cumino. Differunt et colore, nigro candidoq;: itẽ duritie: Surculacea in folliculo ſunt rhaphano, ſinapi, rapo. Nudũ ſemen apij, coriãdri, anethi, fœniculi, cumini. Cortice obducta bliti, betæ, atriplicis, ocymi. At lactucis in lanugine. Nihil ocymo fœcundius. Cum maledictis ac ꝓbris ſerendũ præcipiũt, lætius ꝓueniet. Satum etiã pauitur terra adacta cuminũ, et q ſerũt precantur ne exeat. Quæ in cortice ſunt, difficilliie inareſcunt, maximeq; ocymũ, et git. Siccãtur oĩa, ac ſunt fœcunda. Vtiq; meliora naſcũtur aceruatim ſato ſemine, q̃ ſparſo. Ita certe porrũ et alliũ ſerunt in lacinijs colligatũ. Apium etiã paxillo cauerna facta, ac fimo ingeſto. Naſcuntur aũt oĩa aut ſemine, aut auulſione. Quædã ſemine et ſurculo, ut ruta, origanum, ocymũ, præcidũt enim et hoc cum ꝓuenit ad palmæ altitudinem. Quædã et radice et ſemine, ut cepa, allium, bulbi, et ſi quorum radicẽ annuiferorum relinquũt. Eorũ uero quæ à radice naſcũtur, radix diuturna & fruticoſa eſt, ut bulbi, gethyi, ſcillæ. Fruticant

alia &

alia et non capite, ut apium et beta. Caule reciſo ferè quidem oia regerminant, exceptis quæ nõ ſcabrũ caulem habẽt. Eſt in uſu uero ocymũ, rhaphanus, lactuca. Hanc etiam ſuauiorẽ putant à regerminatione. Rhaphanus utiq; iucũdior detractis folijs anteq̃ decauleſcat. Hoc et in rapis. Nam & eadẽ direptis folijs coopta terra creſcunt, durantq; in æſtate. Singula genera ſunt ocymo, lapatho, blito, naſturtio, erucæ, atriplici, coriãdro, anetho: Hæc enĩ ubiq; eadẽ ſunt, neq; aliud aiio melius uſq̃. Rutã furtiuã tantũ pũenire fertilius putãt, ſicut apes furtiuas peſſie. Naſcuntur etiamnũ ſata menthaſtrũ, nepeta, intubum, pulegiũ. Contrà plura genera ſunt eorum quæ diximus, dicemusq; in primis de apio.

Natura & genera, et hiſtoriæ ad condimenta in horto ſatarũ rerum. XXXVI. Ca. VIII.

ID enim quod ſponte in humidis naſcitur, helioſelinum uocatur, uno folio, nec hirſutum. Rurſus in ſiccis hippoſelinũ, pluribus folijs, ſimile helioſelino. Tertium eſt horcoſelinũ, cicutæ folijs, radice tenui, ſemine anethi, minutiore tamen. Eſt aũt ſatiuis differentia in folio denſo, criſpo, aut rariore et leuiore. Itẽ caule tenuiore, ac craſſiore. Et caulis aliorũ candidus eſt, aliorũ purpureus, aliorum uarius. Lactucæ græci tria fecere genera. Vnũ laticaulis, adeo ut hoſtiola olitoria ex his factitari prodiderint. Folium his paulo maius herbaceo & anguſtiſſimũ, ut alibi

ut alibi conſumpto incremento. Alterum rotundi caulis. Tertiũ ſeſſile, qđ laconicon uocant. Alij coloris & tpis ſatus genear diſcreuere. Eſſe enĩ nigras, quarũ ſemen menſe Ianuario ſeratur: albas, quarum Martio: rubẽtes, quarũ Aprili. At oĩm earũ plantas poſt binos mẽſes differri. Diligẽtiores plura genera faciũt, purpureas, criſpas, cappadocas, græcas. Lõgiora his folia, caulesq; lati. Præterea lõgi & anguguſti, intubis ſimiles. Peſſimũ aũt genus cum exprobratione amaritudinis appellauere picrida. Eſt etiãnum alia diſtinctio atræ, quæ meconis uocatur, à copia lactis ſoporiferi, quanq̃ oẽs ſomnũ parere credãtur. Apud antiquos Italiæ hoc ſolum genus earũ fuit, & ideo lactucæ nomẽ adeptæ. Purpureã maximæ radicis Cæcilianã uocant. Rotundã uero ac minimæ radicis, latis folijs, aſtylida. Quidamq; eunuchion, quoniã hæc maxime refragetur Veneri. Eſt quidem natura oĩbus refrigeratrix, & ideo æſtate gratæ à ſtomacho faſtidiũ auferunt, cibiq; appetentiã faciunt. Diuus certe Auguſtus lactuca cõſeruatus ĩ ægritudine fertur, prudẽtia Muſæ medici, cũ priores eã ob religionẽ minime cõmanducarent: in tantũ recepta cõmendatione, ut ſeruari etiam in alienos mẽſes eas oxymelite repertum ſit. Sanguinẽ quoq; augere creduntur. Eſt etiamnũ quæ uocatur caprina lactuca, de qua dicemus inter medicas. Et ecce cũ maxĩe cœpit irrepere, ſatiuis admodum probata, quæ cilicia uo

cia uocatur, folio Cappadociæ, niſi criſpum latiusq́; eſſet. Nec ex eodē genere poſſunt dici, neque ex alio intubi, hyemis impatientiores, uirusq́; præferentes, ſed caule nō minus grati. Serūtur uerno plātæ eorū, ultro uere trāsferuntur. Eſt et erraticum intubū, qđ in Aegypto cicoriū uocāt, de quo plura aliâs. Inuentum, oēs thyrſos uel folia lactucarū progare urceis cōditos, ac recētes in patinis coquere. Seruntur lactucæ anno toto lætis et irriguis ſtercoratisq́;, binis mēſibus inter ſemen plantāq́; et maturitatē. Legitimum tamen, à bruma ſemen iacere, plantā in fauonio transferre. Aut ſemen fauonio, plantā æqnoctio uerno. Albæ maxīe hyemē tolerāt. Humore omnia hortenſia gaudent, et ſtercore, præcipue lactucæ, et magis intubi. Seri etiā radices illitas fimo intereſt, et repleri ablaqueatas humo. Quidā et aliter amplitudinem augent, reciſis cū ad ſemipedē excreuerint, fimoq́; ſuillo recenti illitis. Candorē uero putāt contingere ijs duntaxat, quæ ſunt ſeminis albi, ſi harena de littore à prīo incremento congeratur in medias, atq́; increſcētia folia cōtra ipſas religentur. Beta hortenſiorū leuiſsīa eſt. Eius quoq́; à colore duo genera græci faciūt, nigrā, et candidā, quā præferūt, parciſſimi ſemis, appellātq́; ſiculā, cādoris ſanè diſcrimīe præferētes ut lactucā. Noſtri betæ genera faciunt uernū et autūnale, à tpibus ſatiuis, q̄q̄ et Iunio ſeratur. Transferūtur aūt in plāta hæ quoq́;, et ob-

 lini fimo

lini fimo radices ſuas, locūq́; ſiliter madidum amāt.
Vſus ijs et cū lente ac faba: ideq́; q oleris et præcipu
us, ut lenitas excitetur acrimonia ſinapis. Medici in
nocentiorē q̄ olus eſſe iudicauere. Quamobrē appo
ſitas nō nemini deguſtare etiam religio eſt, utq́; uali
dis potius in cibo ſint. Gemina ijs natura, et oleris et
capite ipſo exiliētis bulbi. Species ſumma in latitudi
ne. Ea cōtingit ut in lactucis, cum cœpint colorē tra
here impoſito leui pondere. Neq; alij hortenſiorum
latitudo maior. In binos pedes aliquando ſe pandūt,
multum et ſoli natura cōferente eis. Et in Circeienſi
agro ampliſſime ꝓueniūt. Sunt q betas punico malo
florente optīe ſeri exiſtiment, transferri aūt cū quin
q; foliorum eſſe cœperint. Mira differentia, ſi uera
eſt, cādidis ſolui aluos, modice nigris inhiberi. Et cū
braſſica corrumpatur in dolio uini ſapor, odore be-
tæ folijs demerſis reſtitui. Olus cauleſq́;, qbus nunc
principatus hortorum, apud græcos in honore fuiſſe
nō reperio. Sed Cato braſſicæ miras canit laudes,
quas in medendi loco reddemus. Genera eius facit
tria: Vnā extētis folijs, caule magno. Alterā criſpo
folio, quā apianā uocat. Tertiam minutis caulibus,
lenem, teneram, minimeq́; ꝓbat. Braſſica toto anno
ſeritur, quoniā & toto ſecatur. Vtiliſſime tamen ab
æqnoctio autūni. Transfertur cū quinq; foliorū eſt.
Cymas à prima ſectione præſtat ꝓxīo uere. Hic eſt
quidā ipſorū cauliū delicatior teneriorq́; cauliculus,

Ca. 156. ac de ĭceps. Miras, inqt, braſſicæ laudes canit, ſubaudiēdum, ob præcipuam eius uim ad me dendum.

Apicij lu

*Apicij luxuria, et p eum Druſo Cæſari faſtiditus, nõ ſine caſtigatione Tiberij patris. Poſt cymã ex eadẽ braſſica cõtingunt æſtiui autũnalesq; caulicli, mox hyberni, iterũq; cymæ, nullo æq̃ genere mltifero, do nec ſua fertilitate cõſumatur. Tertia circa ſolſtitiũ, ex q̃ ſi humidior locus eſt æſtate, ſiccior autũno plantatur. Humor fimusq; ſi defuere, maior ſaporis gratia eſt. Si abundauere, lætior fertilitas. Fimũ aſininũ maxĩe conuenit. Eſt hæc quoq; res inter opa ganeæ, quapropter nõ pigebit uerboſius pſequi. Præcipuus fit caulis ſapore ac magnitudĩe, primũ oĩm ſi in repa ſtinato ſeras, dein ſi terrã fugiẽtes cauliculos ſeces, à terraq; pceritate luxurioſa attollentes ſe, exagerando aliã accumules ita, ne plus q̃ cacumẽ emineat. Tritianũ hoc genus uocatur, bis cõputabili impẽdio tædioq;. Cætera genera cõplura ſunt. Cumanũ ſeſſile folio, capite patulũ: aricinũ altitudĩe nõ excelſius, folio numeroſius q̃ tenuius. Hoc utiliſſimũ exiſtimatur, qa ſub oĩbus ferè folijs fruticat caulicl̃is pcculiaribus. Põpeianum pcerius, caule ab radice tenui, in tra folia craſſeſcit. Rariora hæc anguſtioraq;, ſed teneritas in dote fit. Frigora non tolerat. Quibus etiã alũtur brutiani, prægrãdes folijs, caule tenues, ſapore acuti. Sabellico uſq; in admirationẽ criſpa ſunt folia, quorũ craſſitudo caulẽ ipſum extenuat, ſed dulciſſimi phibẽtur ex oĩbus. Nup ſubiere*lacuturres ex cõualle Aricina, ubi quondã fuit lacus turriſq;, q̃ remanet,*

Lacuturres, ſic quidẽ legi poteſt, qđ non deeſſe uideatur rõ, cur ita legatur. Quã q̃ apđ Colu. in carmĩe de hortorũ cultu legitur, lacus Turni, hoc uerſu: Et Turni lacus et pomoſi Tiburis arua. Sunt tamen codices, ut Herl mo. aſſerit, in qbus nõ Turni lacus, ſed turris.

tiant capite prægrandes, folio innũeri. Alij in orbẽ porrecti, alij in latitudinẽ toroſi. Nec *plus ullis capitis poſtritianũ, cui pedale aliquãdo cõſpicitur: et cyma nullis ſerior. Cuicũq; aũt generi pruinæ plurimũ ſuauitatis cõferunt: et niſi obliquo uulnere deſeri datur medulla, plurimũ noẽct. Semini deſtinati nõ ſecãtur.* Eſt *etiã ſua gratia nõnunq̃ plãtæ habitu excellentibus: halmyridia uocãt, quoniã niſi in maritimis non ꝑueniunt.* Nauigatione *quoq; longinqua uiridibus adſeruatis: ſtatim deſecti ita ne hũmũ attingant, in cados olei quanq̃ ꝓximè ſiccatos, obturatosq; condantur, oĩ ſpiritu excluſo. Sunt qui plantã in tranſferendo, alga ſubdita pediculo nitróue trito, qđ tribus digitis capiatur, celeriores ad maturitatẽ fieri putent. Sunt qui ſemen trifolij nitrũq; ſimul tritum aſpergant folijs.* Nitrũ *etiam in coquendo uiriditatem cuſtodit.* Aut Apiciana *coctura oleo ac ſale priusq̃ coquantur maceratis.* Eſt *inter herbas genus inſerendi, præciſis germinibus caulis, & in medullam ſemine ex alijs addito.* Hoc *& ĩ cucumere ſylueſtri.* Necnõ *olus quoq; ſylueſtre eſt trium foliorũ, diui* Iulij *carminibus præcipue iocis militaribus celebratum.* Alternis *q̃ppe uerſibus exprobrauere lapſanã ſe uixiſſe, apud* Dyrrhachiũ, *præmiorũ parſimoniã cauillantes.* Eſt *aũt id cyma ſylueſtris.* Omniũ *hortenſiorũ laudatiſſima cura aſparagis.* De *origine eorum in ſylueſtribus curis abunde dictũ, & quomodo*

eos iuberet Cato in harundinetis ſeri. Eſt et aliud ge-
nus incultius aſparago, mitius corruda, paßim etiã
in mõtibus naſcens, refertis ſupioris Germaniæ cam-
pis, nõ inſcito Tiberij Cæſaris dicto, herbã ibi quan-
dam naſci ſimillimam aſparago. Nam qđ in Neſide
Campaniæ inſula ſpõte naſcitur, longe optimũ exi-
ſtimatur. Hortenſiũ ſeritur ſpongijs. Eſt enim pluri-
mæ radicis, altißimeq́; germinat. Viret thyrſo pri-
mum emicante; qui caulem educens tempore ipſo
quo faſtigiatus eſt, in toros ſtringitur. Poteſt & ſe-
mine ſeri. Nihil diligentius cõprehendit Cato, nouiſ-
ſimũq́; libri eſt, ut appareat repentinã ac nouitiã ui-
ro curã fuiſſe. Locũ ſubigi iubet humidum aut craſ-
ſum. Semipedali undiq; interuallo ſeri, ne calcetur.
Præterea ad lineã grana bina aut terna paxillo di-
mitti, uidelicet ſemine tum tantũ ſerebãtur. Id fieri
ſcđ'm æqnoctiũ uernũ. Stercore ſatiari, crebro pur-
gari, caueri ne cũ herbis euellãtur aſparagi. Primo
anno ſtramẽto ab hyeme ꝓtegi. Vere apiri, ſarriri,
runcari. Tertio incẽdi uerno. Quo maturius incẽſus
eſt, hoc meliùs ꝓuenit. Itaq; harũdinetis maxīe con-
uenit, quæ feſtinãt incendi. Sarriri iubet idẽ non an-
teq̃ aſparagus natus fuerit, ne in ſarriendo radices
uexẽtur. Ex eo uelli aſparagũ ab radice. Nam ſi de-
fringatur, ſtirpeſcere, & intermori. Velli donec in
ſemen eat. Id aũt matureſcere ad uer, incendiq́; : ac
rurſus cum apuerint aſparagi, ſarriri ac ſtercorari.

Li. de re ruſt. capite. 6.

De re ruſt. ca. 156. et ſequentib. deĩde capitib. aliquot, ubi præcipue uſum eius ad medicinam plurimum commendat.

*Ac poſt annos nouē, cum iam uetus ſit, digeri, ſuba-
cto ſolo ſtercoratoq́;. Tum ſpongijs ſeri, ſingulorum
pedum interuallo. Quin & ouillo fimo nominatim
uti, quoniā aliud herbaſceret.* Nec *quicquam poſtea
tentatum utilius apparuit, niſi ꝙ circa* Idus Februa
*rij defoſſo ſemine, aceruatis paruulis ſcrobibus ſe-
runt, plurimumq́; maceratū fimo.* Dein *nexis inter
ſe radicibus, ſpongias factas poſt æquinoctium autu-
mni diſponunt pedalibus interuallis, fertilitate in de
nos annos durante.* Nullum *gratius his ſolum quàm*
Rauennatiū. Hortorum *indicauimus corrudam.*
Hunc *intelligimus ſylueſtrē aſparagum, quē* Græci
orminū aut myacanthon uocant, alijs ue noībus. In
uenio naſci & arietis cornibus tuſis atque defoſſis.

Poterant *uideri dicta oīa quæ in pretio ſunt, niſi
reſtaret res maximi quæſtus, non ſine pudore dicen-
da.* Certū *eſt quippe carduos apud* Carthaginē *ma-
gnā,* Cordubāq́; *præcipue, ſeſtertia ſena milia* * *ex
ijs aruis reddere, quoniā portēta quoq; terrarū in
ganeā uertimus, etiam ea quæ refugiunt quadrupe-
des conſciæ.* Carduos *ergo duobus modis ſerūt: autu
mno planta, & ſemine ante* Nonas Martias. Plan-
tæq́; quæ ex eo diſponētur, ante Idus Nouēbris, *aut
in locis frigidis circa fauonium.* Stercorātur *etiam,
ſi dijs placet, lætiusq́; ꝓueniunt: cōdiunturq́; aceto,
melle diluto, laſeris addita radice & cumini, ne qs
dies ſine carduo ſit.* Cæteræ *in tranſcurſu dici poſ-
ſunt.*

* Ex *aruis,* q̄ *lectio mihi ma
gis probatur: ut ſit, ex aruis
ſubaudiēdum,* Carthaginēſi
bus, et Cordu
benſib. Quan
*q̄ ſunt ex ma-
gnis etiam ui-
ris, q. è paruis
his, legant.*

ſunt. Ocymum Parilibus optime ſeri ſerunt. Qui dam & autũno: iubẽtq;, cũ hyeme ſeratur, aceto ſemen pfundi. Eruca quoq; & naſturtiũ, uel æſtate uel hyeme facillime naſcũtur. Eruca præcipue frigorũ contẽptrix, diuerſæ eſt q̃ lactuca naturæ. Cõcitatrix Veneris: idcirco iũgitur illi ferè ĩ cibis, ut nimio frigori feruor immixtus tpamentũ æquet. Naſturtiũ nomẽ accepit à nariũ tormẽto. Et inde uigoris ſignificatio, puerbio id uocabulũ uſurpauit, uelu ti torporẽ excitantis. In Arabia miræ amplitudinis dicitur gigni. Ruta quoq; ſeritur fauonio, et ab æq noctio autũni, odit hyemẽ et humorẽ ac fimũ. Apricis gaudet et ſiccis, terra q̃maxime lateritia. Cinere uult nutriri. Hic & ſemini miſcetur, ut careat crucis. Autoritas etiã peculiaris apud antiquos ei fuit. Inuenio muſtũ rutatũ populo datũ à Cornelio Cethego, in cõſulatu collega Q. Flaminij, comitijs pactis. Amicitia eſt ei et cũ fico, in tantũ, ut nuſq̃ lætior proueniat q̃ ſub hac arbore. Seritur et ſurculo melius in pforatã fabã, ĩditoq; ſucco nutrit cõprehendẽdo ſurculũ. Seritur et à ſeipſa. Nanq; incuruato cacumine alicuius rami, cum attigerit terrã, ſtatim radicatur. Eadem et in ocymo natura, niſi q; difficilius creſcit. Sed durata rũcatur non ſine difficultate, puenientibus ulceribus, ni munitis manibus id fiat, oleóue defenſis. Concidũtur aũt et eius folia, ſeruãturq; faſciculis. Ab æqnoctio uerno ſeritur apiũ, ſemine pau-

lulum in pila pulſato. Criſpius ſic putant fieri, aut ſi ſatũ, calcetur cylindro pedibúsue. Propriũ ei, q, colo rem mutat. Honos ipſi in Achaia coronare uictores ſacri certaminis Nemeæ. Eodẽ tpe ſeritur mentha plãta: uel ſi nondũ germinat, ſpõgia. Minus hæc humido gaudet. Aeſtate uiret, hyeme flaueſcit. Genus eius ſylueſtre menthaſtrum eſt. Et hoc propagatur ut uitis, uel ſi inuerſi rami ſerantur. Menthæ nomẽ ſuauitas odoris apud Græcos mutauit, cũ alio quin mintha uocaretur. Vnde ueteres noſtri nomen declinauerũt. Grato mentha menſas odore percurrit in ruſticis dapibus. Semel ſata, diutina ætate durat. Congruit pulegio, cuius natura in carnarijs re floreſcens ſæpius dicta eſt. Hæc quoq; ſeruãtur ſimili genere, menthã dico pulegiũq; & nepitã. Condimentorumq; tamen oĩm faſtidijs cyminũ amiciſſimum. Naſcitur in ſumma tellure uix hærens, & in ſublime tendẽs. In putridis & calidis maxime locis medio ſerendũ uere. Alterũ eius genus ſylueſtre, qd' ruſticum uocant, alij thebaicũ: ſi tritum ex aqua potetur, in dolore ſtomachi pdeſt. In Carpentania noſtri orbis maxĩe laudatur, alioqn Aethiopico Africoq; palma eſt. Quidam huic Aegyptiũ præferũt.

Sed præcipue oluſatrũ miræ naturæ eſt. Hippoſelinum Græci uocant, alij ſmyrneũ. E lachryma caudicis ſui naſcitur. Seritur et radice. Succũ eius q colligunt, myrrhæ ſaporem habere dicunt. Autorq; eſt

Theophraſtus, myrrha ſata natũ. Hippoſelinũ uetereſ præceperãt in locis incultis, lapidoſis, iuxta maceriã ſeri. Nunc & repaſtinato ſeritur, et à fauonio poſt æquinoctiũ autumnum. Quippe cum capparis quoq; ſeratur ſiccis maxime, area in defoſſu cauata, ripisq; undiq; circũſtructis lapide, aliàs euagatur per agros, et cogit ſolũ ſterileſcere. Floret æſtate. Viret uſq; ad uergiliarũ occaſum. Sabuloſis familiariſſimum. Vitia eius quod trans maria naſcitur, diximus inter peregrinos frutices. Peregrinũ & *careum, gentis ſuæ nomine appellatum, culinis principale. In quacunq; terra ſeri uult, ratione eadem qua oluſatrũ. Laudatiſsimũ tamen in Caria, proximum Phrygia. Liguſticũ ſylueſtre eſt. In Liguriæ ſuæ montibus ſeritur. Vbiq; ſuauius ſatiuũ, ſed ſine uiribus. Panacen aliqui uocant. Crateias apud Græcos cunilã bubulã eo noïe appellat. Cæteri ferè cunizamidem, cunilaginẽ. Thymbrã uero quæ ſit cunila. Hæc apud nos habet uocabulum et aliud, ſaturcia dicta in condimentario genere. Seritur menſe Februario, origano æmula. Nuſq̃ utrunq; additur, qppe ſimilis effectus. Sed cunilæ Aegyptium origanũ tantum præfertur. Peregrinũ fuit & lepidiũ. Seritur à fauonio. Dein cum fruticauerit, iuxta terram præciditur. Tunc rũcatur, ſtercoraturq́;. Per bienniũ hæc. Poſtea iiſdẽ fruticibus utuntur, ſi nõ ſæuitia hyemis ingrauat, quãdo impatiẽtiſsimũ eſt frigorũ.

Exit &

Li. 7. de hiſt. plant. c. 6. Naſcitur, inqt, oĩbus locis, et lachryma ex eo myrrhæ ſimilis defluit. Vnde quidã in totum myrrhã id eſſe affirmant.

* Siue, cariũ, ex corol. Herm.

Exit et in cubitalem altitudinem, folijs laurinis, ſed mollibus: uſusq́; eius nõ ſine lacte. Gith piſtrinis, aniſum & anethum culinis & medicis naſcũtur. Sagapenum & ipſum in hortis quidem, ſed medicinæ tantum. Sunt quædã comitantia aliorũ ſatus, ut papauer. Nanq; cum braſſica ſeritur, ac portulaca, et eruca cum lactuca. Papaueris ſatiui tria genera: Candidũ, cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpergitur affuſo ouo inhærens, ubi inferiorem cruſtã apio, githq́; cereali ſapore condiunt. Alterum genus papaueris nigrũ, cuius ſcapo inciſo lacteus ſuccus exprimitur. Tertiũ genus rhœam uocant Græci, id noſtri erraticum. Sponte quidem, ſed in aruis cum hordeo maxime naſcitur, erucæ ſimile, cubitali altitudine, flore ruffo et ꝓtinus deciduo, unde & nomẽ à Græcis accepit. De reliquis generibus papaueris ſponte naſcentis docebimus in medicinæ loco. Fuiſſe aũt in honore apud Romanos ſemper, indicio eſt Tarquinius Superbus, qui legatis à filio miſſis decutiẽdo papauera in horto altiſsima, ſanguinariũ illud reſponſum hac facti ambage reddidit. Rurſus alio comitatu æquinoctio autumni ſeruntur coriandrum, anethũ, atriplex, malua, lapathũ, cherephyllon, qđ pæderota Græci uocant: & acerrimum ſapore, ignei effectus ac ſaluberrimũ corpori, ſinapi, nulla cultura, melius tamẽ planta relata. Quin è di

uerſo

uerſo uix eſt ſato ſemel eo liberare locum, quoniã ſemen cadẽs ꝑtinus uiret. Vſus eius etiã ꝑ pulmẽtario in patellis decocto, citra intellectum acrimoniæ. Coquuntur et folia ſicut reliquorũ olerũ. Sunt aũt triũ generũ: Vnũ gracile, alterũ rapi folijs ſimile, tertium erucæ. Semẽ optimũ Aegyptiũ. Athenieſes napy appellauerũt, alij thapſi, alij ſauriõ. Serpillo & ſiſymbrio mõtes plerique ſcatent, ſicut ĩ Thracia, ubi aquæ deferũt ex ijs auulſos ramos ſeruntq;. Item Sicyone ex ſuis montibus, & Athenis Hymetto. Simili modo & ſiſymbrium ſerunt. Lætiſsimum naſcitur in puteorum parietibus, & circa piſcinas, & ſtagna.

De fœniculo, & canabe. Ca. .IX.

Reliqua ſunt ferulacei generis ceu fœniculum, anguibus (ut diximus) gratiſſimum, ad condienda plurima cum inaruerit. Eiq; perquàm ſimilis thapſia, de qua diximus inter externos frutices. Deinde utiliſſima funibus canabis ſeritur à fauonio. Quo denſior eſt, eo tenerior. Semen eius cum eſt maturum, ab æquinoctio autumni defringitur, & ſole aut uẽto aut fumo ſiccatur. Ipſa canabis uellitur poſt uindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur. Optima alabãdica, plagarum præcipue uſibus. Tria ibi eius genera: Improbatur cortici ꝓximum, aut medullæ. Laudatiſſimum eſt è medio, quæ meſa uocatur. Secũda milaſea. Quod ad proceritatẽ quidem attinet, roſea agri Sabini arborum altitudinem æquat.

æquat. Ferulæ duo genera in peregrinis fruticibus
diximus. Semen eius in Italia cibus eſt. Conditur
quippe duratq́; in urceis, uel anni ſpatio. Duo ea ge
nera. Caules, & racemi. Corymbiam hanc uocant,
corymbosq́; quos condiunt.

De morbis hortorum, & remedia circa formicas, & erucas, & culices. Caput .X.

MOrbos hortenſia quoq; ſentiunt, ſicut reli-
qua terræ ſata. Nanq; & ocymũ ſe necat,
degeneratq́; rite in ſerpillũ, et ſiſymbriũ * ĩ calamin
tham. Et ex ſemine braſſicæ ueteris rapæ fiũt. Atq;
inuicẽ enecatur cyminũ ab imo dorſo, niſi repurge-
tur. Eſt autẽ unicaule, radice bulbo ſimili, non niſi in
ſolo gracili naſcens. Aliâs priuatim cymini morbus
ſcabies. Et ocymũ ſub canis ortu palleſcit. Oĩa uero
acceſſu mulieris menſtrualis flaueſcunt. Beſtiolarum
quoq; genera innaſcuntur. Napis culices, rhaphano
erucæ, et uermiculi. Item lactucis et oleri. Vtriſque
hoc amplius limaces et cochleæ. Porrò uero priua-
tim aĩalia quæ facillĩe ſtercore iniecto capiũtur, cõ
dentia in id ſe. Ferro quoq; non expedire tangi ru-
tam, cunilã, menthã, ocymũ, autor eſt Sabinus Tiro
in libro cepuricon, quem Mœcenati dicauit. Itẽ con
tra formicas nõ minimum hortorum exitium ſi non
ſint rigui, remedium monſtrauit, limo marino aut
cinere obturatis earum foraminibus. Sed efficaciſſi
me heliotropio herba necantur. Quidam & aquam
diluto latere

In menthã, ex Theoph. li. 2. de cau. plan. c. 5. Ex reliquis aũt plantis, in qt, ſiſymbriũ, niſi cultura coẽrceatur, in menthã mutari uidetur. Et de cauſis plantarũ libro. 5. cap. 8. Siſymbrij uero mutatio in menthã eſt, cum qs nõ excolit, ne-

diluto latere crudo inimicã eis putant. Naporũ medicinæ ſunt, ſiliquas unà ſeri, ſicut olerum cicer. Arcet enim erucas. Quæ ſi omiſſo iam natæ ſint, remedium abſinthij ſuccus decocti inſperſus & ſedi, quã aizoum uocant, genus hoc herbæ diximus: Semen olerum ſi ſucco eius madefactum ſeratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. In totum uero nec erucas, ſi palo imponantur in hortis oſſa capitis ex equino genere fœminæ duntaxat. Aduerſus erucas et cancrum fluuiatilẽ in medio horto ſuſpenſum auxiliari narrant. Sunt q ſanguineis uirgis tangant ea, quæ nolunt his obnoxia eſſe. Infeſtant et culices hortos, riguos præcipue, ſi ſunt arbuſculæ aliquæ. Hi galbano accenſo fugantur.

q; curã ſolitã adhibet. Hermolaus tamen utranq; lectionem ex eodem Theop. defendi poſſe autumat.

Quæ magis ſint fortia uel minus, & quibus ſalſæ aquæ proſint. Caput .XI.

NAm quod ad pmutationem ſeminum attinet, qbuſdam ex ijs firmitas maior eſt, ut coriandro, betæ, porro, naſturtio, ſinapi, erucæ, cunilæ, & ferè acribus. Infirmiora autẽ ſunt atriplici, ocymo, cucurbitæ, cucumi: et æſtiua oĩa hybernis magis durant, minime autẽ gethyum. Sed ex his quæ ſunt fortiſſima, nullum ultra quadrimatum utile eſt, duntaxat ſerendo. Cunulis & ultrà tempeſtiua ſunt. Peculiaris medicina rhaphano, betæ, rutæ, cunilæ, in ſalſis aquis, quæ plurimum ſuauitati & fertilitati conferũt. Cæteris dulcium aquarum rigua pſunt. Vtiliſſimæ ex

liſſimæ ex ijs quæ frigidiſſimæ, et quæ potu ſuauiſſimæ. Minus utiles e ſtagno, & quas elices inducunt, quonia herbarum ſemĩa inuehũt. Præcipue tamẽ imbres alunt. Nam & beſtiolæ innaſcentes necantur.

Ratio rigandorum hortorum, & quæ tranſlata meliora fiãt, & de ſuccis hortenſiorum, & ſaporibus. Caput .XII.

HIs horæ rigandi matutina atq; ueſpa, ne inferueſcat aqua ſole. Ocymo tantum et meridiana etiam. Satum celerrime erumpere putant inter initia feruẽti aqua aſperſum. Omnia autẽ tranſlata meliora grandioraq; fiũt, maxĩe porri napiq;. In tranſlatione et medicĩa eſt, deſinũtq; ſentire iniurias, ut gethyũ, porrũ, rhaphani, apiũ, lactucæ, rapa, cucumis. Oĩa aũt ſylueſtria fere ſunt et folijs minora et caulibus, ſucco acriora, ſicut cunila, origanũ, ruta. Solũmõ ex oĩbus lapathũ ſylueſtre melius. Hoc ſatiuũ rumex uocatur, naſciturq; fortiſſimũ. Traditur ſemel ſatum durare, nec unq̃ uitiari terra maxime iuxta aquam. Vſus eius cũ ptiſana tantũ in cibis leuiorẽ gratiorẽq; ſaporem præſtat. Syluestre ad multa medicamẽta utile eſt. Adeoq; nihil omiſit cura, ut carmine quoq; cõprehenſum reperim, in fabis caprini fimi ſingulis cauatis, ſi porri, erucæ, lactucæ, apij, intubi, naſturtij ſemina incluſa ſerãtur, mire ꝑuenire. Quæ ſunt ſylueſtria, eadem in ſatiuis ſicciora intelliguntur et acutiora. Nanq; et ſuccorũ

ſaporumq;

ſaporumq; dicēda differentia eſt,uel maior in his q̄ pomis.Sunt aūt acres cunilæ,origani,naſturtij,ſinæ pis.Amari,abſinthij, cētaureæ. Aquatiles,cucume ris,cucurbitæ,lactucæ.Acuti tantū cunilæ.Acuti et odorati,apij,anethi,fœniculi.Salſus tantū ē ſaporibus nō naſcitur, alioqn extra inſidit pulueris mō,et circulis tantū aquæ,ut intelligatur uana,ceu plerunq; uitæ pſuaſio.Panax piperis ſaporē reddit, magis etiā ſiliquaſtrū,ob id piperitidis noīe accepto.Libanotis odorē thuris,murrha myrrhæ.De panace abū de dictū eſt.Libanotis locis putridis et macris ac roſcidis ſeritur ſemine.Radicem habet oluſatri,nihil à thure differentē.Vſus eius poſt annum ſtomachoſa luberrimus.Quidam eam nomine alio roſmarinum appellāt.Et ſmyrnium olus ſeritur ijſdē locis,myrrhamq; radice reſipit.Eadē et ſiliquaſtro ſatio.Reliqua à cæteris odore et ſapore differunt,ut anethum. Tantaq; eſt diuerſitas atq; uis,ut non ſolū aliud alio mutetur,ſed etiam in totum auferatur. Apio eximi in coctis obſonijs aceto,in eodē cellario in ſaccis odorem uino grauem.Et hactenus hortēſia dicta ſint,ciborum gratia duntaxat.Maximum quidem opus in ijſdem naturæ reſtat,quoniam prouentus tantum adhuc ſummaſq; quaſdam tractauimus.Vera autem cuiuſque natura non niſi medico effectu prænoſci poteſt,opus ingens occultúmque diuinitatis, & quo nullum reperiri poſsit maius. Ne ſingulis id rebus

contexe

contexeremus iuſta fecit ratio, cum ad alios medẽdi deſideria pertinerent, longius utriuſq; dilationibus futuris ſi miſcuißemus. Nunc ſuis quæque partibus conſtabunt, poteruntq; à uolentibus iungi.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XX.

PROOEMIVM.

MAximũ hinc opus naturæ ordiemur, et cibos ſuos hoĩ narrabimus, fateriq; cogemus ignota eſſe per quæ uiuat. Nemo id paruũ ac modicũ existimauerit, nominum uilitate deceptus. Pax ſimul in his aut bellũ naturæ dicetur, odia amicitiæq; rerum ſurdarum ac ſenſu carentiũ. Et quo magis miremur, oĩa ea hominũ cauſa, (quod græci ſympathiam appellauere,) qbus cuncta conſtant, ignes aquis reſtinguẽtibus, aquã ſole deuorante, luna pariente, altero alterius iniuria deficiẽte ſidere. Atq; ut à ſublimioribus recedamus, ferrum ad ſe trahente magnete lapide, et alio rurſus abigente à ſeſe: Adamantem opum gaudiũ, infragilem omni cætera ui & inuictũ, ſanguĩe hircino rũpente. Quæq; alia in ſuis dicemus locis, paria uel maiora mira. Tantum uenia ſit, à minimis, ſed à ſalutaribus ordiemur.

diemur.Primumq́; ab hortenſibus.

De cucumere ſylueſtri et elaterio. Ca. .I.

CVcumim ſylueſtrē eſſe diximus multo infra magnitudinē ſatiui.Ex eo fit medicamētum, qđ uocatur elateriū,ſucco expreſſo è ſemine. Cuius cauſa niſi maturius incidatur,ſemē exilit,oculorum etiā piculo. Seruatur aūt decerptus una nocte, poſtero die inciditur harūdine. Semē quoq; cinere conſpergitur,ad coërcendā ſucci abundantiam:qui expreſſus ſuſcipitur aqua cælesti,atq; ſubſidet. Deinde in ſole cogitur in paſtillos ad magnos mortaliū uſus. Obſcuritates & uitia oculorū ſanat,genarūq; ulcera.Tradūt hoc ſucco tactis radicibus uitiū,nō attingi uuas ab auibus. Radix autē ex aceto cocta podagris illinitur,ſuccoq́; dentiū dolori medetur. Arida cum reſina impetiginē & ſcabiē, quam pſorā & lichenas uocant.Parotidas & panos ſanat,& cicatricibus colorē reddit. Et foliorū ſuccus auribus ſurdis cū aceto inſtillatur.Elateriū tempeſtiuū eſt autumno. Nec ullū ex medicamētis longiore æuo durat. Incipit à *trimatu. Siquis recētiore uti uelit,paſtillos in nouo fictili igne lento in aceto domet. Idq́; melius quo uetuſtius erit,qđ iam.CC.annis ſeruatū eſſe,autor eſt Theophraſtus.Et uſq; ad qnquageſimū lucernarū lumina extinguit.Hoc enī ueri expimentum eſt,ſi admotū priuſq̄ extinguat,ſcintillare ſurſum ac deorſum cogat. Pallidū ac leue herbaceo ac

*Bimatu ex Dioſco.Elateriū,inquit,uſu purgationū à bimatu īcipit tēpeſtiuum eſſe. De quo & ſcabro Theop.li.9.c.

14. Sed oim,ĩ qt,medicamẽtorũ diuturniſſimũ eſt elaterium,opportunũq; qđ uetuſtiſſimũ,utpote qđ' .CC.annis pollere poſſit.

ſcabro melius,ac leniter amarum. Putant conceptus adalligato ſemine adiuuari,ſi terram non attigerit. Partus uero,ſi in arietis lana alligatũ inſcientis lumbis fuerit,ita ut protinus ab ea eximatur,& rapiatur extra domum ipſam. Cucumim qui magnificãt, naſci præcipuum in Arabia, mox Cyrenis, alij in Arcadia tradunt,ſimilẽ heliotropio, cuius inter folia & ramos prouenire magnitudine nucis iuglandis ſemen. Eſſe autem ad ſpeciem ſcorpionis cauda reflexa,ſed cãdida. Aliqui etiam ab eo ſcorpionium cucumim uocant,efficaciſſimum contra ſcorpionum ictus & ſemine & elaterio,& ad purgandum uterum, aluósque. Modus portione uirium ab dimidio obolo ad ſolidũ. Copioſius necat. Sic & cõtra phthiriaſin bibitur & hydropiſis. Illitum anginas & arterias cum melle & oleo uetere ſanat.

De anguino cucumere,ſiue erratico,& de ſatiuo,& de pepone. Ca. .II.

MVlti hũc eſſe apđ' nos q anguinus uocatur, ab alijs erraticus,arbitrantur. Quo decocto ſparſa mures de eius medicina nõ attigũt. Iidẽ podagris cũ articulorũ morbis decoctũ ĩ aceto,illinũt præſentaneo remedio. Lumborũ uero dolori ſemine ſole ſiccato,dein trito .XXX. denariorũ põdere in hemina dato aquæ. Sanat et humores ſubitos illitum cũ lacte mulierũ. Purgat eas elateriũ. Sed grauidis abortũ facit. Suſpirioſis ꝓdeſt. Morbo uero regio in

narem

nares coniectũ. Lẽtigines et maculas e facie tollit in ſole illitũ. Multi eadẽ oĩa ſatiuis attribuunt. Magnũ etiã in eis momẽtũ. Nanq; & eorũ ſemẽ quantũ tres digiti apprehẽderint, cũ cumino tritũ, potũq; in uino tuſsiẽtibus auxiliatur. Sed & phreneticis ĩ lacte mulieris. Et dyſentericis acetabuli mẽſura. Purulenta aũt expuẽtibus cũ cumino pari põdere, et iocineris uitijs in aqua mulſa. Vrinã mouet ex uino dulci, et in renũ dolore clyſteribus ſimul cũ cumino infunditur. Pepones q uocãtur, refrigerant maxime in cibo, & emolliunt aluũ. Caro eorũ epiphoris oculorũ aut doloribus imponitur. Radix ſanat ulcera concreta, in modum faui, quem cerion uocant. Eadem contra uomitiones ſiccatur, in farina tuſa datur quatuor obolis in aqua mulſa, ita ut qui biberit, quingentos poſtea paſſus ambulet. Hæc farina et in ſmegmata adijcitur. Cortex quoque uomitionem mouet, faciem purgat. Hoc & folia cuiuſcunque ſatiui illita. Eadem cum melle epinyctidas ſanant: cum uino, canis morſus. Item millepedem, ſepa Græci uocant, oblongam, piloſis pedibus, pecori præcipue nociuam. Morſum tumor inſeqtur, & putreſcit locus ipſe. Cucumis odore defectum animi. Coctos deraſo cortice, ex oleo, aceto, & melle, iucundiores eſſe certum eſt.

De cucurbita ſylueſtri, et rapo. Ca. .III.

CVcurbita ſylueſtris quoq; inuenitur, ſomphos à græcis appellata, inanis, unde et nomẽ, digi

tali craſsitudine, non niſi in ſaxoſis naſcens. Huius cō manducatæ ſuccus ſtomacho admodū prodeſt. Colocynthis uocatur alia, ipſa plena, ſed minor quàm ſatiua. Vtilior pallida, quādo eius ſunt medicinæ. Herbacea areſacta per ſe inanit aluū. Infuſa quoq; clyſteribus, inteſtinorum oīm uitijs medetur & renum, & lumborū, & paralyſi eiecto ſemine. Aqua mulſa in ea decoquitur ad dimidias, ſic tuſſienti infunditur obolis quatuor. Prodeſt et ſtomacho, farinæ aridæ pilulis cū decocto melle ſumptis. In morbo uero regio utiliter ſemina eius inſumuntur, & ꝓtinus aqua mulſa. Carnes eius cum abſinthio & ſale dentium dolorem tollunt. Succus uero cum aceto caleſactus mobiles ſiſtit. Itē ſpinæ et lumborum ac coxarum dolores, cum oleo ſi ifricetur. Prætcrea mirum dictu: ſemina eius ſi fuerint pari numero adalligata febribus, ſanare dicūtur quas Græci piodicas uocāt. Satiuæ quoq; raſæ ſuccus tepefactus auribus medetur. Caro eius interior ſine ſemine, clauis pedū, et ſuppurationibus quæ Græci uocāt apoſtemata. Decoctæ autē uniuerſæ ſuccus, dētium motus ſtabilit, dolores inhibet. Vinum cum ea feruefactum, oculorum etiā impetus. Folia eius cum recētibus cupreſſi, cōtuſa, & impoſita. Ipſa quoq; toſta in argilla, ac trita cum adipe anſeris, uulneribus medetur. Necnō ramētis corticis recētes podagras refrigerat, et ardores capitis, et maxime infantiū. Et ignes ſacros, de ſtrigmētis, uel his

impoſitis,

impoſitis, uel ſeminibus. Succus ex ſtrigmẽtis illitus cum roſaceo & aceto, febrium ardores refrigerat. Aridæ cinis impoſitus mire combuſta ſanat. Chryſippus medicus damnabat eas in cibis. Sed omnium conſenſu, ſtomacho utiliſſimæ iudicantur, & interaneorum ueſicarumq́; exulcerationibus. Eſt & rapo uis medica. Perniones feruens impoſitum ſanat. Item frigus pellit e pedibus aqua decoctũ. Et ius feruens podagris etiam frigidis medetur. Et crudum tuſum cum ſale cuicunq; uitio pedum. Semen illitum & potum in uino, contra ſerpentes & toxica ſalutare eſſe proditur. A multis uero antidoti uim habere in uino & oleo. Democritus in totum ipſum abdicauit in cibis, propter inflationes. Diocles magnis laudibus extulit, etiam Venerem ſtimulari ab eo profeſſus: Item Dionyſius. Magisq́; ſi eruca condiretur. Toſta quoque articulorum dolori cum adipe prodeſt. Sylueſtre rapum ĩ aruis maxime naſcitur, fruticoſum, ſemine candido, duplo maiore quàm papaueris. Hoc ad albicãdam cutẽ in facie, totoq́; corpore, utuntur, mixta urina pari menſura. Nam (ut ſuprà diximus) erui, hordei, tritici, & lupini radix ad oĩa inutilis.

De naporũ differẽtijs, et rhaphano ſylueſtri, & rhaphano ſatiuo, et paſtinaca. Ca. .IIII.

NAporũ duas differẽtias & in medicina Græci ſeruant. Anguloſis foliorũ caulibus florentis, qđ bunion uocant, purgationibus fœminarũ, &

ueſicæ, & urinæ utile decoctũ, potum ex aqua mulſa, uel ſucci drachma. Semẽ dyſentericis toſtũ, tritũ in aqua calida, è cyathis quatuor. Sed urinã inhibet, ſi non lini ſemen unà bibatur. Alterũ genus buniada appellant, et rhaphano & rapo ſimile: ſeminis præclari cõtra uenena, ob id et in antidotis utuntur illò.

Rhaphanũ & ſylueſtrẽ eſſe diximus. Laudatiſſimum in Arcadia, quanq̃ et alibi naſcitur, utilior urinæ duntaxat eijciẽdæ. Cætero bilẽ detrahit. Præterea cortices in uino. Præterea q̃ circa eos dicta ſunt, ſtomachũ purgãt, pituitã extenuãt, urinã cõcitant. Eſt et ſatiui uſus ĩ Italia, et armoraciã uocãt ſatiuã. Satiui uero decocti mane poti ad ternos cyathos, cõminuũt et eijciũt calculos. Iidẽ in poſca decocti, contra ſerpentiũ morſus illinũtur. Ad tuſſim etiã mane ieiunis rhaphanus ꝓdeſt cũ melle. Semẽ eorũ toſtũ, ipſumq́; cõmanducatũ, ad lagonoponon: In aqua folijs eius decoctis, bibere uel ſuccum ipſius cyathis binis. Cõtrà phlegmoni ipſos illinire tuſos utile. Inchoantibus uero, recentẽ corticẽ cum melle, ueternoſis autẽ q̃ acerrimos mandere. Semenq́; toſtũ, dein contritũ cum melle, ſuſpiroſis. Iidẽ & cõtra uenena proſunt. Cæterum ceraſtis ſcorpionibus aduerſatur, uel ipſo ſemine ĩfectis manibus impune tractãtibus. Impoſito rhaphano ſcorpionibus, moriũtur. Salutares et cõtra fungorũ aut hyoſcyami uenena æque, ut Nicander tradit. Et cõtra uiſcũ quoq; dari Apollodori

duo iubent, Scyllæus et Tarētinus: Scyllæus ſemē ex aqua tritū, Tarētinus ſuccū. Lienē item extenuant, iocineri ꝑſunt, et lūborū doloribus. Hydropicis quoq;, ex aceto aut ſinapi ſumpti, & lethargicis. Praxagoras & ilioſis dandos cēſet, Pliſtonicus & colicis. Inteſtinorū ulcera ſanant: at purulenta præcordiorū, ſi cum melle edantur. Quidā ad hæc coquere eos in luto illitos malunt, ſic & fœcias purgari. Ex aceto et melle ſumpti, inteſtinorum aīalia detrahūt. Itē ad tertias decocto eorū poto cū uino, enterocelis ꝑſunt: ſanguinē quoq; inutilē ſic extrahūt *. Medius ad hæc et ſanguinem excreātibus coctos dari iubet. Et puerpis ad lactis copiā augendā. Hippocrates capillos mulierū defluos fricari rhaphanis: & ſup umbilicum imponi, cōtra tormenta uuluæ. Reducunt et cicatricē ad colorem. Semen quoq; ex aqua impoſitum, ſiſtit ulcera quæ phagedænas uocant. Democritus Venerem hoc cibo ſtimulari putat, ob id fortaſſis uoci nocere aliqui tradiderunt. Folia quæ in oblongis tantum naſcuntur, excitare oculorū aciem dicuntur. Vbi uero acrior rhaphani medicina admota ſit, hyſſopū dari ꝓtinus imperant. Hæc antipathia eſt. Et aurium grauitati ſuccum rhaphani inſtillāt. Nam uomituris, ſummo cibo eſſe eos, utiliſſimū eſt.

* Legēdū fortaſſis medicus, ut ad Pliſtonicū referatur: Nā duo fuere Pliſtonici ſiue Pliſtōicæ: Alter medicus de quo hic, alter Appion cognomento dictus. Medius tamē ꝓprium nomen legitur apud Suidam: μήδιος, inqt, ὄνομα κύριον.

Paſtinacæ ſimile hibiſcum, quod molochon agrian uocant, & aliqui pliſtolochiam, ulceribus, cartilagini, oſſibus fractis medetur. Folia eius ex aqua

pota aluum ſoluunt, ſerpentes abigunt. Apum, ueſpa rum, crabronum ictibus illita medentur. Radicem eius ante ſolis ortum erutam, inuoluunt lana coloris quem natiuum uocant, præterea ouis quæ fœminam peperit, ſtrumiſq; uel ſuppuratis alligant. Quidam ad hunc uſum auro effodiendum cenſent, cauendũq; ne terram attingat. Celſus podagris quæ ſine tumo re ſunt, radicem eius ĩ uino decoctam imponi iubet.

Celſus l. 4. ca. 24. de podagræ curatiõe: Nam ſi tumor nullus eſt, inquit, calidis fomẽtis opus eſt, et poſt alia q̃dã, noctu cata plaſmata cale facietia impo nere, maxĩeq; bibiſci radicẽ ex uino coctã.

De ſtaphylino ſiue paſtinaca, et gigidio, & ſiſe re, et ſeſeli, et inula, et de cepe. Caput .V.

A*Lterũ genus eſt ſtaphylinos, qđ paſtinacam erraticã uocant. Eius ſemen cõtritum, & in uino potum, tumentẽ aluũ, et ſuffocationes mulierũ doloresq; lenit, in tãtum ut uuluas corrigat: illitum quoq; è paſſo uentri earum ꝓſit. Viris uero ꝓdeſt, cum panis portione æqua tritum. Ex uino potum cõ tra uẽtris dolores. Pellit & urinã, & phagedænas ulcerũ ſiſtit recẽs cum melle impoſitũ. Vel aridæ fa rinæ inſperſam radicẽ eius Dieuces cõtra iocineris ac lienis, ilium, lumborum, et renum uitia, ex aqua mulſa dari iubet. Cleophãtus & dyſentericis ueteri bus. Philiſtion in lacte coqt, & ad ſtranguriã dat ra dicis uncias quatuor: Ex aqua hydropicis, ſimiliter et opiſthotonicis, et pleureticis, et comitialibus. Ha bentes eam, feriri à ſerpẽtibus negantur: aut q ante guſtauerint, nõ lædi. Percuſsis ĩponitur cũ axungia. Folia cõtra cruditates mãduntur. Orpheus amatõ*

rium in-

rium ĩeſſe ſtaphylino dixit,fortaſſis quoniã Venerẽ ſtimulari hoc cibo certũ eſt:ideo cõceptus adiuuare aliq ꝓdiderunt. Ad reliqua et ſatiua pollet. Efficacior tamẽ ſylueſtris,magisq́; in petroſis nata. Semẽ ſatiuæ quoq; cõtra ſcorpionũ ictus,ex uino aut poſca, ſalutare eſt. Radice eius circũſcalpti dentes, dolore liberantur. Syria in hortis opoſiſſima.(Inde quoq; eſt ꝓuerbiũ græcis: Multa Syrorũ olera) ſimillimã ſtaphylino herbã ſerit, quã alij gingidiõ uocant. Tenuius tamẽ et amarius,eiuſdẽq; effectus eſt: Coctum crudũq;,ſtomachi magna utilitate. Siccat enĩ ex alto oẽs humores eius. Siſer erraticũ ſatiuo ſile eſt et effectu,ſtomachũ excitat,faſtidiũ abſtergit. Ex aceto laſerpitiato ſumptũ,aut ex pipere et mulſo,uel ex garo,urinã ciet(ut Opion credit)et Venerem. In eadem ſententia eſt Diocles. Præterea cordi cõuenire conualeſcentiũ: aut poſt multas uomitiões perq̃ utile. Heraclides contra argentũ uiuũ dedit, et Veneri ſubinde offenſantẽ,ægrisq́; ſe recolligentibus. Hunc Niceſius ideo ſtomacho utilẽ uideri dixit,quoniã nemo tres ſiſeres edẽdo cõtinuaret,eſſe tamẽ utilẽ conualeſcẽtibus,et ad uitã tranſeuntibus. Satiui priuati ſuccus cũ lacte caprino potus,ſiſtit aluũ. Et quoniam pleroſq; ſimilitudo noĩm græcorũ cõfundit,cõtexemus et de ſeſeli,ſed hoc eſt uulgaris notitiæ. Optimũ Maßilienſe:lato enĩ grano et fuluo eſt. Secundũ Aethiopicũ,nigrius. Creticũ odoratiſſimũ oĩm. Radix

iucundi odoris eſt. Semen eius eſſe et uultures dicuntur. Prodeſt hoĩ ad tuſſim ueterem, rupta, cõuulſa, et in uino albo potũ. Itẽ opiſthotonicis, & iocinerũ uitijs, et torminibus, & ſträguriæ, duarũ aut triũ ligularum mẽſura. Sunt et folia utilia, ut quæ partus adiuuent etiã quadrupedum. Hoc maxiẽ paſci dicũtur ceruæ parituræ. Illinitur & igni ſacro. Multum in ſummo cibo concoctionibus cõfert, uel folio, uel ſemine. Quadrupedũ quoq; aluũ ſiſtit, ſiue tritum potui infuſum, ſiue mandendo cõmanducatum è ſale. Boũ morbis medetur, uel ſi contritum infunditur. Inula quoq; à ieiunis cõmanducata, dentes confirmat, ſi ut eruta eſt terram non attingat: condita tuſſim emendat. Radicis uero decoctæ ſuccus tineas pellit. Siccata autem in umbra, tuſa, & conuulſis, & inflationibus et arterijs medetur. Venenatorũ morſus abigit. Folia ex uino lumborũ dolori illiniũtur. Cepæ ſylueſtres non ſunt. Satiuæ olfatu ipſo et delachrymationi et caligini medẽtur: magis uero ſucci inunctione. Somnũ etiã facere traduntur: et ulcera oris ſanare, cõmanducatæ cum pane. Et canis morſus, uirides ex aceto illitæ, aut ſiccæ cũ melle et uino, ita ut poſt diẽ tertiũ ſoluantur. Sic et tritæ ſanãt. Toſtã in cinere epiphoris multi impoſuere cũ farina hordeacea, et genitalium ulceribus: Succo et cicatrices oculorũ, et albugines, & argemas inunxere: & ſerpentium morſus, et omnia ulcera cum melle. Item auricula-

rum cum

rum cũ lacte mulierũ,et in iiſdẽ ſonitũ ac grauitatẽ emendantes,cũ adipe anſerino,aut cũ melle ſtillaue re:Et ex aqua bibendũ dederũt repente obmuteſcen tibus:In dolore quoq; ad dentes colluẽdos inſtillaue re,et plagis beſtiarũ oĩm,priuatim ſcorpionũ. Alopecias fricuere et pſoras tuſis cepis. Coctas dyſente ricis ueſcendas dedere,et contra lumborũ dolores. Purgamenta quoq; earũ cremata in cinerẽ,illinentes ex aceto ſerpentiũ morſibus,in ipſas quoq; multipedes ex aceto. Reliqua inter medicos mira diuer ſitas. Proximi inutilia eſſe præcordijs et concoctioni,inflationẽq; et ſitim facere dixerunt. Aſclepiadis ſchola ad ualidũ quoq; colorem ꝓfici in cibo. Et ſi ſuccum ieiuni quotidie edant,firmitatem ualetudinis cuſtodiri,ſtomacho utilia eße, ac ſpiritus agitationi,uentrem mollire,hæmorrhoidas pellere ſubditas pro balanis,ſuccum cum ſucco fœniculi contra incipientes hydropiſes mire proficere. Item contra anginas,ruta & melle. Excitari eiſdem lethargicos. Varro, quæ ſale aut aceto piſa eſt arefactaq;, uermiculis non infeſtari,autor eſt.

De porro ſectiuo,et capitato,et de allio. Ca. VI.

PORRO ſectiuo ꝓfluuia ſanguinis ſiſti in naribus, cõtrito eo obturatis,uel gallæ mixto,aut mentæ:Item ex abortu profluuia, poto ſucco cum lacte mulierũ. Tuſſi etiam ueteri,ac pectoris et pulmonis etiam uitijs medetur. Illitis folijs ſanãtur ambuſta,

epinyctides,

epinyctides, ita uocatur ulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetim humor emanans. Quidam eodem nomine appellant puſtulas liuentes, ac noctibus inquietantes. Et alia ulcera cum melle trito. Vel beſtiarum morſus ex aceto: Item ſerpentium. Aurium uero uitia cum felle caprino, uel pari mēſura mulſi: Stridores, cum lacte mulieris: Capitis dolores, ſi in nares fundatur: dormituriſue, in aurē duobus ſucci coclearibus, uno mellis. Succus et ad ſerpētium ſcorpionumq; ictus in potu bibitur cum mero, et ad lumborum dolores cū uini hemina potus. Sanguinē uero excreantibus et phthiſicis, diſtillatiōibus longis, uel ſuccus, uel ex ipſo cibus prodeſt. Item morbo regio, uel hydropicis: Et ad renū dolores, cum ptiſanæ ſucco acetabuli menſura. Idem modus cū melle, uuluas purgat. Toſtus uero editur et cōtra fungorum uenena. Imponitur & uulneribus. Venerem ſtimulat, ſitim ſedat, ebrietates diſcutit. Sed oculorum aciē hebetare traditur: inflationem quoq; facere, quæ tamē ſtomacho nō noceat, uentremq; molliat. Voci ſplendorem affert. Capitato maior eſt ad eadē effectus. Sanguinem reijcientibus, ſuccus cum caule aut thuris farina, uel acacia datur. Hippocrates et ſine alia mixtura dari iubet: Vuluasq; contractas apiri putat: Fœcunditatem etiam fœminarū hoc cibo augeri: Contritum ex melle ulcera purgare: Tuſſim & diſtillationes thoracis. Pulmonis & arteriæ ſanat

uitia, da-

uitia, datum in ſorbitione ptiſanæ: uel crudum, præter capita, ſine pane, ita ut alternis diebus ſumatur: uel ſi purulenta excreentur: Sic et uoci uel Veneri, ſomnoq; multum confert. Capita bis aqua mutata cocta, aluum ſiſtunt, et inflationes ueteres. Cortex decoctus illitusq; inficit canos. Allio magna uis, magnæ etiam utilitates contra aquarum & quorũlibet locorum mutationes: Serpentes abigit et ſcorpiones odore: atq; ut aliqui tradidere, et beſtiarum omniũ ictibus medetur. Potu uel cibo, uel illitu, priuatĩ contra hæmorrhoidas ꝓdeſt, cum uino redditum uomitu. Ac ne contra araneorum murum uenatum morſum ualere miremur, aconitũ, quod alio nomine pardalianches uocatur, depellit: Item hyoſcyamũ: contra canum morſus: Inq; uulnera cum melle imponitur. Ad ſerpentium quidem ictus potum ex reſtibus ſuis, efficaciſsime cum oleo illinitur. Attritisq; corporũ partibus, uel ſi ueſicaintumuerit. Quin et ſuffitu eo ſecundos partus euocari exiſtimauit Hippocrates: cinere eorũ cum oleo, capitis ulcera manantia ſanitati reſtituens. Suſpirioſis coctũ, aliqui crudũ id dedere. Diocles hydropicis cum centaurea, aut in fico duplici ad euacuandam aluum: quod efficacius præſtat uiride, cum coriandro in mero potum. Suſpirioſis aliqui & tritum in lacte dederunt. Praxagoras et contra morbum regium uino miſcuit: et cõtra ileũ in oleo et pulte, ſic illinẽs. Strumis quoq;. Antiq

& inſani

et inſanientibus dabant crudum. Diocles phreneticis elixũ. Contra anginas tritum imponi et gargariza re ꝓdeſt. Dentiũ dolorẽ tribus capitibus in aceto tritis imminuit, uel ſi decocta aqua colluãtur, addatúrq; ipſum in caua dentiũ. Auribus etiã, inſtillatus ſuccus cum adipe anſerino. Phthiriaſes & prurigines potum, tuſum item cũ aceto & nitro. Compeſcit & diſtillatiões cum lacte coctũ, uel tritum ꝑmixtúmue caſeo molli: quo genere & raucitatẽ extenuat: Vel phthiſin, in fabæ ſorbitione. In totum autẽ coctũ utilius eſt crudo, elixumq; toſto, ſic et uoci plus cõfert. Tineas & reliqua animalia interaneorum pellit, in aceto, mulſo coctũ. Tenaſmo in pulte medetur: Tem porum doloribus illitum, elixum, & puſtulis coctum cum melle, deinde tritum: Tuſsi cũ adipe uetuſto decoctum, uel cum lacte: Aut ſi ſanguis etiã excreetur, uel purulenta ſint: Et pituitæ ſub pruna coctum, potum, et cum mellis pari modo ſumptum: Conuulſis et ruptis cum ſale et oleo. Nam cum adipe tumores ſuſpectos ſanat. Extrahit fiſtulis uitia cum ſulphure et reſina, etiam harũdines cum pice. Lepras, lichenas, lentigines exulcerat, ſanatq; cum origano, uel cinis eius ex oleo & garo illitus: Sic et ſacros ignes. Sugillata aut liuẽtia ad colorẽ reducit. Combuſtum ex melle, credunt et comitialem morbum ſanare, ſi quis eo in cibo utatur ac potione. Quartanas quoq; excutere potum caput unum cum laſerpitij obolo. In

uino auſte

uino auſtero,tuſſim,& alio modo accceptum. Suppurationes quantaſlibet ſanat, fractæ incoctum fabæ,atque in cibo ſumptum,donec ſanitatem reſtituat. Facit et ſomnos,atq; in totum rubicundiora corpora. Venerem quoq; ſtimulat cum coriandro uiridi tritum,potumq; è mero. Vitia eius ſunt, q oculos hebetat,inflationes facit,ſtomachum lædit copioſius ſumptum, ſitim gignit. Cæterum contra pituitam & gallinæ et gallinaceis prodeſt. Mixtum farre in cibo,iumentis urinam reddere:atq; nõ torqueri tradunt, ſi eo trito natura tangatur.

De lactuca ſyluatica,ſiue caprina,et eſopo,et iſati,et lactuca ſatiua. Caput .VII.

LActucæ ſponte naſcẽtis primum eſt genus eius quam caprinam uocãt,qua piſces in mare deiecta ꝓtinus necantur,qui ſunt in ꝓximo. Huius lac expiſſatum,mox in aceto põdere obolorum duûm, adiecto aquæ uno cyatho, hydropicis datur. Caule & folijs contuſis,aſperſo ſale,nerui inciſi ſanantur. Eadem trita ex aceto,colluta matutinis,bis è menſe dentium dolorẽ ꝓhibet. Alterum eſt genus q̃d græci eſopon uocant. Huius folia trita,et cũ polenta illita, ulceribus medẽtur. Hæc in aruis naſcitur. Tertium genus eſt in ſyluis naſcens,iſatin uocant. Huius folia trita cum polenta, uulneribus proſunt. Quarto infectores lanarum utuntur,quod glaſtum uocant: ſimile erat lapatho ſyluestri folijs, niſi quod plura

habet &

habet et nigriora, ſanguinem ſiſt t. Phagedænas & putreſcentia ulcera quæ ſerpunt, ſanat: Item tumores ante ſuppurationem. Contra ignem ſacrum, radice uel folijs ꝓdeſt, uel ad lienes pota. Hæc ꝓpria ſingulis. Communia aūt ſponte naſcentibus, candor caulis, interdum cubitali lõgitudine, thyrſo et folijs ſcabricia. Ex his rotūda folia et breuia habentē ſunt qui hieraciam uocent: quoniam accipitres ſcalpēdo eam, ſuccoq; oculos tingendo, obſcuritatem cum ſenſere diſcutiant. Succus oĩbus candidus, uiribus quoq; papaueri ſimilis: carpitur ꝑ meſſes inciſo caule, conditur in fictili nouo, ad multa præclarus. Sanat oĩa oculorum uitia cum lacte mulierum. Arcet nubeculas, cicatrices aduſtionesq; omnes, præcipue caligines. Imponitur etiam oculis in lana contra epiphoras. Item ſuccus aluū purgat, in poſca potus ad duos obolos. Serpentium ictibus medetur in uino potus: Et folia toſta thyrſiq; triti ex aceto bibūtur. Vulneri illinuntur maxime contra ſcorpionum ictus. Verum contra phalangia, cõmixto uino ex aceto. Alijs quoq; uenenis reſiſtunt, exceptis quæ ſtrangulãdo necāt, aut ijs quæ ueſicæ nocent. Itē pſimmythio excepto, imponuntur et uentri ex melle atq; aceto, ad detrahēda uitia alui. Vrinæ difficultates ſuccus emēdat. Crateias eum & hydropicis obolis duobus in aceto cyatho uini dari iubet. Quidam et ē ſatiuis colligūt, ſucco minus efficaci. Peculiares earū uires partim

iam dictæ

iam dictæ ſunt, ſomnũ faciendi, Venerẽq; inhibendi, æſtum refrigerãdi, ſtomachũ purgandi, ſanguinem augendi: Nunc nõ *paucæ reſtant, quoniã & inflatio nes diſcutiunt, ructusq; lenes faciunt, cõcoctiones ad iuuant.* Cruditatẽ *ipſæ nequaq̃ faciunt.* Nec *ulla res maiorẽ in cibis auiditatẽ incitat inhibetq;.* Eadẽ *in cauſa alterutrinq; modus eſt.* Sic *& aluum copioſio res ſoluũt, modicæ ſiſtunt.* Lenticiã *pituitæ digerũt: atq; ut aliqui tradiderunt, ſenſum purgant.* Stoma*chos diſſolutos utiliſsime adiuuant, uti ne eo eſu ablu antur, & oxypori obolis aſperitatẽ addito dulci ad intinctum aceti temperantes.* Si *craßior pituita ſit, ſcillite aut uino abſinthite: ſi & tußis ſentiatur, hyſ ſopite admixto.* Dantur *cœliacis cum intubo errati co, & ad duritiam præcordiorum.* Dantur *& melancholicis candidæ copioſiores, & ad ueſicæ uitia.* Praxagoras *& dyſentericis dedit.* Ambuſtis *quoq; proſunt recentibus, priuſquam puſtulæ fiant, cum ſa le illitæ.* Vlcera *etiam quæ ſerpunt, coërcent initio, cum aſſo nitro, mox in uino tritæ.* Igni *ſacro illinuntur.* Conuulſa *& luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt.* Eruptiones *papularum ex uino & polenta.* In *cholera quoque coctas patellis dederunt, ad quod utiliſsimæ quàmmaxime caule, ſed amaræ.* Quidam *lacte infundunt.* Deferuefacti *ij caules & ſtomacho utiliſſimi traduntur: ſicut ſomno & ſatiua maxime lactuca, & amara lactẽsq;,*

quam miconidem uocauimus. Hoc lac et oculorũ claritati cum muliebri lacte utiliſſimũ eſſe præcipitur, dum tẽpeſtiue capiti inungũtur: Oculorum quoq; uitijs, quæ frigore in ijs facta ſunt. Miras et alias inuenio laudes. Thoracis etiam uitijs prodeſſe non ſecus quàm abrotonum, cum melle Attico. Purgari et fœminas hoc cibo. Semẽ ſatiuarũ contra ſcorpiones dari. Semine trito ex uino poto & libidinũ imaginationes in ſomno compeſcit. Tentantes aquas non nocere lactucam edentibus. Quidam tamen frequentiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

De generibus betæ, & intubis, & cichorio, & ſeri, genera duo. Caput .VIII.

NEc beta ſine remedio eſt utraque. Siue candidæ, ſiue nigræ radix recens, & madefacta, ſuſpenſa funiculo, contra ſerpentium morſus efficax eſſe dicitur. Candida beta cocta, & cum allio crudo ſumpta, contra tineas. Nigræ radices ita in aqua coctæ, pruriginem tollunt: atq; in totum efficacior eſſe traditur nigra. Succus eius capitis dolores ueteres & uertigines: Item ſonitum aurium ſedat, infuſus ijs: ciet urinam. Medetur dyſentericis iniecta, & morbo regio. Dolores quoq; dẽtium ſedat illitus ſuccus: Et contra ſerpentium ictus ualet, ſed huius radici duntaxat expreſſus. Ipſa uero decocta, pernionibus occurrit. Albæ ſuccus epiphoras ſedat, fronte illita. Aluminis pauco admixto, ignem ſacrum. Sine

oleo trita licet aduſtis medetur. Et contra eruptiones papularũ cocta. Eadem contra ulcera quæ ſerpunt. Illinitur & alopecijs cruda. Et ulceribus quæ in capite manant. Succus eius cũ melle naribus inditus, caput purgat. Coquitur & cum lẽticula addito aceto, ut uentrẽ molliat. Validius cocta fluctuatiões ſtomachi ſiſtit & uentris. Eſt & beta ſylueſtris, quã limonion uocant. Alij neuroides, multũ minoribus te nuioribusq́; ac denſioribus folijs, undecim ſæpe caulium. Huius folia ambuſtis utilia, guttantia aſtringunt. Semen acetabuli mẽſura dyſentericis prodeſt. Aquæ è radice coctæ maculas ueſtium eluere dicuntur. Itemq́; membranarũ. Intubi quoq; nõ extra remedia ſunt: Succus eorũ cum roſaceo & aceto capitis dolores lenit. Idẽq; cũ uino potus, iocineribus, & ueſicæ, et epiphoris imponitur. Erraticum apud nos quidam ambugiam appellauere. In Aegypto cichoriũ uocant, quod ſylueſtre ſit. Satiuum aũt ſerin, quod eſt minus & uenoſius. Cichoriũ refrigerat. In cibo ſumptũ & illitum collectiones, ſuccusq́; decocti uentrem ſoluit. Iocineri & renibus, & ſtomacho prodeſt. Item ſi in aceto decoquatur, urinæ tormina diſcutit. Item morbũ regiũ è mulſo, ſi ſine febre ſit. Veſicã adiuuat. Mulierũ purgationibus qdem decoctũ in aqua adeo ꝓdeſt, ut emortuos partus trahat. Adijciunt magi, ſucco totius cum oleo perunctos fauorabiliores fieri, & quæ uelint facilius impetrare.

Quod quidem ꝑpter ſingularem ſalubritatē aliqui chreſton appellant, alij pancration. Et ſylueſtre genus, alij edypnoida uocāt, latioris folij. Stomachum diſſolutum aſtringit cocta. Crudaq; ſiſtit aluum. Et dyſentericis prodeſt magis cum lente. Rupta & conuulſa utroq; genere iuuantur. Item quibus genitura ualetudinis morbo effluat. Seris et ipſa lactucæ ſimillima duûm generū eſt, ſylueſtris melior. Nigra iſta & æſtiua. Deterior hyberna & candidior. Vtraq; tamen ſtomacho utiliſſima, præcipue quē humor uexat. Cum aceto in cibo refrigerant uel illitæ, diſcutiuntq; & alios q̄ ſtomachi. Cum polenta ſylueſtriū radices ſtomachi cauſa ſorbētur, et cardiacis illinuntur ſup ſiniſtrā mammā ex aceto. Oēs hæ & podagricis utiles, et ſanguinē reijciētibus. Itē qbus genitura fluit, alterno dierū potu. Petronius Diodotus, qui antilegomena ſcripſit, in totū damnauit, ſerin multis modis arguens. Sed aliorum omnium opinio reſiſtit.

De braſſica, et lapſana, & de braſſica marina, & ſcilla, et de bulbis, et bulbine. Ca. IX.

Braſſicæ laudes longū eſt exequi, cū & Chryſippus medicus priuatim uolumē ei dicauerit per ſingula mēbra hoīs digeſtum, et Dieuces. Ante omnes aūt Pythagoras & Cato nō parcius celebrarint. Cuius ſententiam uel eo diligentius ꝑſequi par eſt, ut noſcatur qua medicina uſus ſit annis. DC. In tres ſpecies diuiſere eam Græci antiqſſimi. Criſpā, quam ſe-

*Cap. 156. et deinceps, ut paulo ſuprà aliquoties annotatū eſt.

quam ſelinada uocauerunt, à ſimilitudine apij folio-rum, ſtomacho utilẽ, aluũ modice mollientẽ. Alterã *leam, latis folijs è caule exeũtibus. Vnde caulodem quidã uocauere, nullius in medicina momẽti. Tertia eſt proprie appellata crambe, tenuioribus folijs, & ſimplicibus dẽſiſſimisq́;, amarior, ſed efficaciſſima. ⁂ Cato criſpã maxĩe ꝓbat, dein leuẽ grandibus fo-lijs, caule magno. Prodeſſe tradit capitis doloribus, oculorum caligini, ſcintillationibusq́;, uel ſtomachi præcordijs, crudam ex aceto & melle, coriandro, ruta, menta, laſeris radicula ſumpta acetabulis duo-bus matutino. Tantamq́; eſſe uim, ut qui terant hæc, ualidiores fieri ſe ſentiant. Ergo uel cum uino tritã, ſorbendam, uel ex olei intinctu ſumendam. Podagræ autem, morbisq́; articularijs illini cum rutæ, corian dri, & ſalis mica, hordei farina. Aqua quoq; eius de cocta, neruos articulosq́; mire iuuari: Si foueantur uulnera, et recẽtia et uetera, etiã carcinomata, quæ nullis alijs medicamẽtis ſanari poſſunt. Foueri prius aqua calida iubet, & bis die tritã imponi. Sic etiam fiſtulas eluxatas, & tumores reuocari, quæq́; diſcu ti opus ſit. Inſomnia etiam, uigiliasq́; tollere deco-ctam, ſi ieiuni edant q̃plurimam ex oleo et ſale. Tor mina ſi decocta iterũ decoquatur, addito oleo & ſa-le, cumino, polenta. Si ita ſumatur ſine pane, magis profuturam. Inter reliqua bilem detrahit per uinũ nigrum pota. Quin et urinam eius qui braſsicam eſi

Cato σελινο-ειδῆν ἀπὸ τοῦ σελίνου, hoc eſt, ab apio, cu ius ſcilicet ſpe ciẽ & ſimilitu dinem refert.

* Græci λεί-αν, hoc eſt, le-uem.

⁂ Capi. eodẽ.

tauerit, aſſeruari iubet, calefactãq; neruis remedio eſſe. Verba ipſius ſubijciam ad exprimendam ſentẽtiam. Pueros puſillos ſi laues illa urina, nunq̃ debiles fieri. Auribus quoq; ex uino ſuccum braßicæ tepidũ inſtillari ſuadet. Idq́; etiã tarditati audientium ꝓdeſſe aſſcuerat. Et impetigines eadem ſanare ſine ulcere. Græcorũ quoq; opiniones iam & Catonis cauſa poni cõuenit, in ijs dũtaxat quæ ille prætermiſit. Biles detrahere non percoctã putant. Item aluũ ſoluere, eãdemq́; bis coctam ſiſtere. Vino aduerſari, ut inimicam uitibus. Antecedente in cibis cauere ebrietatem. Poſtea ſumpta crapulam diſcuti. Hunc cibum & oculorum claritati conferre multum: ſucco uero crudæ angulis uel tantum tactis cum Attico melle, plurimum. Facillime concoqui, ciboq́; eo ſenſum purgari. Eraſiſtrati ſchola clamat, nihil eſſe utilius ſtomacho neruisq́ue, ideo paralyticis & tremulis dari iubet, & ſanguinem excreantibus. Hippocrates cœliacis dyſentericis bis coctã cum ſale. Itẽ ad tenaſmõ & renum cauſas. Lactis quoq; hubertatẽ puerperis hoc cibo fieri iudicãs, & purgationẽ fœminis. Crudus quidem caulis ſi edatur, partus quoq; emortuos pelli. Apollodorus aduerſus fungorum uenena ſemẽ aut ſuccum bibendũ cenſet. Philiſtion opiſthotonicis ſuccũ ex lacte caprino cũ ſale & melle. Inuenio et à podagra liberatos edendo eam, decoctæq; ius bibendo. Hoc & cardiacis datũ et comitialibus morbis ad

dito

*dito ſale. Item ſpleneticis ĩ uino albo per dies .XL. Ictericis, necnõ & phreneticis crudæ ſuccum gargarizandũ bibendumq; demõſtrat. Contra uero ſingultus cum coriandro, & anetho, et melle, ac pipe, & aceto. Illitã quoq; ꝓdeſſe inflationibus ſtomachi. Itẽ ſerpentiũ ictibus, & ſordidis ulceribus, ac uetuſtis, uel * ipſam aquã cũ hordeacea farina. Succũ ex aceto, uel cũ fœno græco. Sic aliqui & articulis, podagris imponunt. Epinyctidas ac quicqd aliud ſerpit in corpore, impoſita leuat. Itẽ repentinas caligines: has & ſi manditur ex aceto. Sugillata uero & alios liuores pura illita. Lepras, & pſoras cũ alumine rotundo ex aceto. Sic & fluẽtes capillos retinet. Epicharmus teſtium & genitaliũ malis hanc utiliſſime imponi aſſerit. Efficacius eãdem cum faba trita. Itẽ conuulſis cum ruta. Contra ardorem febriũ & ſtomachi uitia cum rutæ ſemine, & ad ſecundas. Et muris aranei morſus, foliorũ aridorũ farina alterutra parte exinanit. Ex oĩbus braſſicæ generibus ſuauiſſima eſt cyma, & ſi inutilis habetur, difficilis in coquendo, & renibus cõtraria. Illud quoq; nõ eſt omittendum, aquam decoctæ ad tot uſus laudatã fœtere humi effuſam. Stirpiũ braſſicæ aridorum cinis inter cauſtica intelligitur. Ad coxendicũ dolores cum adipe uetuſto. At cum laſere & aceto in uicem pſilotri cuulſis illitus pilis, naſci alios prohibet. Bibitur & cum oleo ſubſeruefactus, uel per ſe elixus ad conuul*

* *Fortaſſis legendũ ex, ipſa aqua.*

ſa et rupta intus, lapſumq; ex alto. Nulla ergo ſunt crimina braſſicæ? imò uero apud eoſdẽ anĩæ grauitatem facere, dentibus et gingiuis nocere, et in Aegypto ꝓpter amaritudinẽ non eſtur. Syluestris, ſiue erraticæ immenſo plus effectus laudat Cato, adeo ut aridæ quoq; farinã in olfactorio collectã, uel odore tantũ naribus rapto, uitia earũ graueolentiãq; ſanare affirmet. Hanc alij petreã uocãt, inimiciſſimã uino, quã præcipue uitis fugiat: aut ſi nõ poſſit fugere, moriatur. Folia habet bina parua, rotunda, leuia, plantis oleris ſimilior, candidior ſatiua et hirſutior. Hanc inflationibus mederi. Melancholicis quoq; ac uulneribus recẽtibus cũ melle, ita ne ſoluantur ante diẽ ſeptimũ. Strumis, fiſtulis, in aqua contritã, Chryſippo autore. Et alij compeſcere mala corporis quæ ſerpũt: nomas uocãt. Itẽ excreſcẽtia abſumere. Cicatrices ad planũ reducere. Oris ulcera et tõſillas mãducatã et coctã ſucco gargarizato cũ melle tollere. Itẽ pſoras et lepras ueteres, ipſius tribus partibus cũ duabus aluminis in aceto acri illitis. Epicharmus ſatis eſſe eã cõtra canis rabioſi morſum imponi. Melius ſi cũ laſere et aceto acri. Necari quoq; canes ea, ſi detur ex carne. Semen eius toſtũ auxiliatur cõtra ſerpentes, fungorumq; uenena. In tauri ſanguine folia cocta ſpleneticiſq; in cibo data, & cruda illita cum ſulphure et nitro ꝓſunt. Item mammarũ duritiæ. Radicũ cinis uuæ in faucibus tumenti tactu medetur, &

De re ruſtica c.157. Braſſica, inqt, erratica maximã uim habet. Eã arefacere con terereq; opor tet bene minu tim. Si quẽ uo les purgare, pridie ne cœnet, et manè ieiuno dato braſſicæ tritæ decoctæq; aqua cyathos quatuor & cete.

detur, & parotidas cum melle illitus reprimit, ſerpentiũ morſus ſanat. Virium braßicæ unum & magnum argumentum addemus & mirabile. Cruſtæ ſi occupent intus uaſa oĩa in quibus aquæ feruẽt, in tãtum, ut nõ ſit eas auellere, ſi braſſica in ijs decoquatur abſcedunt. Inter ſylueſtres braſſicas & lapſana eſt, pedalis altitudinis, hirſutis folijs, napi ſimillimis, niſi cãdidior eſſet flore. Coqtur in cibo. Aluũ leniter emollit. Marina braßica uehemẽtiſſime ex oĩbus aluum ciet. Coqtur ꝓpter acrimoniã cum pingui carne, ſtomacho inimiciſſima. Scillarũ in medicina alba eſt quæ maſculus, fœmina nigra. Scilla quæ candidiſſima fuerit, utiliſſima erit. Huic aridis tunicis direptis, quod reliquũ ẽ uiuo eſt, conſutum ſuſpenditur lino modicis interuallis. Poſtea arida fruſta ĩ cadum aceti q̃ aſperrimi ꝑpendentia immerguntur, ita ne ulla parte uas cõtingant. Hoc fit ante ſolſtitium diebus .XLVIII. Gypſo deinde oblitus cadus ponitur ſub tegulis, totius diei ſolẽ accipientibus. Poſt eũ numerum dierum tollitur uas, ſcilla eximitur, acetũ transfunditur. Hoc clariorem oculorum aciem facit. Salutare eſt ſtomachi laterumq́; doloribus, parum ſumptum binis diebus. Sed tanta uis eſt, ut auidius hauſtum extinctæ animæ momento aliquo ſpeciem præbeat. Prodeſt & gingiuis & dentibus, uel ꝑ ſe commanducata. Tineas & reliqua uentris animalia pellit ex aceto & melle ſumpta. Linguæ quoque

recens

recens ſubiecta præſtat, ne hydropici ſitim ſentiant. Coquitur pluribus modis in olla quæ coniiciatur in clibanũ aut furnũ, uel adipe aut luto illita, aut fruſtatim in patinis. Et cruda ſiccatur, deinde cõciditur, coquiturq; in aceto, tum ſerpentiũ ictibus imponitur. Toſta quoq; purgatur, et medium eius iterũ in aqua coquitur. Vſus ſic coctæ ad hydropicos. Ad urinã ciendã tribus obolis cum melle et aceto potæ. Item ad ſplenecticos: & ſtomachicos ſi nõ ſentiant ulcus, quibus innatet cibus. Ad tormina, regios morbos, tuſſim ueterẽ cũ ſuſpirio. Diſcutit et ex folijs ſtrumas, quadrinis diebus ſoluta. Furfures capitis, et ulcera manantia illita ex oleo cocta. Coquitur & in melle cibi gratia, maxime uti coctionẽ facias. Sic & interiora purgat. Rimas pedũ ſanat in oleo cocta, et mixta reſinæ. Semẽ eius lumborũ dolori ex melle imponitur. Pythagoras ſcillã in limine quoq; ianuæ ſuſpenſam, malorũ medicamẽtorũ introitũ pellere tradit. Cæterum bulbi ex aceto et ſulphure uulneribus in facie medentur. Per ſe uero triti neruorũ cõtractionem, et ex uino porrigines. Succũ cum melle canũ morſibus. Eraſiſtrato placet cum pice. Sanguinem idẽ eos ſiſtere tradit illitos cũ melle. Alij ſi è naribus fluat, coriandrum et farinã adijciunt. Theodorus et lichenas ex aceto bulbis curat, et erũpentia in capite cũ uino auſtero aut ouo. Et bulbos epiphoris idẽ illinit, & ſic lippitudini medetur. Aeque uitia quæ ſunt in

facie eorum

ſacie eorũ rubentes maxĩe in ſole illitis cũ melle & nitro emendant. Lentiginẽ cũ uino, aut cum cumino coctis. Vulneribus quoque mire ꝓſunt per ſe, aut (ut Damion) ex mulſo, ſi quinto die ſoluantur. Iiſdẽ et auriculas fractas curat, & teſtiũ pituitas. In articulorum doloribus miſcent farinã. In uino cocti illiti uentri, duritiem præcordiorũ emolliunt. Dyſentericis in uino ex aqua cæleſti temperato dantur. Ad cõuulſa intus cũ ſilphio pilulis fabæ magnitudĩe. Ad ſudorẽ tuſi illinũtur. Neruis utiles. Ideo et paralyticis dantur iuxtà in pedibus. Qui ſunt ruffi ex his, citiſſime ſanant cũ melle et ſale. Venerẽ maxĩe Megarici ſtimulant. Hortenſij partũ cum ſapa aut paſſo ſumpti. Syluestres interaneorũ plagas, et uitia cũ ſilphio pilulis deuoratis ſedant. Et ſatiuorũ ſemen cõtra phalangia bibitur in uino. Ipſi ex aceto illinuntur cõtrà ſerpentiũ ictus. Semen antiqui bibendũ inſanientibus dabant. Flos bulborũ tritus, crurũ maculas uarietateſq; igne factas emẽdat. Diocles oculos hebetari ab ijs putat. Elixos aſſis minus utiles adijciunt eſſe, & difficile concoqui ex ui uniuſcuiuſq; naturæ. Bulbinem græci uocant herbã porraceis folijs, rubicũdo bulbo. Hæc traditur uulneribus mire utilis dũtaxat recentibus. Bulbus, quem uomitorium uocãt ab effectu, folia habet nigra, cæteris longiora.

Contrarium dicit Dioscor. ut videre est cap. proprio in fine, vetat n. copiosiorem eorum cibum quia nervos ...

Paracæ folijs, in quibuſdã legitur exẽpla. In alijs, paruis. At uero Her. porraceis, legendum exiſtimat: q̃ ita mõ cernatur bulbina, ut in Corol. ſuo ipſe ſe uidiſſe teſtatur.

De aſparagis & corruda, & libyco, & orminio. Caput .X.

Vtiliſſimus

VTiliſſimus ſtomacho cibus aſparagi, ut traditur. Cumino quidem addito inflationes ſtomachi coliq; diſcutiunt, ijdem oculis claritatẽ afferunt. Ventrem leniter molliunt. Pectoris et ſpinæ doloribus inteſtinorumq; uitijs ꝓſunt. Vino cũ coquuntur addito, ad lumborũ et renum dolores, ſemen triũ obolorũ pondere parte cumini bibitur. Venerem ſtimulãt. Vrinam cient utiliſſime, præterq̃ q̃ ueſicam exulcerant. Radix quoq; plurimorum prædicatiõe trita, et in uino albo pota, calculos quoq; exturbat, lumborum et renum dolores ſedat. Quidam ad uuluæ dolorem radicem cum uino dulci ꝓpinant. Eadẽ in aceto decocta contra elephantiã ꝓficit. Aſparago trito cum oleo perunctum pungi ab apibus negant. Sylueſtrem aſparagum aliqui corrudam, aliqui libycum uocant, Attici orminium. Huius ad ſupradicta omnia efficacior uis, & candidiori maior. Regium morbum extenuat. Veneris cauſa aquam eorum decoctam bibi iubent ad heminam. Ad idem & ſemen ualet cum anetho tritum. Ternis utrunq; obolis datur. Et ad ſerpentium ictus ſuccus decoctus. Radix quoq; miſcetur radici marathri inter efficaciſsima auxilia. Si ſanguis ꝑ urinã reddatur, ſemẽ aſparagi, et apij, & cumini ternis obolis in uino cyathis duobus, quinis diebus Chryſippus dari iubet. Sic & hydropicis cõtrarium eſſe, q̃uis urinam moueat, docet: Item Veneri; Veſicæ quoq; niſi coctum aqua. Si canibus detur,

ribus detur, occidit eos. In uino decoctæ radicis ſuc-
cus ſi ore contineatur, dentibus mederi.

De apio, & apiaſtro, & helioſelino, et oreo-
ſelino: Caput .XI.

Apio gratia uulgo eſt. Nanq; rami largis por
tionibus per iura innatant, et in cōdimentis
peculiarem gratiam habent. Præterea oculis illitū
cum melle, ita ut ſubinde foueātur feruenti ſucco de
cocti, alijsq; membrorū. Epiphoris per ſe tritū, aut
cum pane, aut polenta impoſitū, mire auxiliatur. Pi
ſces quoq; ſi ægrotent in piſcinis, apio uiridi recreāt
tur. Verum apud eruditos nō aliud erutum terra in
maiore ſententiarum autoritate eſt. Diſtinguitur ſe-
xu. Chryſippus fœminā eſſe dicit criſpioribus folijs
et duris, craſſo caule, ſapore acri et feruido. Diony-
ſius marē nigriorē, breuioris radicis, uermiculos gi
gnentē. Ambo neutrū ad cibos admittēdum, imò oī-
no nefas: nā id defunctorū epulis feralibus dicatum
exiſtimant. Ipſius quoq; uiſus claritati inimicū. Cau
le fœminæ uermiculos gigni. Ideoq; eos q̄ ederint ſte
rileſcere mares fœminasq;. In puerperijs uero ab
eo cibo comitiales fieri q̄ hubera hauriunt. Innocen
tiorem tamen eſſe marē. Eaq; cauſa eſt, ne inter ne-
faſtos frutices dānetur. Mammarū duritiā impoſitis
folijs emollit. Suauiores aquas potui incoctum præ-
ſtat. Succo maxīe radicis cū uino lumborū dolores
mitigat. Eodē iure inſtillato grauitatē auriū. Semīe

urinam

urinam ciet, menſtrua ac ſecundos partus. Et ſi fo-ueātur ſemine decocto, ſugillata reddit colori, cum oui albo illitum. Aut ex aqua coctum potumq; reni-bus medetur. In frigida tritum oris ulceribus. Semē cum uino, uel radix cum ueteri uino ueſicæ calculos frangit. Semē datur ex tribus cyathis ex uino albo. Apiaſtrum Higinus quidem melißophyllon appel-lat. Sed in confeſſa dānatione eſt uenenatū in Sar-dinia. Contexenda enim ſunt oīa, ex eodē noīe apud græcos pendentia. Oluſatrū qđ hippoſelinū uocant aduerſatur ſcorpiōibus. Poto ſemine torminibus in-terancis medetur. Itēq; difficultatibus urinæ ſemen eius decoctū ex mulſo potum. Radix eius in uino de-cocta calculos pellit, et lumboū ac lateris dolores. Canis rabioſi morſibus potum et illitū medetur. Suc cus eius algētes calefacit potus. Quartum genus ex eodem faciunt aliqui oreoſelinon, palmum alto fruti ce ac recto ſemine, cumino ſimile, urinæ et menſtruis efficax. Helioſelino uis priuata contra araneas. Sed de oreoſelino fœminæ purgantur ē uino.

De petroſelino et ocimo. Caput .XII.

ALio genere petroſelinon quidam appellāt in ſaxis natū. Præcipuum ad uomicas, cocleari bus binis ſucci additi in cyathū marrubij ſucci, atq; ita aquæ calidæ tribus cyathis. Addidere quidā buſe linon, differens breuitate caulis à ſatiuo & radicis colore ruffo, eiuſdem effectus. Præualere cōtra ſer-pentes po

pentes potum et litum. Ocimum quoq; Chryſippus grauiter increpuit, inutile eſſe dicens ſtomacho, urinæ, oculorum quoq; claritati. Præterea inſaniam facere et lethargicos et iocineris uitia. Ideoq; capras id aſpernari, hominibus quoq; fugiendũ cenſet. Adijciunt quidam, tritum ſi operiatur lapide, ſcorpionem gignere. Commanducatũ & in ſole poſitum uermes afferre. Alij uero ſi eo die feriatur quiſpiam à ſcorpione qui ederit ocimũ, ſanari non poſſe. Quinimo tradũt aliqui manipulo ocimi cum cancris .X. marinis uel fluuiatilibus trito, cõuenire ad eum ſcorpiões à ꝓximo omnes. Diodotus * in empericis, etiã pediculos facere ocimi cibũ. Secuta ætas alacriter defendit, nam id eſſe capras. Nec minus q̃ mentã & rutam ſcorpionum terreſtriũ ictibus, marinorumq; uenenis mederi cum uino, addito aceto exiguo. Vſu quoq; compertum, deficientibus ex aceto odoratum ſalutarem eſſe. Item lethargicis & inflammatis refrigerationi. Illitum capitis doloribus cum roſaceo, aut myrteo, aut aceto. Item oculorũ epiphoris impoſitũ ex uino. Stomacho quoq; eßе utile, inflationes et ructum ex aceto dißoluere ſumptum. Aluum ſiſtere impoſitum. Vrinam ciere. Sic & morbo regio & hydropicis ꝓdeße. ✠ Diſtillationes eo coli et ſtomachi inhiberi. Ergo etiam cœliacis Philiſtio dedit: & coctum dyſentericis, & colicis Pliſtonicus. Aliqui & in tenaſmo, & ſanguinem excreantibus in uino.

* Legitur &, i hemitritæis: ſed prior lectio plauſibilior ẽ.

✠ Legendum fortaßis, ut & id ab Hermo. ex fide antiquorũ exem. annotatũ eſt: Choleras eo et diſtillationes ſtomachi inhiberi.

in uino. Duritiamq; præcordioru͂, illinitur mammis. Extinguit quoq; lactis prouentum. Auribus utiliſſimum infantium, præcipue cum adipe anſerino. Semen tritum & hauſtum naribus, ſternutamenta mouet, & diſtillatio͂es capiti quoq; illitum. Vuluas purgat in cibo ex aceto. Verrucas mixto atramento ſutorio tollit. Venerem ſtimulat. Ideoq; & equis aſiniſq; admiſſuræ tempore ingeritur.

De ſylueſtri ocimo, & eruca, & naſturtio, & ruta. Caput .XIII.

Nome͂ ocimi, ſunt q ſcribendu͂ uelint p. z. ozimum: qua͂ herba͂ ex iunioribus quidam baſilico͂ appellant, no͂ie ipſo deducto à græco uerbo ὄζω, qd' ſignificat oleo. Eſt enim grauis admodum odoris.

SYlueſtri ocimo uis efficacior ad eade͂ o͂ia. Peculiaris ad uitia quæ uomitio͂ibus crebris co͂trahuntur. Vomiciſq; uuluæ, co͂traq; beſtiaru͂ morſus radix in uino eſt efficaciſſi͂a. Erucæ ſeme͂ ſcorpionu͂ uenenis et muris aranei medetur. Beſtiolas o͂es innaſcentes corpori arcet. Vitia cutis in facie cu͂ melle illitu͂. Le͂tigines ex aceto. Cicatrices nigras reducit ad candore͂ cu͂ felle bubulo. Aiunt uerbera ſubituris potu͂ ex uino duritia͂ quanda͂ contra ſenſum induere. In co͂diendis obſonijs tanta eſt ſuauitas, ut græci euzómon appellauerint. Putant ſubtrita eruca ſi foueantur oculi, claritate͂ reſtitui. Tuſſim infantiu͂ ſedari. Radix eius in aqua decocta fracta oſſa extrahere. Nam de Venere ſtimula͂da diximus: tria folia ſylueſtri erucæ ſiniſtra manu decerpta, et trita in aqua mulſa ſi biba͂tur. E co͂trario naſturtiu͂ Venerem inhibet, animu͂ exacuit. Vt diximus, duo eius genera,

album pur

album purgat. Detrahit bilem potũ in aqua. X dena riorum pondo. Cum lomento ſtrumis illitũ opertũq; braſſica præclare medetur. Alterũ eſt nigrius, quod capitis uitia purgat. Viſum clarificat. Cõmotas mẽ tes ſedat ex aceto ſumptum. Lienẽ ex uino potũ, uel cum fico. Tuſſim ex melle, ſi quotidie ieiuni ſumant. Semẽ ex uino oĩa inteſtinorũ animalia expellit, efficacius addito mentaſtro. Prodeſt et cõtra ſuſpiria et tuſſim cum origano et uino dulci. Pectoris dolori bus decoctũ in lacte caprino. Panos diſcutit cũ pice, extrahitq; corpori aculeos. Et maculas illitum ex aceto. Contra carcinomata adijcitur ouorũ albũ. Et lienibus illinitur ex aceto. Infantibus uero è melle utiliſſime. Sextius adijcit hoc ſerpentes fugare, ſcorpionibus reſiſtere. Capitis dolores contritum, et alo pecias emendare addito ſinapi, grauitatẽ auriũ trito impoſito auribus cum fico. Dentium dolores infuſo in aureis ſucco. Pruriginẽ et ulcera capitis cũ adi pe anſerino. Furunculos concoquit cũ fermento. Car bunculos ad ſuppurationem pducit, & rumpit. Pha gedænas ulcerũ expurgat cum melle. Coxendicibus & lumbis cum polenta ex aceto illinitur: Itẽ licheni. Item unguibus ſcabris, quippe natura eius cauſti ca eſt. Optimum aũt babylonium. Syluestri uero ad omnia ea effectus maior. In præcipuis autẽ medicaminibus ruta eſt. Latiora ſatiuæ folia, rami fruticoſiores. Syluestris horrida ad effectum eſt, & ad

* Dioſco. Olci mū. τὸ δὲ ἐν μακεδονία φυόμενον περὶ τὸν ἕλκι μον ποταμὸν ἀναιρεῖν φασὶ βρότους. Eſt ergo in alterutro mēda. Pliniana tamē lectio ꝓbabilior, cū eodē Plinio auto .l. 4. c. 10. et Ptolemæo, amnis Macedōiæ ſit Alyacmon.

*omnia acrior. Succus exprimitur, tuſa ea & aſpera modice aqua, & in pyxide Cypria aſſeruatur. Hic copioſior datus ueneni noxiam obtinet, in Macedonia maxime iuxta flumē * Alyacmō. Mirumq́;, cicutæ ſucco extinguitur, adeo etiam uenenorum uenena ſunt, quando cicutæ ſuccus ꝓdeſt manibus colligentiū rutam. Cæterum inter prima immiſcetur antidotis, præcipueq́; Galatiæ. Quæcūq; aūt ruta aut ꝑſe, aut pro antidoto ualet, folijs tritis, & ex uino ſumptis. Contra aconitum maxime et uiſcū. Itē fungos, ſiue in potu detur, ſiue in cibo. Simili modo cōtra ſerpentiū ictus, utpote cum muſtelæ dimicaturæ cū his rutam prius edēdo ſe muniant. Sed ualēt & contra ſcorpionum ictus, & araneorū, apum, crabronū, ueſparum aculeos, & cātharidas, ac ſalamandras, caniſue rabioſi morſus, acetabuli mēſura ſi ſuccus è uino bibitur, & folia trita uel cōmanducata imponuntur cum melle & ſale, uel cū aceto & pice decocta. Succo uero punctos aut etiā habentes, negant feriri ab his maleficijs. Serpētesq́;, ſi uratur ruta, nidorē fugere. Efficaciſſima tamē eſt ſylueſtris radix cū uino ſumpta, eādē adijciūt efficaciorē eſſe ſub diuo potam. Pythagoras & in hac marē minoribus herbaceiq́; coloris folijs, à fœīa diſcreuit, etiā latioribus folijs & colore. Idēq; oculis noxiam putauit falsò, quoniā ſculptores & pictores hoc cibo utūtur oculorum cauſa. Cū pane quoq; uel naſturtio ſatiuæ atq;*

ſylueſtris

ſyluestris propter uiſum. Vt aiunt multi, ſucco eius cum melle attrito inuncti diſcuſſerunt caligines, uel cum lacte mulieris puerum enixæ, uel puro ſucco angulis oculorum tactis. Epiphoras cum polenta impoſito. Lenit autem capitis dolores pota cum uino, aut cum aceto & roſaceo illita. Si uero ſint cephalea, cum farina hordeacea, uel aceto. Eadem cruditates diſcutit, mox inflationes, dolores ſtomachi ueteres. Vuluas aperit, corrigitque conuerſas illita in melle toto uentre & pectore. Hydropicis cum ficu, & decocta ad dimidias partes, potaq; ex uino. Sic bibitur & ad pectoris dolores laterumque & lumborum, tuſſes, ſuſpiria: pulmonum, iocinerum, renũ uitia: horrores frigidos. Ad crapulæ grauedines, decoquuntur folia poturis. Et in cibo uel cruda, uel decocta conditaue prodeſt. Item torminibus in hyſſopo decocta, & cum uino. Sic & ſanguinẽ ſiſtit interiorẽ, & nariũ indita, ſic & collutis dẽtibus ꝓdeſt. Auribus quoq; in dolore ſuccus infunditur, cuſtodito ut diximus modo. E ſylueſtri uero cõtra tarditatẽ et ſonitũ cũ roſaceo, uel cũ laureo oleo, aut cumino & melle. Succus & phreneticis ex aceto tritæ inſtillatur in tpa & cerebrũ. Adiecerũt aliq et ſerpillũ, & laurũ, illinẽtes capita & colla. Dederunt & lethargicis ex aceto olfaciendũ. Dederũt & comitialibus bibendum decoctæ ſuccum in cyathis quatuor ante acceſſiones, quarum frigus intolerabile eſt. Alſio-

ſisq; crudam dari in cibo. Vrinã quoq; uel cruẽtam pellit. Fœĩarum etiã purgationes, ſecundasq́;, etiam emortuos partus, ut Hippocrati uidetur, ex uino dulci nigro pota. Itaq; illitam et uuluarũ cauſa etiã ſuffire iubet. Diocles & cardiacis imponit ex aceto et melle cum farina hordeacea. Et contra ileum decocta farina in oleo, ac uelleribus collecta. Multi uero & contra purulentas excreationes ſiccæ drachmas duas, ſulphuris unam & dimidiã ſumi cenſent. Et cõtra cruentas ramos tres in uino decoctos. Datur & dyſentericis cum caſeo in uino contrita. Dederunt et cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum. Ex alto lapſis ſeminis tres uncias, ex olei libra, uinique ſextario. Illinitur cum oleo coctis folijs partibus quas frigus aduſſerit. Si urinam mouet (ut Hippocrati uidetur) mirum eſt quoſdam dare uelut inhibẽtem potui contra incontinentiam urinæ. Pſoras et lepras cum melle & alumine illita emendat. Item uitiligines uel rugas, ſtrumas, & ſimilia, cum hircino & adipe ſuillo ac taurino ſeuo. Item ignem ſacrum ex aceto et oleo, uel pſimmythio. Carbunculũ ex aceto. Nonnulli laſerpitium unà illini iubẽt, ſine quo epinyctidas puſtulas curant. Imponunt & mammis turgentibus decoctam, & pituitæ eruptionibus cum cera. Teſtium uero epiphoris cum ramis laureæ teneris, adeo peculiari in uiſceribus his effectu, ut ſyluestri ruta cum axungia ueteri illitos ramices ſanari prodant.

prodant. Fracta quoq; membra ſemine trito cum ce ra impoſito. Radix rutæ ſanguinem oculis ſuffuſum, et in toto corpore cicatrices aut maculas illita emẽ dat. Ex reliquis quoq; quæ traduntur, mirũ eſt, cum feruentem rutæ naturã eſſe conueniat, faſciculum eius in roſaceo decoctum addita uncia aloës, perun ctis ſudorem reprimere. Itemq; generationes impe diri hoc cibo, ideo profluuio genitali datur, & Venerem crebro per ſomnia imaginãtibus. Præcauendum eſt grauidis, abſtineant hoc cibo, necari enim partus inuenio. Eadẽ ex omnibus ſatis quadrupedũ quoq; morbis in maximo uſu eſt, ſiue difficile ſpiran tibus, ſiue contra maleficorũ animalium ictus, infuſa per nares ex uino: aut ſi ſanguiſugã exhauſerit, ex aceto, & quocunq; in ſimili morborum genere.

De mentaſtro, & menta, & pulegio, & nepeta, & de cumino. Ca. .XIIII.

MEntaſtrũ ſylueſtris menta eſt, differens ſpe cie foliorũ quaſi figura ocimi, pulegij colore. Propter quod quidã ſylueſtre pulegium uocãt. Iis commanducatis & impoſitis, ſanari elephantiã, ſicut Magni Pompeij ætate, fortuito cuiuſdam experimento, propter pudorem in facie illita, compertũ eſt. Eadem illinuntur bibunturq; aduerſus ſcolopendras, & ſerpentium ictus, drachmis duabus in uini cyathis duobus. Aduerſus ſcorpionũ ictus cum ſale, oleo & aceto. Item aduerſus ſcolopendras ius deco-

cti. Aduerſusq; oĩa uenena ſeruantur folia arida, ad farinæ modum. Subſtratũ uel accenſum fugat ſcorpiones. Potũ fœminas purgat à partu, ſed partus necat. Orthopnoicis, torminibus cholericis efficaciſſimum: Item lumbis, podagris impoſitũ. Succus auribus uerminoſis inſtillatur. In regio morbo bibitur. Strumis illinitur. Oĩa Veneris inhibet. Tineas pellit ex aceto potum. Contra porriginẽ ex aceto infunditur capiti in ſole. Mentæ ipſius odor animum excitat, & ſapor auiditatem in cibis: ideo in mammarũ mixtura familiares ipſæ acceſſere, ut coire dẽſereq; lac non patiantur. Quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu ſtrangulẽtur. Data in aqua & mulſo, eadẽ ui reſiſtere & generationi creditur, cohibẽdo genitalia denſari. Aeque maribus ac fœminis ſiſtit ſanguinẽ, & purgationes fœminarum inhibet. Cum amylo ex aqua pota, cœliacorũ impetus. Syriation & uomicas uuluæ curauit. Ille & iocinerum uitia ternis obolis ex mulſo datis, item ſanguinẽ excreantibus in ſorbitionẽ. Vlcera in capite infantium mire ſanat. Arterias humidas ſiccat, ſiccas aſtrĩgit. Pituitas corruptas purgat ĩ mulſo & aqua. Voci ſuccus ſub certamiue utilis duntaxat, & qui gargarizatur uua tumente adiecta ruta & coriandro ex lacte. Vtilis & cõtra tõſillas cum alumine, lĩguæ aſpę cum melle. Ad cõuulſa intus p ſe, uitijsq; pulmonis. Singultus & uomitiones ſiſtit cum ſucco gra

nati, &

nati,ut Democritus mõſtrat. Recẽtis ſuccus narium uitia. Spiritus ſubductos emẽdat. Ipſa trita choleras in aceto quidẽ pota. Sanguinis fluxiones intus. Ileũ etiam impoſita cum polẽta,& ſi mammæ tẽdantur. Illinitur & tẽpibus in capitis dolore. Sumitur & cõtra ſcolopẽdras,& ſcorpiones marinos,& ad ſerpẽtes. Epiphoris illinitur & oĩbus in capite eruptionibus,itẽ ſedis uitijs. Impetigines quoq; uel ſi teneatur tantũ,ꝓhibet. Auribus cum mulſo inſtillatur. Aiunt & lieni mederi eã in horto guſtatã, ita ne uellatur: ſi is q momorderit, dicat ſe lieni mederi, ꝑ dies .IX. Aridæ quoq; farinæ tribus digitis apprehenſam,& ſtomachi dolorẽ ſedare in aqua: & ſimiliter aſperſam in potionẽ,uẽtris aĩalia expellere. Magna ſocietas cum hac ad recreandos defectos animo pulegio, cũ ſurculis ſuis in ampullas uitreas aceti utriſq; deiectis. Qua de cauſa dignior ẽ pulegio corona uertigini q̃ ẽ roſis,cubiculis noſtris ꝓnunciata eſt. Nam & capitis dolores ĩpoſita dicitur leuare. Quin & olfactu capita tueri contra frigorũ æſtusq; iniuriã,et ab ſiti traditur:neq; æſtuare eos, qui duos ẽ pulegio ſurculos ĩpoſitos auribus in ſole habeãt. Illinitur etiã in doloribus cũ polenta & aceto. Fœĩa efficacior. Eſt aũt hæc flore purpureo. Mas cãdidũ habet. Nauſeas cũ ſale & polẽta in frigida aqua pota inhibet. Sic & pectoris ac uẽtris dolorem. Stomachi aũt ex aqua *itercisſiones ſiſtit,et uomitiones cũ aceto et po

*Legẽdũ fortaſſis iterroſiones: quoniã apud Dioſ. legitur δηγμοὺς hoc eſt, morſus: quã uocem Hermo. interpretatus ẽ roſiones: Verba autẽ Dioſcori. ita habent: Ναυτίας τὲ ϗ δηγμοὺς ςομάχȣ μετὰ ὀξυκρά/του ποθεῖσα παραμυθεῖται.

lenta. Inteſtinorũ uitia melle decocta & nitro ſanat. Vrinã pellit ex uino: & ſi amineũ ſit, et calculos, et interiores oẽs dolores. Ex melle & aceto ſedat menſtrua, et ſcd'as. Vuluas cõuerſas corrigit. Defunctos partus eijcit. Semẽ obmuteſcẽtibus olfactu admouetur. Comitialibus in aceto cyathi menſura datur. Si aquæ inſalubres bibẽdæ ſunt, tritũ inſpgitur. Salſitudines corporis, ſi cũ uino tradatur, minuit. Neruorũ cauſa & in cõtractione cũ ſale & aceto & melle cõfricatur opiſthotono. Imbibitur ad ſerpẽtium ictus decoctũ. Ad ſcorpionũ in uino tritũ, maxime quod in ſiccis naſcitur. Ad oris exulcerationes, ad tuſsim efficax habetur. Flos recentis incenſus, pulices necat odore. Xenocrates pulegij ramum lana inuolutum, in tertianis ante acceſsionẽ olfactandũ dari, aut ſtragulis ſubijci, & ita collocari ægrum, inter remedia tradit. Syluestri eadẽ uis efficacior eſt, quod ſimile eſt origano, minoribus folijs q̃ ſatiuum, & à quibuſdam dictamus uocatur. Guſtatũ à pecore capriſq;, balatũ concitat. Vnde quidã Græci literas mutantes blechon uocauerũt. Natura tam feruẽs eſt, ut illitas partes exulceret. In tuſſi ex pfrictione fricari ante balnea conuenit, & ante acceſſionũ horrorẽ conuulſis & torminibus. Podagris mire prodeſt. Epaticis cum melle et ſale bibẽdum datur. Pulmonũ uitia exercabilia facit. Ad lienẽ cũ ſale utile eſt, & ueſicæ, & ſuſpirijs, & inflationibus decoctũ ſucco æqualiter, &

ter, & uuluas corrigit, & cõtra ſcolopendrã terreſtrẽ uel marinã, itẽ ſcorpiones. Priuatimq; ualet cõtra oẽm morſum. Radix contra increſcẽtia ulcera recẽs potẽtiſſima. Arida uero cicatricibus decorẽ affert. Itẽ pulegio eſt nepetæq; ſocietas. Decocta enim in aqua ad tertias diſcutiunt frigora. Mulierumq; mẽſtruis proſunt. Et æſtate ſedant calores. Nepeta quoq; uires cõtra ſerpẽtes habet. Fumũ ex ea nidorẽq; fugiunt, quam & ſubſternere in metu obdormituris utile eſt. Tuſa ægilopis imponitur, & capitis dolori bus recens, cum tertia parte panis tpata aceto illini tur. Succus eius iſtillatus naribus ſupinis pfluuiũ ſanguinis ſiſtit. Itẽ radix cum myrti ſemine in paſſo tepido gargarizata, anginis medetur. Cuminũ ſylueſtre eſt prætenue, quaternis aut qnis folijs, ueluti ſerratis. Et in ſatiuo magnus uſus, in ſtomachi præcipue remedijs. Diſcutit pituitas & inflationes. Tritũ & cum pane ſumptũ, uel potum ex aqua uinoq;, tormina quoq; & inteſtinorũ dolores. Veruntamẽ oẽm pallorẽ bibentibus gignit. Ita certe ferũt Portij Latronis clari inter magiſtros dicendi adſectatores ſimilitudinẽ coloris ſtudijs contra æmulos imitatos, & pauloantè Iulium Vindicem adſertorem illum à Nerone libertatis, captatione teſtamẽti ſic lenocinatum. Narium ſanguinem paſtillis inditum uel ex aceto recens ſiſtit. Et oculorum epiphoris per ſe impoſitum, tumentibus cum melle prodeſt. Infantibus imponi

poni in uentre ſatis eſt. Morbo regio in uino albo a alienis datur.

De cumino Aethiopico, quod urinam ſtringit, & de cappari, & de liguſtico ſiue panace, & cuni la bubula. Caput .XV.

AEthiopicum maxīe in poſca illinitur cū melle. Africano priuatim urinæ incontinentiam cohiberi putant. Satiuum datur et ad iocineris uitia toſtum, tritum in aceto: Item ad uertiginem. Iis uero quos acriore ui urina mordeat, in dulci tritum uino. Ad uuluarū uitia in uino. Præterq; impoſitis uellere folijs teſtium tumoribus, toſtum, tritumq; cū melle, aut roſaceo & cera. Syluestre ad omnia eadem efficacius. Præterea ad ſerpentes cum oleo, ad ſcorpiones, ad ſcolopendras. Siſtit & uomitionē nauſcasq; ex uino, quantū apprehenderint tres digiti. Propter colum quoque bibitur, illiniturq; uel penicillis feruens, uel aſtringitur faſcijs. Strangulationes uuluæ potum in uino aperit, tribus drachmis in tribus cyathis uini. Auribus inſtillatur ad ſonitus atq; tinnitus cum ſeuo uitulino, uel melle. Sugillatis illinitur cum melle, et uua paſſa, et aceto. Lentigini nigræ ex aceto. Eſt cumino ſimillimum, quod græci uocāt ammi. Quidam uero Aethiopicum cuminum id eſſe exiſtimant. Hippocrates regium appellat, uidelicet, quia efficacius in Aegypto iudicauit. Pleriq; alterius naturæ in totū putant, quoniā ſit exilius & candidius.

Similis

Similis autem & huic uſus. Nam *et panibus Alexandrinis ſubigitur, et cũ alimentis interponitur.* In*flationes et tormina diſcutit.* V*rinã et mẽſtrua ciet. Sugillata et oculorum epiphoras mitigat. Cum lini ſemine ſcorpionũ ictus in uino potum drachmis duabus: priuatimq; ceraſtarum, cum pari portione myrrhæ.* Colorem *quoq; bibentiũ ſimiliter mutat in pallorem. Suffitum cũ uua paſſa aut reſina, uuluas purgat.* Tradunt *facilius concipere eas, quæ odorentur id per coitum.* De *cappari ſatis diximus inter peregrinos frutices.* Non *utendum tranſmarino.* Innocentius Italicũ *eſt.* Ferunt, *eos qui quotidie id edũt, paralyſi non periclitari, nec lienis doloribus.* Radix *eius uitiligines albas tollit, ſi tritæ in ſole fricentur.* Spleneticis *pdeſt ĩ uino pota: radicis cortex duabus drachmis, dẽpto balnearũ uſu.* Feruntq; .XXXV. *diebus per urinam et aluũ totũ lienẽ emitti.* Bibitur *in lumborũ doloribus, ac paralyſi.* Dentium *dolores ſedat tritũ ex aceto ſemen decoctum, uel manducata radix.* Infunditur *aurium dolori decoctum oleo.* Vl*cera quæ phagedænas uocant, folia & radix recens cum melle ſanant.* Sic *& ſtrumas diſcutit radix.* Pa*rotidas uermiculóſque cocta in aqua.* Iocineris *quoque malis medetur.* Dant *& ad tineas in aceto & melle.* Oris *exulcerationes in aceto decocta tollit, ſtomacho inutiles eſſe inter autores cõuenit.* Liguſti*cum aliqui panacẽ uocant, ſtomacho utile eſt.* Item

conuulſio

conuulſionibus & inflationibus. Sunt et quidam qui cunilam bubulam appellauerunt, ut diximus, falsò.

Item de cunila bubula, gallinacea ſiue origano heracleotico, cunilagine, molli, libanotide, cunila ſatiua & montana. Caput .XVI.

CVnilæ præter ſatiuam plura ſunt in medicina genera. Quæ bubula appellatur, ſemen pulegij habet, utile ad uulnera cõmanducatũ impoſitúmq;, ut quinto poſt die ſoluatur. Contra ſerpẽtes quoq; in uino bibitur, ac tritũ plagæ imponitur. Vulnera ab ijs facta perfricantur. Item teſtudines cum ſerpẽtibus pugnaturæ hac ſe muniunt: quidãq; in hunc uſum panacen uocant. Sedat & tumores, & uiriliũ mala ſicca, uel folijs tritis, in omni uſu mire congruens ex uino. Eſt alia cunila, gallinacea appellata à noſtris, à græcis origanum heracleoticũ. Prodeſt oculis trita addito ſale. Tuſſim quoq; emendat et iocinerum uitia. Laterũ dolores cum farina, oleo & aceto in ſorbitionẽ tẽperata Præcipue uero ſerpentiũ morſus. Tertiũ genus eſt eius, quæ à græcis maſcula, à noſtris cunilago uocatur, odoris fœdi, radicis lignoſæ, folio aſpo. Vires eius uehemẽtiſſimas in omnibus his generibus earũ tradunt. Manipulo quoque eius abiecto, oẽs etiam à tota domo blattas conuenire ad eam: Priuatim aduerſus ſcorpiones ex poſca pollere. Tribus folijs ex oleo perunctо hoĩe, fugari ſerpentes. E cõtrario quæ mollis uocatur, pilo-

ſioribus

ſtoribus folijs ac ramis, et aculeatis, trita mellis odo rem habet, digitis tactu eius cohærentibus. Altera thuris, quã libanotidẽ appellamus. Medetur utraq; cõtra ſerpentes ex uino uel aceto. Pulices etiã contritæ cũ aqua ſparſæ necãt. Satiua quoq; ſuos uſus habet. Succus eius cum roſacco auricłas iuuat. Ipſa ad ictus bibitur. Fit et ex ea mõtana, ſerpillo ſilis, efficax cõtra ſerpẽtes. Vrinã mouet, purgat et à partu mulieres. Concoctionẽ mire adiuuat, et ad cibos auiditatẽ. Vtraq; uel in cruditate ieiunis in potiõe aſpſa. Luxatis quoq; utilis. Contra ueſparum et ſimiles ictus, ex farina hordeacea & poſca, utiliſſima. Libanotidis alia genera ſuis dicentur locis.

De piperiti et origano, et oniti praſio, et tragorigano, et heraclio, et lepidio, et de gith, ſiue melanthio, & aniſo. Caput .XVII.

PIperitis quam et ſiliquaſtrũ appellauimus, contra morbos comitiales bibitur, Caſtore taliter demõſtrante. Caule rubro et longo, denſis geniculis, folijs lauri, ſemine albo, tenui, guſtu piperis. Vtilis gingiuis, dentibus, oris ſuauitati, et ructibus. Origanum quod in ſapore cunilam æmulatur (ut diximus) plura genera in medicĩa habet, et onitin uel praſion appellant, non diſſimile hyſſopo. Priuatim eius uſus contra torſiones ſtomachi in tepida aqua, et cruditates. Contra araneos ſcorpionesq; in uino albo. Luxata et cõtuſa in aceto, et oleo, et lana. Tragoriganõ

ſimile eſt

Tragoriganũ *ſimile eſt ſerpillo ſylueſtri. Vrinã ciet, tumores diſcutit, contra uiſcum potum uiperæq́; ictũ efficaciſsimum, ſtomachoq́; acida ructãti et præcordijs. Tuſſientibus quoq; cũ melle datur, et pleureticis, et peripneumonicis. Heracliũ quoq; tria genera habet, nigrius latioribus folijs glutinoſum. Alterum exilioribus mollibusq́;, ſanſuco nõ diſſimile, quod aliqui præſion uocare malunt. Tertiũ eſt inter hæc mediũ, minus q̃ cætera efficax. Optimũ aũt Creticũ. Nam et iucunde olet. Proximũ Smyrneũ. Deinde heracleoticum ad potum utilius, quod onitin uocant. Cõmunis aũt uſus ſerpentes fugare: Percuſſis eſui dare decoctũ: Potu urinã ciere: Ruptis cõuulſis mederi cũ panacis radice: Hydropicis cũ fico, aut cũ hyſſopo, acetabuli mẽſuris decoctũ ad ſextã. Itẽ ſcabiẽ, pruriginem, pſoras ĩ deſcenſiõe balnearũ. Succus auribus infunditur cum lacte mulieris. Tõſillis quoq; & uuis medetur: Capitis ulceribus. Venena opij & gypſi extinguit decoctũ, ſi cũ cinere et uino bibatur. Aluũ mollit acetabuli mẽſura. Sugillatis illinitur: Itẽ dentiũ dolori, qbus etiã et candorẽ facit cũ melle et nitro. Sanguinẽ nariũ ſiſtit. Ad parotidas decoqtur cũ hordeacea farina. Ad arterias aſperas cũ galla & melle teritur. Ad liené folia cũ melle et ſale. Craſsiores pituitas et nigras extenuat coctũ cũ aceto et ſale ſumptũ paulatim. Regio morbo tritũ cũ oleo in nares funditur. Laſſi punguntur ex eo, ita ut ne uenter attingatur.

*Tragoriganũ ſimilis &c. ſic quidẽ in oĩbus fere exemplaribus legitur, cũ tamẽ ſi le ex artis obſeruatiõe legendum ſit. Verũ Plinius non obſeruato fortaſſis diligẽter noĩs genere, ſecutus eſt græcã figurã apud Dioſcoridẽ de tragorigano loquentẽ ubi ſic legitur. τραγορίγανος θαμνίσκος ἐςὶν ὀριγάνῳ ἢ ἑρπύλλῳ ὁμοιος. Nã utroq; genere origanus et origanũ, et tragori-

attingatur. Epinyctidas cum pice ſanat. Furunculos
apit cũ fico trita. Strumas cũ oleo et aceto et farina
hordeacea. Lateris dolores cũ fico illitũ. Fluxiones
ſanguinis in genitalibus tuſum ex aceto illitũ. Reli-
quas purgationũ à partu. Lepidiũ inter urentia in
telligitur. Sic et in facie cutẽ emendat exulcerãdo,
ut tamen cera et roſaceo facile ſanetur. Sic lepras et
pſoras tollit ſp̄ facile, et cicatricũ ulcera. Tradũt in
dolore dentiũ adalligatũ brachio q̃ doleat, cõpeſce-
re dolorẽ. Gith ex græcis, alij melanthiõ, alij me-
laſpermon uocant: Optimũ q̃ excitatiſſimi odoris,
et q̃ nigerrimũ. Medetur ſerpentiũ plagis et ſcorpio
num. Illini ex aceto & melle reperio. Incenſoq́; ſer-
pentes fugari. Bibitur drachma una cõtra araneos.
Diſtillationẽ nariũ diſcutit tuſum ĩ linteolo olfactũ.
Capitis dolores illitum ex aceto et infuſum naribus.
Cum irino oculorũ epiphoras et tumores. Dentium
dolores coctũ cum aceto. Vlcera oris tritum aut cõ
manducatũ. Item lepras et lentigines ex aceto. Diffi
cultates ſpirandi addito uino potum. Duritias tumo
resq́; ueteres et ſuppurationes illitũ. Lac mulierũ au
get continuis diebus ſumptũ. Colligitur ſuccus eius,
ut hyoſcyami. Similiter largius uenenum eſt, quod
miremur, cum ſemen gratiſſime panes etiam con-
diat. Oculos quoq; purgat, urinam et mẽſtrua ciet.
Quinimo linteolo alligatis tantũ granis .XXX. ſe-
cundas trahi repio. Aiunt & clauis in pedibus me-

ganus et trago riganum dici-tur.

deri tritũ

deri tritum in urina. Culices ſuffitu necare. Item mu ſcas. Et aniſum aduerſus ſcorpiones ex uino bibitur, à Pythagora inter pauca laudatum, ſiue crudū, ſiue decoctum. Item uiride aridúmue, oībus quæ condiuntur, quæq; intinguntur deſideratū. Panis etiam cruſtis inferioribus ſubditum. Saccis quoq; additur. Cum amaris nucibus uina commendat. Quin ipſum oris halitū iucundiorē facit. Fœtoremq; tollit mandeatum matutinis cum ſmyrneo, & melle exiguo. Mox uino collutum uultum iuniorem præſtat, inſomnia leuat ſuſpenſum in puluino, ut dormientes olfaciant. Appetētiam ciborū præſtat, quando id quoq; inter artificia deliciæ fecere, ex quo labor deſijt cibos poſcere. Ob has cauſas quidā anicetū id uocauere. Laudatiſſimum eſt Creticū. Proximum Aegyptium. Hoc liguſtici uicē præſtat in condimentis. Dolores capitis leuigat ſuffitū naribus. Epiphoris oculorum radicem eius tuſam imponit Iolas: ipſum cū croco pari modo et uino, et per ſe tritum cum polēta ad fluctiones, extrahendaq;, ſi qua in oculis inciderint. Nariū quoq; carcinodes cōſumit illitum ex aqua. Sedat anginas cum melle et hyſſopo ex aceto gargarizatum. Auribus infunditur cum roſaceo. Thoracis pituitas purgat toſtum, cum melle ſumptū melius. Cum acetabulo aniſi nuces amaras. L. purgatas tere in melle ad tuſſim. Facillie uero aniſi drachmæ tres, papaueris duæ miſcentur melle ad fabæ magnitudinem,*

** Nariū quoq; cardines, ſic q dem legitur in exemplaribus q̄ uiderim oībus. Attamen rectius mihi legendū ex Celſo uidetur loco cardines, carcinodes, ut apud quem lego li. 6. c. 8. In naribus naſci quādoq; carūculam, q̄ polypus dicitur, q̄ ferè eſt carcinodes, hoc eſt cācri ſpeciem referens.*

magnitudinem et ternis diebus ſumuntur. Præcipuũ autem eſt ad ructus, ideo inflationibus ſtomachi, & inteſtinorum torminibus, & cœliacis medetur. Singultus et olfactum decoctum potumq́; inhibet. Foliis decoctis digerit cruditates. Succus decocti cum apio olfactus ſternutamenta inhibet. Potum ſomnum concitat. Calculos pellit. Vomitiones cohibet, et præcordiorũ tumores. Et pectorũ uitijs, neruis quoq; quibus ſuccinctum eſt corpus, utiliſſimum. Prodeſt eius et capitis doloribus inſtillari ſuccũ cum oleo decocti. Non aliud utilius uẽtri & inteſtinis putant, ideo dyſentericis et teneſmis datur toſtum. Aliqui addunt & opium pilulis in die ternis lupini magnitudine, & in uini cyatho dilutis. Dieuces & ad lumborum dolores ſucco uſus eſt. Semen hydropicis & cœliacis dedit tritum cum menta. Verum et radicem ad renes. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cum opio: Itẽ uuluarũ dolori. Deditq́; bibendũ cũ anetho parturiẽtibus. Phreneticis quoq; illinunt recens cũ polenta. Sic et infantibus, comitiale uitiũ aut cõtractiões ſentiẽtibus. Pythagoras quidẽ non corripi uitio comitiali in manu habentes: Ideoq́; q̃plurimum domi ſerẽdum. Parere quoque facilius olfactantes. Et ſtatim à partu dandum potui polenta aſperſa. Soſimenes contra omnes duritias ex aceto uſus eſt. Eo & contra laſſitudines in oleo decoquẽs addito nitro. Semine eius poto, laſ-

ſitudinis auxiliũ uiatoribus ſpopõdit. Heraclides ad inflationes ſtomachi ſemen tribus digitis cũ caſtorei obolis duobus ex mulſo dedit: Similiter ad uẽtris aut inteſtinorũ inflationes: Et orthopnoicis, quod ternis digitis prehenderit ſeminis, tantundẽ hyoſcyami cũ lacte aſinino. Multi uomituris, acetabula eius, & folia lauri decem trita in aqua, bibenda inter cœnam ſuadent. Strangulationes uuluæ, ſi mãducetur et linatur calidũ, uel ſi bibatur cũ caſtoreo in aceto et melle, ſedat. Vertigines à partu cũ ſemine cucumeris et lini pari mẽſura trinũ digitorũ, uini albi tribus cyathis diſcutit. Cleopolemus ad quartanas trinis digitis ſeminis anisi & fœniculi uſus eſt, in aceto & mellis cyatho uno. Lenit articlãres morbos, cũ amaris nucibus illitũ. Sunt et q aſpidũ uenenis aduerſari naturã eius putẽt. Vrinã ciet. Sitim cohibet. Venerẽ ſtimulat. Cũ uino ſudorẽ leniter præſtat. Veſtes quoq; à tineis defendit. Efficacius ſp recẽs et quo nigrius. Stomacho tamen inutile eſt præterq̃ inflato.

De anetho et ſagapeno, et de papauere albo & nigro, & quomodo ſuccus herbarũ colligendus eſt, & de opio. Caput .XVIII.

ANethum quoq; ructus mouet, et tormĩa ſedat. Aluũ ſiſtit. Epiphoris radices illinuntur ex aqua uel uino. Singultus cohibet ſemẽ feruẽs olfactum. Sumptũ ex aqua, ſedat cruditates. Cinis eius uuã in faucibus leuat: oculos et geniturã hebetat. Sa-

copenium

copenium quod apud nos gignitur, in totum tranſmarino alienatur. Illud enim ammoniaci lachrymæ ſimile, ſagapenon uocatur. Prodeſt laterum et pectoris doloribus conuulſis, tuſſibus ueteribus excreationibusq́; præcordiorum tumoribus. Sanat & uertigines, tremulos, opiſthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones. Datur et olfactandum ex aceto in ſtrangulatu uuluæ. Cæteris & potu datur, et cum oleo infricatur. Prodeſt & contra mala medicamenta. Papaueris ſatiui diximus genera, & ſponte naſcentis alia pmiſimus. Sed ſatiui albi calyx ipſe teritur, & bibitur ſomni cauſa. Semen elephantijs medetur. E nigro papauere ſapor gignitur ſcapo inciſo, ut Diagoras ſuadet, cum turgeſcit: ut Iollas, cũ defloreſcit, hora diei ſereni: hoc eſt, cum ros in eo exaruerit. Incidi iubent ſub capite & calyce. Nec in alio genere ipſum inciditur caput. Succus et hic, et herbæ cuiuſq́; lana excipitur: aut ſi exiguus eſt, ungue pollicis aut lactucis, et poſtero die magis quod inaruit. Papaueris uero largus denſatur, & in paſtillos tritus in umbra ſiccatur, non ui ſoporifera modo, uerum ſi copioſior hauriatur, etiam mortifera per ſomnum: opion uocant. Sic ſcimus interemptum Licinij Cecinnæ prætorij uiri patrem in Hiſpania baiuli, cum ualetudo impatibilis odium uitæ feciſſet: Item pleroſque altos. Qua de cauſa magna concertatio extitit. Diagoras & Eraſiſtratus in totum dam-

dd ij nauere,

nauere, ut mortiferum, infundi uetantes. Præterea quoniã uiſui noceret. Addidit Andreas, ideo non ptinus excæcari eo, quoniam adulteratur Alexandriæ. Sed poſtea uſus eius non improbatus eſt medicamento nobili, quod diacodion uocant. Semine quoq; eius trito in paſtillos, è lacte utuntur ad ſomnũ. Item ad capitis dolores cum roſaceo. Cum his aurium dolori inſtillatum. Podagris illinitur cum lacte mulierum. Sic et folijs ipſis utuntur ad ſacros ignes. Item uulnera cum aceto. Ego tamẽ damnauerim collyrijs addi. Multoq; magis quas uocãt lexipyretas, quasq; pepticas et cœliacas. Nigrum tamẽ in cœliacis uino datur. Satiuum omne magis rotundat capita. At ſylueſtri longum ac puſillum, & ad oẽs effectus ualentius. Decoquitur et bibitur contra uigilias, eademq; aqua fouent ora. Optimis in ſiccis, & ubi raro pluit. Cum capita ipſa et folia decoquuntur, ſuccus meconium uocatur, multum opio ignauior. Experimentum opij eſt primum odore. Syncerum enim perpeti non mos eſt. Dein in lucernis, ut pura luceat flamma, aut extinctum demum oleat, quæ in fucato non eueniunt. Accenditur quoque difficilius, & crebro extinguitur. Eſt ſynceri experimentũ et in aqua, quæ nebula innatat, fictũ in poſca coit. Sed maxiẽ mirũ, æſtiuo ſole deprehendi. Syncerũ enim ſudat, et ſe diluit, donec ſucco recenti ſile fiat. Mneſides optiẽ ſeruari putat hyoſcyami ſemine adiecto. Alij in faba.

De erratico

De erratico et *ceratico,et glaucio ſiue paralio, *ſiue ceratiti. & heraclio ſiue aphro,et de diacodio,& tithymalo. Caput .XIX.

INter ſatiua eſt et ſylueſtria medium genus,quod niſi in aruis eſſet,ſponte naſceretur: Rhœam uocauimus et erraticū.Quidam id decerptum ꝓtinus cum toto calyce mandūt. Aluum exinaniunt capita quinq; decocta in uini tribus heminis:pota ſomnum faciunt.Sylueſtrium unū genus *ceratitin uocāt,nigrum,cubitali altitudine,radice craſſa et corticoſa, calyculo inflexo ut cornicla.Folia minora et tenuiora q̄ cæteris ſylueſtribus, ſemē exile.Tempeſtiuum eſt meſſibus. Aluū purgat dimidio acetabulo in mulſo.Folia trita cum oleo,argemas iumentorū ſanant. Radix acetabuli menſura cocta in duobus ſextarijs ad dimidias, datur ad lumborum uitia et iocineris. Carbunculis medentur ex melle folia.Quidam hoc genus glaucion uocant,alij paralion.Naſcitur enim in afflatu maris, aut nitroſo loco. Alterum eſt in ſylueſtribus generibus heraclion, uocatur ab alijs aphron,folijs(ſi procul intuearis)ſpeciem paſſerum præſentantibus,radice in ſumma terræ cute,ſemine ſpumeo.Ex hoc lina ſplendorē trahunt æſtate.Tunditur in pila comitialibus morbis,acetabuli menſura ſemen in uino albo. Vomitiones enim facit. Medicamento,quod diacodion et aſteriace uocatur,utiliſſimum.Fit autem huius papaueris aut cuiuſcunq;

Li.19.ca.8.

*ſiue ceraticū

ſyluestris capitibus. CXX. in aquæ cæleſtis ſextariis tribus biduo maceratis, in eademq; decoctis, deinde ſiccatis, iterumq; cum melle decoctis ad dimidias ptes uapore tenui. Addidere poſtea drachmas ſenas croci, hypociſtidis, thuris, acaciæ, & paßi Cretici ſextarium. Hac oſtentatione, ſimplex quidem et antiqua illa ſalubritas, papauere et melle cõſtat. Tertium genus eſt tithymalon, mecona uocant, alij para lion, folio leui, albo, capite magnitudinis fabæ. Colligitur uua florente. Siccatur in umbra. Semen potum purgat aluum, dimidio acetabulo in mulſo. Cuiuſcunq; autem papaueris caput uiride, uel ſiccum, illitum epiphoras oculorum lenit. Opium ex uino meraculo ſi protinus detur, ſcorpionum ictibus reſiſtit. Aliqui hoc tantum nigro tribuunt, ſi capita eius uel folia terantur.

De portulaca ſiue peplio, coriandro & atriplici. Caput .XX.

Eſt & portulaca quam peplion uocant, non multum ſatiua efficacior. Cuius memorabiles uſus traduntur. Sagittarũ uenena, & ſerpentiũ hæmorrhoidum et preſterum reſtringit, pro cibo ſumpta, et plagis impoſita extrahit. Itẽ hyoſcyamo poto, è paßoq; expreſſo ſucco. Cum ipſa non eſt, ſemen eius ſimili effectu pdeſt. Reſiſtit et aquarũ uitijs, capitis dolori, ulceribusq; in uino tuſa et impoſita. Reliqua ulcera cõmanducata cum melle ſanat. Sic &

ĩfantiū cerebro imponitur, umbilicoq́; prociduo. In epiphoris uero oĩm, fronte tēporibusq́; cū polenta. Sed ipſis oculis, è lacte & melle. Eadem, ſi ꝓcident, ꝓdeſt, folijs tritis cum corticibus fabæ. Puſtulis cum polenta & ſale, & aceto ac cera. Et ulcera oris, tumoremq́; gingiuarum commanducata cruda ſedat: itē dentium dolores. Tonſillarum ulcera, ſuccus decoctæ. Quidā adiecere paulum murræ. Nam & mobiles dentes ſtabilit cōmanducata. Cruditates ſedat, uocemq́; firmat, et ſitim arcet. Ceruicis dolores, cū galla et lini ſemine pari menſura ſedat. Mammarum uitia, cum melle aut cimolia creta Salutaris & ſuſpirioſis, ſemine cum melle hauſto. Stomachum in acetarijs ſumpta corroborat. Ardentibus febribus imponitur cum polenta. Et aliâs manducata refrigerat etiam inteſtina. Vomitiones ſiſtit. Dyſenteriæ et uomicis datur ex aceto, uel bibitur cū cumĩo. Tenaſmis autem cocta, et comitialibus cibo uel potu ꝓdeſt. Purgationibus mulierum, acetabuli menſura in ſapa. Podagris calidis, cum ſale illita, & ſacro igni. Succus eius potus renes iuuat, ac ueſicas. Ventris aĩalia pellit. Ad uulnerum dolores, ex oleo cum polēta imponitur. Neruorū duritias emollit. Metrodorus, q. ἐπιτομὴν τῶν ῥιζοτομουμένων ſcripſit, purgationibus à partu dandam cenſuit. Venerem ĩhibet, Venerisq́; ſomnia. Prætorij uiri pater eſt Hiſpaniæ princeps, quem ſcio ꝓpter impatibiles uuæ

 morbos,

morbos, radicem eius filo ſuſpenſam è collo gerere, præterq̃ in balneis, & ita liberatũ incõmodo omni. Quinetiam inueni apud autores, caput inde litũ diſtillationẽ toto anno nõ ſentire. Oculos tamẽ hebetare putatur. Coriandrũ inter ſylueſtria non inuenitur. Præcipuũ tamẽ eſſe cõſtat ſtatim Aegyptiũ. Valet cõtra ſerpentiũ genus unum, qđ amphiſbænas uocant, potũ impoſitumq;. Sanat et alia uulnera: Epinyctidas, puſtulas tritũ. Sic et oẽs tumores collectionesq;, cum melle aut uua paſſa. Panos uero ex aceto tritũ. Seminis grana tria in tertianis deuorari iubẽt aliq ante acceſſionẽ: uel plura illini fronti. Sunt qui et ante ſolis ortũ ceruicalibus ſubijci efficaciter putent. Vis magna ad refrigerãdos ardores uiridi. Vlcera quoq; quæ ſerpunt, ſanat cũ melle, uel uua paſſa. Itẽ teſtes, ambuſta, carbunculos, aures, cum lacte mulieris, epiphoras oculorũ, uẽtris et inteſtinorũ fluxiones. Seniẽ ex aqua potũ bibitur in choleris cũ ruta. Pellit aĩalia interaneorũ, cũ mali punici ſucco et oleo ſemen potum. Xenocrates tradit rem miram, ſi uera eſt: Menſtrua cõtineri uno die, ſi unũ granũ biberint fœmĩæ, biduo ſi duo, et totidẽ diebus quot grana ſumpſerint. M. Varro, coriandro ſubtrito cũ aceto, carnẽ incoruptam æſtate ſeruari putat. Atriplex et ſylueſtre eſt et ſatiuũ, accuſatum à Pythagora, tanq̃ faceret hydropicos, morboſq; regios et pallorem. Coquitur difficillime, ac ne in hortis quidem

iuxta id

iuxta id naſci quicq̃ niſi languidum culpauit. Addidere Dionyſius et Diocles, *plurimos gigni ex eo morbos.* Nec *niſi mutata ſæpius aqua coquendum: ſtomacho contrarium eſſe, lentigines & papulas gignere.* Miror, *quare difficulter in* Italia *id naſci tradiderit* Solon *Smyrnæus.* Hippocrates *uuluarũ uitijs id infundi cum beta.* Lycus Neapolitanus *cõtra cantharidas bibendum dedit.* Panos, *furunculos incipientes, duritias omnes, uel coctọ, uel crudo utiliter illini putant.* Item *ignem ſacrum, cum melle, aceto, nitroq; : Similiter podagris.* Vngues *ſcabros detrahere dicitur ſine ulcere. Sunt qui in morbo regio dent ſemen eius cum melle, arterias & tonſillas nitro addito perfricẽt, aluũ moueãt, coctọ aut per ſe, aut cũ malua, aut lẽticula, concitãtes uomitiones:* Syluestri *capillos tingũt, et ad ſupradicta utuntur medicina.*

De *malua, malope, & althea, & lapatho, & oxylapatho, & hydrolapatho, & hippolapatho, & bulapatho.* Ca. .XXI.

E *Contrario in magnis laudibus malua eſt utraq; , & ſatiua & ſylueſtris.* Duo *genera earũ amplitudine folij diſcernuntur.* Maiorẽ *græci malopen uocant in ſatiuis. Alterã, ab emolliendo uẽtre, dictã putant malachen .* E *ſylueſtribus, cui grande foliũ & radices albæ, althea uocatur, ab excellẽtia effectus: à quibuſdã ariſtalthea.* Omne *ſolũ in quo ſeruntur, pinguius faciunt.* Huic *contra oẽs aculeatos*

ictus

ictus efficacior uis, præcipue ſcorpionū, ueſparū, ſimiliūq́;, & muris aranci. Quin et trita cū oleo qua libet earū puncti antè, uel habētes eas, nō feriūtur. Foliū impoſitū ſcorpionibus torporē affert. Valent contra uenena. Aculeos omnis extrahunt illitæ crudæ, aut cum anetho potæ. Decoctæ uero cum radice ſua, leporis marini uenena reſtringunt: & ut quidā dicunt, ſi uomatur. De eiſdē mira & alia tradūtur. Sed maxīe, ſi quotidie qs ſucci ex qualibet earū ſorbeat cyathū dimidiū, oībus morbis cariturum. Vlcera manantia in capite ſanant, in urina putrefactæ lichenas, & ulcera oris cum melle. Radix decocta, furfures capitis et dentiū mobilitates. Eius quæ unū caulē habet, radice circa dentē qui doleat punge, donec deſinat dolor. Eadem ſtrumas & parotidas panosq́;, addita hoīs ſaliua, purgat citra uulnus. Semē in uino nigro potū, à pituita & nauſeis liberat. Radix mā marū uitijs occurrit, adalligata ī lana nigra. Tuſsim in lacte cocta, & ſorbitionis modo ſumpta, quinis diebus emendat. Stomacho īutiles Sextus Niger dicit. Olympiades Thebanus, abortiuas eſſe cū adipe anſeris. Aliqui purgari fœminas, folijs earum manus plenæ menſura, in oleo & uino ſumptis. Vtique conſtat, parturientes folijs ſubſtratis celerius ſolui, p̄tinus à partu reuocāda, ne uulua ſequatur. Dat & ſuccum bibendum parturientibus ieiunis, in uino decocta hemina. Quin & ſemen tritum adalligant

brachio, genitale non continentium. Adeoq; ea Veneri naſcũtur, ut ſemen unicaulis aſperſum genitali, fœminarum auiditates augere ad infinitum Xenocrates tradat. Item tres radices iuxtà adalligatas, tenaſmo & dyſentericis utiliſſime infundi. Itẽ fœdis uitijs, uel ſi foueantur. Melancholicis quoque ſuccus datur cyathis ternis tepidus, & inſanientibus quaternis. Decoctæ comitialibus heminæ ſucci. Hic & calculoſis, & inflatione, & torminibus, aut opiſthotonico laborantibus, tepidus illinitur. Et ſacris ignibus & ambuſtis, decocta in oleũ folia imponuntur: & ad uulnerũ impetus cruda cum pane. Succus decoctæ neruis ꝓdeſt, & ueſicæ, & inteſtinorũ roſionibus. Vuluas & cibo & infuſione mollit ĩ oleo, ſuccus decoctæ pori meatus ſuaues facit. Altheæ ĩ omnibus ſupradictis efficacior radix, præcipue cõuulſis ruptisq́;. Cocta in aqua aluũ ſiſtit. Ex uino albo ſtrumas & parotidas, & mãmarum inflãmationes, & panos in uino folia decocta & illita tollunt. Eadẽ arida in lacte decocta, quamlibet pernicioſæ tuſſi citiſſime medentur. Hippocrates uulneratis, ſitiẽtibusq́; defectu ſanguinis, radicis decoctæ ſuccum bibendum dedit. Et eam uulneribus cũ melle & reſina, itẽ conuulſis, luxatis, tumẽtibus, & muſculis, neruis, articulis impoſuit. Et aſmaticis ac dyſentericis in uino bibendũ dedit. Mirũ, aquã radice ea addita addẽſari ſub diuo, atq; elacteſcere. Efficacior aũt quo recentior.

tior. Nec lapathũ diſſiles effectus habet. Eſt aũt ſyluestre, quod alij oxalidẽ appellant, ſatiuo proximum, folijs aquoſis, colore betæ cãdidæ, radice minima: noſtri uero rumicẽ, alij lapathũ cantherinũ, ad ſtrumas cum axungia efficaciſsimũ. Eſt & alterum genus fere, oxylapathon uocant, ſatiuo idẽ ſimilius, & acutiora habet folia ac rubriora, nõ niſi in paluſtribus naſcens. Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum. Eſt & aliud hippolapathon, maius ſatiuo, candidiusq́; ac ſpiſſius. Syluestria ſcorpionũ ictibus medẽtur, & ferire ꝓhibent habẽtes. Radix aceto decocta ſi coletur, ſuccus dẽtibus auxiliatur: ſi uero bibatur, morbo regio. Semẽ ſtomachi inextricabilia uitia ſanat. Hippolapathi radices priuatim ungues ſcabroſos detrahunt. Dyſentericos, ſemẽ duabus drachmis in uino potum, liberat. Oxylapathi ſemen lotum in aqua cæleſti, ſanguinẽ ꝓdeſt reijciẽtibus: Adiecta acacia lentis magnitudine ꝓdeſt. Præſtantiſsimos paſtillos faciũt ex folijs & radice, addito nitro & iure exiguo. In uſu aceto diluunt. Sed ſatiuũ in epiphoris oculorũ illinunt frontibus. Radice melicerias & lepras curant. In uino uero decocta, ſtrumas & parotidas, & calculos. Poto uino & lienes, cœliacos æque et dyſentericos, & tenaſmos. Ad eadẽq́; oĩa efficacius ius lapathi: & ructus facit, et urinã ciet, & caliginẽ oculorum diſcutit: Itẽ pruritũ corporis, in ſolia balnearũ additũ, aut prius ipſum

illitum

illitum ſine oleo. Firmat & commanducata radix dentes. Eadẽ decocta cũ uino, ſiſtit aluũ: folia ſoluunt adiecto ſale. Adiecit Solon (neq; ut omittamus) bulapathon: radicis tantum altitudine differẽs, & ergà dyſentericos efficacis effectus, potum ex uino.

De ſinapis tribus generibus, & marubio, & ſerpyllo, & ſiſymbrio, ſiue thymbræo, & de lini ſemine, & blito. Ca. .XXII.

Sinapis, cuius in ſatiuis tria genera diximus, Pythagoras principatũ habere ex his, quorũ ſublime uis feratur, iudicauit, quoniã nõ aliud magis in nares & cerebrũ penetret. Ad ſerpentium ictus & ſcorpionũ tritum cum aceto illinitur. Fungorũ uenena diſcutit. Cõtra pituitã tenetur in ore donec liqueſcat, aut gargarizatur cum aqua mulſa. Ad dẽtium dolorẽ manditur. Ad uuã gargarizatur cum aceto & melle. Stomacho utiliſſimum cõtra oĩa uitia, pulmonibusq;. Excreationes faciles facit in cibo ſumptum. Datur & ſuſpirioſis. Item comitialibus tepidum cum ſucco cucumerũ. Senſus atq; ſternutamẽta capitis purgat, aluum mollit, mẽſtrua & urinã ciet. Et hydropicis imponitur. Cum fico et cumino tuſum ternis partibus comitiali morbo. Et uuluarũ conuerſionẽ ſuffitum excitat odore aceto mixto. Itẽ lethargicos. Adijcitur tordilion. Eſt aũt id ſemen ex ſeſili. Et ſi uehementior ſomnus lethargicos premat, cruribus aut etiã capiti illinitur cũ fico et aceto. Veteres

*do!ores thoracis, lumborũ, coxendicum, humerorũ, & in quacunq; parte corporis ex alto uitia extrahenda ſunt, illitũ cauſtica ui emendat puſtulas faciendo. At in magna duritia ſine fico impoſitũ: uel ſi uehementior urigo timeatur, ꝑ duplices pannos. Vtuntur ad alopecias cum rubrica, pſoras, lepras, phthiriaſes, lithanicos, opiſthotonicos. Inungũt quoq; ſcabras genas, aut caligantes oculos cũ melle. Succusq; tribus modis exprimitur in fictili, caleſcitq; in eo in ſole modice. Exit & è cauliculo ſuccus lacteus, qui ita cum induruit, dentium dolori medetur. Semen ac radix cum immaduere, muſto cõteruntur. Manusq; plenæ menſura ſorbentur ad firmãdas fauces, ſtomachum, oculos, caput, ſenſusq; omnes. Mulierũ etiã laſſitudines, ſaluberrĩo genere medicinæ. Calculos quoque diſcutit potũ ex aceto. Illinitur & liuoribus ſugillatisq; cum melle & adipe anſerino, aut cera Cypria. Fit & oleum ex ſemine madefacto in oleo expreſſoq;, quo utũtur ad neruorũ rigores, lumborũq; et coxendicũ ꝑfrictiões. Sinapis naturã effectusq; eoſdem habere traditur adarca, inter ſyluas tacta, in cortice calamorũ ſub ipſa coma naſcens. Maru biũ pleriq; inter primas herbas cõmendauere, * qđ græci praſion uocãt, alij linoſtrophon, nõnulli philopæda, aut ✠ philocares, notius q̃ ut ĩdicandũ ſit. Huius folia ſemenq; cõtrita ꝓſunt cõtra ſerpentes, pectorum & lateris dolores, tuſſim ueterem. Et ijs qui ſanguinem*

* Vetus lectio quem, habet. Vnde, quã, for taſſis legẽdum uidetur, ut ad herbam referatur.

✠ Dioſc. philophares.

ſanguinẽ eijciunt eximie utile, ſcapis eius cum panico aqua decoctis, ut aſpitas ſucci mitigetur. Imponitur *ſtrumis cũ adipe. Sunt qui uiridis ſemen q̃tum duobus digitis capiãt, cũ farris pugillo decoctũ, addito exiguo olei & ſalis, ſorbere ieiunos ad tuſsim iubeant.* Alij *nihil cõparant.* In *eadẽ cauſa marubij et fœniculi ſuccis ad ſextarios ternos expreſſis, decoctisq; ad ſextarios duos, cum addito mellis ſextario rurſus decocto ad ſextarios duos, ſi cochlearij mẽſura in die ſorbeatur in aquæ cyatho.* Et *uiriliũ uitijs tuſum cũ melle mire pdeſt. Lichenas purgat ex aceto.* Ruptis, *conuulſis, ſpaſmatũ neruis ſalutare.* Potũ *aluum ſoluit cum ſale & aceto.* Item *mẽſtrua & ſecundas mulierũ. Arida farina cum melle ad tuſsim ſiccã efficaciſsima eſt.* Itẽ *ad gangrenas & pterygia. Succus uero articulis, & è naribus morbo regio, minuẽdæq; bili cũ melle pdeſt.* Itẽ *contra uenena inter pauca potẽs.* Ipſa *herba ſtomachum & excreationes pectoris purgat.* Cum *iride & melle urinam ciet.* Cauẽda *tamen exulceratæ ueſicæ & renũ uitijs.* Dicitur *ſuccus claritatem oculorũ adiuuare. Caſtor marubij duo genera tradit:* Nigrum, *& qđ magis probat, candidum.* In *ouum inane ſuccũ adijcit is, ipſumq; ouum infundit melle æqs portionibus tepefactum, uomicas rumpere, purgare, perſanare promittẽs.* Illitis *etiam uulneribus à cane factis tuſa cum axungia ueteri.* Serpillũ *à ſerpẽdo putãt dictum.*

ctum. Quod in ſylueſtri euenit, in petris maxime. Satiuũ non ſerpit, ſed ad palmi altitudinẽ increſcit. Pinguius uoluntariũ, & candidioribus folijs & ramis, aduerſus ſerpẽtes efficax, maxime cenchrin & ſcolopẽdras terreſtres ac marinas, & ſcorpiones decoctis in uino ramis folijsq;. Fugat & odore, cominus ſi uratur. Et contra marinorũ uenena præcipue ualet. Capitis doloribus decoctũ in aceto illinitur temporibus ac fronti cũ roſaceo. Itẽ phreneticis, lethargicis: cõtra tormina, & urinæ difficultatẽ, anginas, uomitiones drachmis quatuor datur. Ex aqua bibitur & ad iocinerũ dolores. Folia obolis quatuor dãtur ad lienẽ ex aceto. Ad cructas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis. Siſymbriũ ſylueſtre à quibuſdã thymbræum appellatũ, pedali non amplius altitudine. Quod ĩ riguis naſcitur, ſimile naſturtio eſt. Vtrunq; efficax aduerſus aculeata aĩalia, ut ſunt crabrones & ſimilia. Quod in ſicco ortũ odoratũ eſt, inſeritur coronis anguſtiore folio. Sedãt utraq; capitis dolorẽ. Item epiphoras. Alij panẽ addunt. Alij ꝑ ſe decoquũt in uino. Sanat & epinyctidas, cutisq; uitia ĩ facie mulierũ intra quartũ diem, noctibus impoſitũ, diebusq; detractũ. Vomitiones, ſingultus, tormina, ſtomachi diſſolutiones cohibet ſiue in cibo ſumptũ, ſiue in ſucco potum. Non edẽdum grauidis, niſi mortuo conceptu. Quippe etiam impoſitum eijcit. Mouet urinã cum uino potũ. Sylueſtre

& calcu

et calculos,quos uigilare opus ſit excitat infuſum capiti cum aceto. Lini ſemen cũ alijs qdem in uſu eſt. Et per ſe mulierũ cutis uitia emendat in facie. Oculorũ aciem ſucco adiuuat. Epiphoras cum thure & aqua,aut cũ myrrha. Cum uino ſedat parotidas. Cũ melle aut adipe, aut cera ſtomachi ſolutiones inſperſum polentæ modo. Anginas ĩ aqua & oleo decoctũ, & cum aniſo illitũ. Torretur ut aluũ ſiſtat. Cœliacis & dyſentericis imponitur ex aceto. Ad iocineris dolores eſtur cum uua paſſa, & ad phthiſin utiliſſime. Semine fiunt & ecligmata. Muſculorũ,neruorum,articulorum,ceruicum duritias, cerebri membranas mitigat farina ſeminis,nitro,aut ſale,aut cinere additis. Eadẽ cum fico item concoquit ac maturat. Cum radice uero cucumeris ſylueſtris extrahit quæcunq; corpori inhærent. Sic & fracta oſſa. Serpere ulcus in uino decocta ꝓhibet. Eruptiones pituitæ cum melle emẽdat. Vngues ſcabros cum pari modo naſturtij: & teſtiũ uitia & ramices cũ reſina & murra, & gãgrenas ex aqua. Stomachi dolores cũ fœno græco ſextarijs utriſq; decoctis in aqua mulſa. Inteſtinorũ et thoracis pniciosa uitia clyſtere ĩ oleo & melle. Blitũ iners uidetur ac ſine ſapore, aut acrimonia ulla. Vnde conuiciũ fœminis apud Menãdrum faciũt mariti. Stomacho inutile eſt. Ventrem adeo turbat,ut cholerã faciat aliquibus. Dicitur tamen aduerſus ſcorpiones potum e uino prodeſſe, &

clauis pedum illini. Item lieni et temporũ dolori ex oleo. Hippocrates menſtrua ſiſti eo cibo putat.

De meu, & fœniculo, et hippomarathro uel myſinco, & cannabi, & de ferula, & carduis. Caput .XXIII.

MEu in Italia nõ niſi à medicis ſeritur, & ijs admodũ paucis. Duo genera eius: Nobilius athamãticũ uocãt illi, tanq̃ ab Athamãte inuẽtũ, hi quoniã laudatiſſimũ i Athamãte repiatur, folijs aniſo ſiſe, et caule aliquãdo bicubitali, radicibus multis et obnigris, q̃buſdã altiſſimis. Minus ruffum q̃ illud alterũ. Ciet urinã in aqua potũ, radice trita uel de cocta. Inflationes ſtomachi mire diſcutit. Itẽ tormina & ueſicæ uitia, uuluarũq; articulis cũ melle. Infantibus cũ apio illitũ imo uẽtri, urinas mouet. Fœniculũ nobilitauere ſerpẽtes, guſtatu (ut diximus) ſenectã exuendo, oculorũq; aciem ſucco eius reficiendo. Vnde intellectũ eſt, hoĩum quoq; caliginẽ præcipue eo releuari. Colligitur hoc caule turgeſcẽte. In ſole ſiccatur, inungitur ex melle. Vbiq; hoc eſt. Laudatiſſimũ tamen in Iberia è lachrymis fit, & ex ſemine recẽti. Fit etiã è radicibus, prima germinatione inciſis. Eſt & in hoc genere ſyluestre, qđ alij hippomarathron, alij myſineũ uocant, folijs maioribus, guſtu acriore, pcerius brachiali craßitudine, radice candida. Naſcitur in calidis, ſed ſaxoſis. Diocles & aliud hippomarathri genus tradit, lõgo & anguſta

anguſto folio, ſemine coriãdri. Medicinæ ĩ ſatiuo, ad ſcorpionũ ictus & ſerpentiũ, ſemine ĩ uino poto. Succus & auribus inſtillatur, uermiculosq; ĩ his necat. Idipſum cõdimentis ꝓpè oĩbus inſeritur: Oxyporis etiam aptiſſime. Quin & cruſtis ſubditur panis. Semen ſtomachum diſſolutum aſtringit, uel in febribus ſumptum. Nauſeam ex aqua tritum ſedat. Pulmonibus & iocineribus laudatiſſimũ. Ventrem ſiſtit cum modice ſumitur, urinã excitat, & tormina mitigat decoctum, lactisq; defectu potum mãmas replet. Radix cum ptiſana ſumpta renes purgat, ſiue decocto ſucco, ſiue ſemine ſumpto. Prodeſt & hydropicis radix ex uino cocta: Item conuulſis. Illinuntur folia tumoribus ardentibus ex aceto. Calculos ueſicæ pellunt. Genituræ abundãtiam quoquo modo hauſtum facit. Verendis amiciſsimum, ſiue ad fouendum radice cum uino cocta, ſiue cõtrita in oleo illitum. Multi tumoribus & ſugillatis cum cera illinunt. Et radice in ſucco uel cum melle contra canis morſum utuntur, & contra multipedem ex uino. Hippomarathron ad omnia uehementius. Calculos præcipue pellit. Prodeſt ueſicæ cum uino leui, & fœminarum menſtruis, efficacius in eo ſemen q̃ radix. Modus in utroque, quod duobus digitis tritum additur in potionem. Petridius, qui ophiaca ſcripſit, & Micon qui rhizotomumena, aduerſus ſerpentes nihil hippomarathro efficacius putauere. Sanè & Ni-

eander non in nouißimis poſuit. Cannabis in ſyl uis primũ nata eſt, nigriore folio & aſpiore. Semen eius extinguere geniturã uirorũ dicitur. Succus ex eo uermiculos auriũ, & quodcũq; intrauerit eijcit, ſed cũ dolore capitis. Tantaq; uis ei eſt, ut aquæ infu ſa, coagulare eã dicatur. Et ideo iumentorũ aluo ſuc currit pota in aqua. Radix cõtractos articulos emol lit in aqua cocta: Itẽ podagras & ſimiles impetus. Ambuſtis cruda illinitur, ſed ſæpius mutatur, priusq̃ areſcat. Ferula ſemẽ ſimile anetho habet. Quæ ab uno caule diuiditur in cacumine, fœĩa putatur. Cau les eduntur decocti, cõmendanturq; muſto ac melle, ſtomacho utiles. Sin plures ſumpti, capitis dolores faciunt. Radix denarij pondere in uini cyathis duo- bus, bibitur aduerſus ſerpentes: Et ipſa radix impo- nitur. Sic & torminibus medetur. Ex oleo autẽ & aceto, cõtra ſudores immodicos uel in febribus ꝑfi- cit. Succus ferulæ aluũ ſiſtit, fabæ magnitudine deuo ratus. E uiridi ferula muſculus, utilis eſt ad oĩa ea ui tia. Ad ſanguinẽ ſiſtendũ decem grana ſeminis bibũ tur, in uino trita, uel medulla. Sunt qui comitialibus morbis dandũ putant luna quarta, ſexta, ſeptima, li- gulæ menſura. Natura ferularum murenis infeſtiſ- ſima eſt, tactæ ſiquidem ea moriuntur. Caſtor radi- cis ſuccum & oculorum claritati conferre multum putauit. Et de carduorum ſatu inter hortenſia di ximus, quapropter & medicinam ex ijs non diffe- ramus.

ramus. Syluestrium genera ſunt duo. Vnum fruticoſius à terra ſtatim. Alterum unicaule craſſius. Vtrique folia pauca, ſpinoſa, muricatis cacuminibus. Sed alter florem purpureũ mittit inter medios aculeos, celeriter caneſcentem, & abeuntem cum aura: ſcolymon Græci uocant. Hic anteq̃ floreat contuſus atque expreſſus, illito ſucco alopecias replet. Radix cuiuſque ex aqua decocta, potatoribus ſitim facere narratur. Stomachum corroborat: & uuluis (ſi credimus) etiam conferre aliquid traditur, ut mares gignantur. Ita enim Cherias Athenienſis ſcripſit, & Glaucias, qui circa carduos diligentißimus uidetur. Manducatus carduus hic, odorem commendat oris.

Confectio theriacæ, compoſitio medicaminis Antiochi. Caput .XXIIII.

SEd ante diſceſſum ab hortenſibus, unam compoſitionem ex his clariſſimam ſubtexemus, aduerſus uenenata animalia, inciſam lapide uerſibus in limine ædis Aeſculapij. Serpylli duûm denariorũ põdus: opoponacis & milij tantundem ſingulorum: trifolij pondus denarij: anethi & fœniculi ſeminis, & aniſi, et ammij, & apij, denariorũ ſenûm ſingulis generibus, erui farinæ duodecim. Hæc tuſa cribrataq́; uino quantum poßit excellenti, digeruntur in paſtillos, uictoriati pondere. Ex his ſinguli dantur ex uini mixti cyathis ternis. Hac theriaca magnus rex Antiochus aduerſus omnia uenena uſus traditur.*

Quidã principiũ huius libri ita legẽdũ putãt: In hor. ſe. & cor. iuſſit Cato, ut Cato, uocandi caſus ueluti per apoſtrophẽ ſit: ꝗbus ꝗdẽ uerbis Plin. Catonem quaſi ueniam precari uidetur, ut ꝗ utilia hactenus curauerit ſolũ, nũc etiã iucũda et amœna tractare uelit. Ideóque mox ipſe ſubiungit: Quippe reliqua, uſus alimẽtiq; gratiæ genuit.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XXI.

PROOEMIVM.

De natura florum & coronamentorũ, de mira florum uarietate. Caput .I.

IN HORTIS SERI ET *coronamenta iuſsit Cato, inenarrabili florũ maxime ſubtilitate: quando nulli poteſt facilius eſſe loqui, q̃ rerum naturæ pingere, laſciuienti præſertim, & in magno gaudio fertilitatis tam uarie ludenti. Quippe reliqua, uſus alimentiq; gratia genuit: ideoq; ſecula annosq; tribuit iis. Flores uero odoresq; de die in diem gignit: magna (ut palàm eſt) admonitione hominum, quæ ſpectatiſſime floreant, celerrime marceſcere. Sed nec pictura quidem ſufficienti imagini colorum reddédæ, mixturarum uarietati. Siue alterni atq; multiplices inter ſe nectantur, ſiue priuatis generum funiculis in orbem, in obliquũ, in ambitum, quædam coronæ per coronas currunt.*

De ſtrophiolo ſerto, & qui primum flores miſcere cœperint, & quando primum corolla inuenta uel appellata, & quare. Caput .II.

Tenuiori

Tenuioribus utebantur antiqui, ſtrophia appellantes, unde nata ſtrophiola. Quin & uocabulum ipſum tarde inde communicatum eſt, inter ſacra tantum & bellicos honores coronis ſuum nomen uindicantibus. Cum uero è floribus fierent ſerta, à ſerēdo ſeruiæ appellabantur: quod apud Græcos quoq; non adeo antiquitus placuit. Arborum enim ramis coronari in ſacris certaminibus, mos erat primum: Poſtea uariari cœptum mixtura uerſicolores. Florumq; inuicē odores coloresq; accendere Sicyonij, ex ingenio Pauſiæ pictoris atque Glyceræ coronariæ, dilectæ admodū illi, cum opera eius pictura imitaretur, & illa prouocaus uariaret, eſſetq; certamen artis ac naturæ: quales etiam nunc extant artificis illius tabellæ, atq; in primis appellata Stephanoplocos, qua pinxit ipſam. Idq; factū eſt poſt olympiadem centeſimam. Sic coronis è floribus receptis, paulo mox ſubiere quæ uocantur Aegyptiæ, ac deinde hybernæ: tum cum terra flores negat, ramento è cornibus tincto. Paulatimq; et Romæ ſubrepſit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollarijs, poſtq̄ è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

Quis primū coronā folijs aureis & argēteis dedit, & de honore coronarū apud antiquos, et de Scipionis honore, & de pactilibus coronis, & Cleopatræ reginæ facta. Ca. .III.

CRaſſus diues, primus argẽto auroq́ꝫ folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerũt quoq; & lemniſci, quos adijci ipſarum coronarũ honos erat ꝓpter hetruſcas, quibus iungi niſi aurei non debebant. Puri diu fuere ij. Cælare eos primum inſtituit P. Claudius Pulcher, bracteasq́; etiam philyræ dedit. Semper tamen autoritas uel ludicro quæſitaram fuit. Nanq; ad certamina in circum per ludos et ipſi deſcendebant, et ſeruos ſuos quoſq; mittebãt. Inde illa. XII tabularum lex: Qui coronam parit, ipſe pecuniaue eius, uirtutis ergo arguitur, quã ſerui equiue meruiſſent. Pecuniam partam lege dicit, nemo dubitauit. Quis ergo honos? ut ipſi mortuo, parentibusq́; eius, dum intus poſitus eſſet, foriſue ferretur, ſine fraude eſſet impoſita. Aliâs in uſu ꝓmiſcuo ne ludicræ quidem erant. Ingensq́; et his ſeueritas. L. Fuluius argentarius, bello Punico ſecundo, cum corona roſacea interdiu è pergula ſua in forũ perrexiſſe dictus, ex autoritate ſenatus in carcerem adductus, non ante finem belli emiſſus eſt. P. Mutianus, cum demptam Marſyæ coronam è floribus capiti ſuo impoſuiſſet, atque ob id duci eum in uincula triũuiri iuſſiſſent, appellauit. Tri. Pleb. Nec interceſſere illi aliter q̃ Athenis, ubi comeſſabundi iuuenes ante meridiẽ cõuentus ſapientiũ quoq; doctrinæ frequentabant. Apud nos exemplũ licentiæ huius nõ eſt aliud q̃ filia diui Augu ſti, cuius luxuria noctibus coronatum

Nõnulli legũt ꝓceſſiſſe.

coronatum Marſyam, literæ illius deſcribunt. Florũ quidem populus Ro. honorem Scipioni tantum adhibuit. Suario cognominabatur, ꝓpter ſimilitudinem Suarij cuiuſdam negociatoris. Ob id erat in tribunatu plebei admodum gratus, dignusq; Africanorũ familia. Nec ei fuit in bonis funeris impenſa. Aſſes ergo contulit populus, ac funus elocauit: quaq; parte ferebatur, flores è proſpectu omni ſparſit. Et iam tunc coronæ deorum honos erant, et larium publicorum priuatorumq;, et ſepulchrorũ, et maniũ. Summaq; autoritas pactili coronæ. Sutiles ſaliorum ſacris inuenimus et ſolennes cœnis. Tranſiere deinde ad roſaria: eoq; luxuria ꝓceßit, ut non eſſet gratia niſi mero folio: ſutilibus mox petitis ab India, aut ultra Indos. Laudatißimum quidem habetur è nardi folio eas dari, aut ueſte ſerica uerſicolores unguẽtis madidas. Hunc habet nouißime exitum luxuria fœminarum. Et apud græcos quĩdam de coronis priuatim ſcripſere Mneſteus atq; Callimachus medici, ꝙ nocerent capiti, quoniam & in hoc eſt aliqua ualetudinis portio: in potu atq; hilaritate præcipue, odorum ui ſurripiente fallaciter ſolertiam. Nanq; ſcelerata Cleopatra, apparatu belli Actiaci gratificationem ipſius reginæ Antonio timente, nec niſi prægustatos cibos ſumẽte, fertur ab ore eius luſiſſe extremis coronæ floribus ueneno illitis. Ipſaq; capiti impoſita, mox ꝓcedente hilaritate inuitauit Antoniũ,

ut coronas

ut coronas biberēt. Quis iſtas timeret inſidias? Ergo cōcerpta in ſcyphū incipienti haurire oppoſitā manu: En ego ſum, inqt, illa chare Antoni, quā tu noua prægustantiū diligētia caues, adeo mihi (ſi poſſim ſine te uiuere) occaſio et ratio adeſt. Inde eductū ē cuſtodia bibere iuſſit, ilico expirantē. De corōis extra

Lib.6.ca.6. ſupradictos ſcripſit Theop. apud græcos. Ex noſtris aūt inſcripſere aliq libros anthologicon. Flores uero pſecutus eſt nemo, q equidē inueniam. Nec nos nunc ſcilicet coronas nectemus. Id enim friuolum eſt. Sed de floribus quæ uidebuntur digna, memorabimus. Paucißima genera noſtri coronamentorū inter hortenſia nouere, ac penè uiolas roſaſq; tantum.

De roſa in coronis, & de generibus eius, & ubi ſeratur. Caput .IIII.

ROſa naſcitur ſpina uerius q̄ frutice, in rubo quoque ꝓueniens. Illic etiam iucundi odoris, q̄uis anguſti. Germinat oīs prīo incluſa granato cortice. Quo mox intumeſcente, et in uirides alabaſtros faſtigiato, paulatim rubeſcēs dehiſcit, ac ſeſe pandit, in calycis medio ſui ſtantis complexa luteos apices. Vſus eius in coronis ꝓpè nimius eſt. Oleo macera-

Iliados.23. ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ.

tur, idq; iam à Troianis temporibus, Homero teſte. Præterea in unguēta tranſit, ut diximus. Per ſe medicas artes præbet. Emplaſtris atq; collyrijs imponitur mordaci ſubtilitate. Menſarū etiā delicijs inungēdis minīe noxia. Contrà genera eius noſtri fecere

celeberrima,

celeberriã, Præneſtinã & Campanã. Addidere alij Mileſiã, cuius ſit ardentiſſimus colos, nõ excedentis duodena folia. Proximã ei Trachiniã, minus rubentẽ. Mox Alabandicã, uiliorẽ, albicãtibus folijs. Viliſſimã uero ꝑlibus, ſed minutiſſimis ſpermoniã. Differunt enĩ multitudine foliorũ, aſpitate, leuore, colore, odore. Pauciſſima quina folia, ac deinde nũeroſiora, cũ ſit genus eius quã centifoliã uocant, quæ eſt in Campania Italiæ, Græciæ uero circa Philippos: ſed ibi nõ ſuæ terræ ꝓuentu. Pangæus nanq; mõs in uicino ferè eſt, nũeroſis folijs ac paruis, unde accolæ trãſferentes cõſerunt, ipſaq; plantatione ꝓficiunt: Non aũt talis odoratiſſia eſt, nec cui latiſſimũ maximũq; folium. Breuiterq; indicium eſt odoris, ſcabritia corticis. Cepio Tiberij Cæſaris principatu, negauit centifoliã in coronis addi, præterq̃ extremos, uelut ad cardines, nec odore nec ſpecie ꝓbabilem. Eſt et quæ græca appellatur à noſtris, à græcis lychnis, nõ niſi in humidis locis ꝓueniens, nec unq̃ excedẽs. V. folia, uiolæ magnitudine, odore nullo. Eſt et alia græcula appellata, cõuolutis foliorũ pãniculis, nec dehiſcens niſi manu coacta, ſemperq; naſcẽti ſimilis, latiſſimis folijs. Alia funditur è caule maluaceo, folia oleacea habens: mosceuton uocãt. Atq; inter has media magnitudine autumnalis, quam coroneolam uocant: Omnes ſine odore, præterq̃ coroneola in rubo nata: tot modis adulterantur. Et aliàs uera quoque Moſceuma.

plurimum

plurimum ſolo præualet. Cyrenis odoratiſſima eſt, ideoq; ibi unguentum pulcherrimū. Carthagine Hiſpaniæ, hyeme quoq; tota præcox. Refert et cæli tēperies. Quibuſdā enim annis minus odorata ꝓuenit. Præterea locis oīs ſiccis q̄ humidis odoratior: Seri nec pinguibus uult, nec argilloſis locis, nec riguis, cōtenta ruribus: ꝓprieq; ruderatū agrum amat. Præcox Campana, ſera Mileſia. Nouiſſime tamen deſinit Præneſtina. Fodiuntur altius q̄ fruges, leuius q̄ uites. Tardiſſime ꝓueniunt ſemine, quod in ipſo cortice eſt ſub ipſo flore opertum lanugīe. Ob id potius caule cōciſo inſeruntur et ocellis radicis, ut harūdo.

Spermoniæ, Hermola. ma uult legendum eē Sūt q, ſpioniæ, putent.

Vnū genus inſeritur pallidæ, ſpinoſæ, lōgiſſimis uirgis quinquefoliæ, quæ græcula altera eſt. Omnis aūt reciſione atq; uſtiōe proficit. Tranſlatione quoq; ut uitis, optime ocyſſimeq; ꝓuenit, ſurculis quaternûm digitorum longitudine, aut ampliore, poſt uergiliarum occaſum ſata: dein per fauonium tranſlata, pedalibus interuallis, crebroq; circumfoſſa. Qui præcocem faciunt, pedali circa radicem ſcrobe aquā calidā infundunt, germinare incipiente calyce.

De lilio tria genera, et ratione ea inſerendi. Caput .V.

Lilium roſæ nobilitate ꝓximū eſt, & quadam cognatione unguenti oleiq;, quod lirinon appellatur. Et impoſitū etiam maxime roſas decet, medio ꝓuentu earum incipiens. Nec ullis florum excelſitas maior.

ſitas maior. Interdum cubitorũ trium, languido ſemper collo, et nõ ſufficiẽte capitis oneri. Candor eius eximius, folijs foris ſtriatis, et ab anguſtijs in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus effigie calathi, reſupinis per ambitũ labris, tenuiq; filo et ſemine ſtantibus in medio crocis. Ita odor colorq; duplex, ut alius calycis, alius ſtaminis, differentia anguſta. In unguenti uero oleiq; uſu folia, non ſpernuntur. Eſt flos non diſſimilis illi in herba quam conuoluolũ uocant, naſcens per fruteta, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantum referens, ac ueluti rudimentum naturæ lilia facere cõdiſcentis. Alba lilia iiſdẽ omnibus modis ſeruntur, quibus roſa. Et hoc amplius lachryma ſua, ut hippoſelinum, nihilq; eſt fœcundius, una radice quinquagenos ſæpe emittẽte bulbos. Eſt & rubens lilium, quod græci crinon uocãt. Alij florem eius cynorhodon. Laudatiſſimum in Antiochia & Laodicea Syriæ, mox in Phaſelide. Quartum locum obtinet in Italia naſcens. Sunt & purpurea lilia, aliquando gemino caule, carnoſiore tantum radice, maiorisq; bulbi, ſed unius: Narciſſum uocant: Huius alterum genus flore candido, calyce purpureo. Differentia à lilijs eſt & hæc, ꝙ narciſſis folia in radice ſunt, ꝓbatiſſimis in Lyciæ montibus. Tertio generi cætera eadem. Calyx herbaceus. Omnes ſerotini. Poſt arcturum enim florent, ac per æquinoctium autumnũ. Inuenta eſt in his et ratio inſerendi,

monſtrificis

monſtrificis hominum ingenijs. Colliguntur nanque menſe Iulio ſcapi areſcentes, liliaq; ſuſpendunt in fumo. Dein nudantibus ſe nodulis, in fæce nigri uini uel græci menſe Martio macerantur, ut colorem accipiant, atque ita in ſcrobiculis ſeruntur, heminis fæcis circumfuſis. Sic fiunt purpurea lilia: mirúmque, ita tingi aliquid, ut naſcatur infectum.

De uiolis et de caltha, et de baccare, combreto, aſaro & croco. Caput .VI.

Violis honos proximus. Earum plura genera. Purpureæ, luteæ, albæ: plãtis oēs ut olus ſatæ. Ex ijs uero quæ ſponte * apricis et macris locis proueniunt purpureæ, latiore folio ſtatim ab radice carnoſo exeunt, ſolæq; græco noīe à cæteris diſcernuntur, appellatæ Ia, ut ab his Ianthina ueſtis. Sed ſatiuis maxīa autoritas luteis. Genera ijs tuſculana, et quæ marina appellatur, folio aliquãto latiore, ſed minus odorato. In totum uero ſine odore, minutoq; folio calathiana, munus autumni, cæteris ueris. Proxima ei caltha eſt concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam, quinque folia non excedētem: eadem odore ſuperatur. Eſt enim grauis caltha. Non leuior ei quàm ſcopam regiam appellant: quanquam folia eius oleant, non flores. Baccar quoque radicis tantum odoratæ eſt, à quibuſdam nardum ruſticum appellatum. Vnguēta ex ea radice fieri ſolita apud antiquos, Ariſtophanes priſcæ comœdiæ poëta eſtis eſt. Vnde

* Opacis, ex Dioſcoride.

eſt. Vnde quidam errore falſo barbaricam eam appellabant. Odor eſt ei cinnamomo proximus. Gracili ſolo nec humido prouenit. Simillimum ei combretum appellatur, foliorum exilitate uſque in fila extenuata, & procerius q̃ baccar. Nec hæc ſunt tantum, ſed eorum quoq; error corrigendus eſt, qui baccar, ruſticũ nardum appellauere. Eſt enim alia herba ſic cognominata, quam græci aſaron uocant, cuius ſpeciem figuramq; diximus in nardi generibus. Quinimo aſaron inuenio uocitari, quoniam in coronas non addatur. Crocum ſylueſtre optimum ſerere in Italia minĩe expedit, ad ſcrupula uſq; ſingula areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo. Satiuum latius, maiusq́; et nitidius, ſed multo leuius degenerans. Sed nec ubiq; fœcundum, etiam Cyrenis, ubi ſemper flores laudatiſſimi. Prima nobilitas Cilicio croco, & ibi Coryco in mõte. Dein Lycio monte, Olympo. Mox Centuripino Siciliæ. Aliqui Phlegræo ſecundũ locũ dedere. Adulteratur nihil æque. Probatio ſynceri: ĩpoſita manu crepat ueluti fragile. Humidum enim, quod euenit adulteratione, cedit. Altera probatio: ſi manu prolata ad ora, leniter faciem oculosq́; mordeat. Et per ſe genus ſatiui blandiſsimum uulgo, cum ſit medio candidum, dialeucon uocant. Contrà Cyrenaico uitium, quod omni croco nigrius eſt, & celerrime marceſcit. Optimum ubicunque quod pinguiſſimum, & breuibus

capillis.

capillis. Peſſimum uero eſt, qđ ſitum redolet. Mutianus autor eſt, in Lycia anno ſeptimo aut octauo trãſferri in locum ſubactum, atque ita degenerans renouari. Vſus eius ĩ coronis nuſq̃. Herba enim eſt folio anguſto penè in capillamenti modum. Sed uino mire congruit, præcipue dulci, tritum, & ad theatra replenda. Floret uergiliarum occaſu paucis diebus, folioq; florem expellit. Viret bruma & colligitur. Siccatur umbra melius etiam hyberna. Carnoſa & illi radix, uiuaciorq; quàm cæteris. Gaudet calcari, & atteri pede, pereundoq; melius prouenit. Ideo iuxta ſemitas ac fontes lætiſſimum.

De floribus antiqs, & de odoramentorum diuerſitate, ſaliunca, & polio. Ca. .VII.

Home. Iliades 14. λωτόν θ' ἑρσήεντα ἰδὲ κρόκον ἠδ' ὑάκινθον.

TRoianis tpibus ei iam erat honos. Et hos certe flores Homerus treis laudat, lotõ, crocon, hyacinthum. Oĩm autem odoramentorũ, atq; adeo herbarum differentia eſt in colore, & odore, & ſucco. Odorato ſapor raro ulli nõ amarus, è cõtrario dulcia raro odorata: itaq; & uina odoratiora muſtis, ſylueſtria magis oĩa ſatiuis. Quorundã odor ſuauior è longinquo eſt, ꝓpius admotus hebetatur, ut uiolæ. Roſa recens à longinquo olet, ſicca ꝓpius. Oĩs autem uerno tpe acrior, & matutinis. Quicqd ad meridianas horas diei uergit, hebetatur. Nouella quoq; uetuſtis minus odorata. Acerrimus tamen odor oĩm æſtate media. Roſa & crocum odoratiora, cum ſerenis die-

nis diebus leguntur:& oĩa in calidis magis q̃ in frigidis. In Aegypto *tamẽ minime odorati flores, quia nebuloſus & roſcidus aër eſt à* Nilo *flumine.* Quo*rundam ſuauitati grauitas ineſt.* Q*uædã cum uirent non olent,ꝓpter humorẽ nimium:ut buceros,qđ eſt fœnũgræcũ.* Acutus *odor non oĩm ſine ſucco eſt, ut uiolæ,roſæ,croco.* Q*uæ uero ex acutis ſucco carent, eorum oĩm odor grauis, ut in lilio utriuſq; generis.* Abrotonũ *& amaracus acres habẽt odores.* Quo*rundã flos tantũ iucũdus, reliquæ partes ignauæ,ut uiolæ ac roſæ.* Hortenſiũ *odoratiſſima quæ ſicca, ut ruta,menta,apiũ,& quæ in ſiccis naſcuntur.* Q*uædam uetuſtate odoratiora,ut cotonea,eadẽq; decerpta,q̃ in ſuis radicibus.* Q*uædam non niſi defracta, aut ex attritu olent.* Alia *non niſi detracto cortice.* Q*uædã uero nõ niſi uſta,ſicut thura myrrhæq;.* Flo*res triti oẽs amariores q̃ intacti.* Aliqua *arida diutius odorẽ continent,ut melilotos.* Q*uædã locũ ipſum odoratiorẽ faciunt,ut iris,qn & arborem totam cuiuſcunq; radices attingũt.* He*ſpis noctu magis olet, inde noĩe inuento.* Aĩaliũ *nullũ odoratũ,niſi de pantheris quicq̃ dictũ eſt,ſi credimus.* Illa *quoq; non omittẽda differẽtia,odoramẽtorũ multa nihil ꝑtinere ad coronamẽta,ut irin atq; ſaliuncã,quanq̃ nobiliſsimi ſit odoris utraq;.* Sed *iris radice tantũ cõmendatur,unguẽtis aut medicinæ naſcens.* Laudatiſſima *in* Illyrico. Et *ibi quoq; non maritimis,ſed in ſylue-*

ff ſtribus

ſtribus Drilonis & Narone. Proxima ĩ Macedonia, laudatiſſima hæc & candicans. Et ex illis tertiũ locum habet Africana, ampliſſima inter oẽs, guſtuq́; amariſſima. Illyrica quoque duorum generum eſt. Rhaphanitis à ſimilitudine, quæ & melior: Rhizotomos ſubruffa. Optima, quæ ſternutamẽta tactu mouet. Caulem habet cubitalem, & rectum. Floret diuerſi coloris ſpecie, ſicut arquus cæleſtis, unde & nomen. Non improbatur & Piſidica. Et foſſuri tribus antè mẽſibus mulſa aqua circũfuſa, hoc ueluti placamento terræ blandiuntur, circũſcriptam mucrone gladióue triplici: & cum legerint eam, ꝓtinus in cælum attollunt. Natura eſt feruens, tractataq́; puſtulas ambuſti modo facit. Præcipitur ante oĩa, ut caſti legãt. Teredines nõ ſicca modo, uerũ & in terra celerrime ſentit. Optimũ antea irinũ Leucade & Elide ferebatur. Iampridẽ enim & ſeritur. Nunc è Pãphylia. Sed Ciliciũ maxĩe laudatur, atq; ſeptẽtrionale. Saliũca folioſa quidẽ eſt, ſed breuis, et q̃ necti nõ poſſit. Radici numeroſæ cohæret. Herba uerius q̃ flos, denſa ueluti manu preſſa, breuiterq́; ceſpes ſui generis. Pãnonia hãc gignit et Norica, alpiũq́; aprica urbiũ Eporredia, tãtæ * ſuauitatis, ut metallũ eẽ cœpit. Veſtibus ĩterponi eã gratiſsimũ. Sic & apud Græcos poliõ herbã, inclytã Muſæi & Heſiodi laudibus, ad oĩa utilẽ prædicantiũ, ſupq́; cætera ad famam etiam dignitatis: ꝓfusq́; mirã, ſi modo (ut tradunt)

* Fortaſſis legẽdũ, tãtæ ſoliditatis, quia mox ſeqtur, ut metallum eſſe cœpit. Nã nõ uidetur ſuauitas cauſa eſſe, cur metallum eſſe qcq̃ poſſit. Ideo autẽ nihil muto, qa & Herm. ita legit in corollario.

dunt) ſolia eius mane cãdida, meridie purpurea, ſole occidẽte cerulea aſpiciũtur. Duo genera eius, campeſtre maius, ſylueſtre quod minus eſt. Quidam teuthrion uocãt. Folia canis hoĩs ſimilia, à radice ꝓtinus nunq̃ palmo altiora. Et de odoratis floribus ſatis dictum, ĩ qbus unguẽta uiciſſe naturam gaudent.

De ueſtiũ æmulatiõe cũ floribus, et amaranto, et chryſocome, ſiue chryſiti. Ca. .VIII.

LVxuria ueſtibus quoq; ꝓuocauit eos flores, q colore cõmendantur. Hos animaduerto tres eſſe principales. Vnũ in cocco, qui in roſis micat. Gratius nihil traditur aſpectu, & in purpuras Tyrias, dibaphasq; ac Laconicas. Alium in amethyſto, qui in uiola: & ipſe in purpureum, quẽq; ianthinum appellauimus. Genera enim tractamus, in ſpecies multas ſeſe ſpargentia. Tertius eſt qui proprie cõchylij intelligitur, multis modis: Vnus in heliotropio, et in aliquo ex his plerunque ſaturatior. Alius in malua, ad purpuram inclinans. Alius in uiola ſerotina, conchyliorum uegetiſſima. Paria nunc componuntur, & natura atq; luxuria depugnante. Lutei uideo honorem antiquiſſimũ, in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. Et fortaſſis ideo non numerari inter principales, hoc eſt, cõmunes maribus ac fœĩs, quoniam ſocietas principatum dedit. Amaranto non dubie uincimur. Eſt autem ſpica purpurea uerius, quàm flos aliquis, et ipſe ſine odore. Mirumq; in eo,

gaudere decerpi, & lætius renaſci. Prouenit Augu ſto menſe. Durat in autũnum. Alexãdrino palma, q decerptus aſſeruatur. Mirũq́;, poſtq̃ defecere cũcti flores, madefactus aqua reuiuiſcit, & hybernas coronas facit. Summa eius natura in noĩe eſt appellato, quoniã non marceſcit. In noĩe eſt & cyani colos.

*Heliochryſi. Item * helichryſi. Oẽs autem hi flores nõ fuere ĩ uſu Alexandri Magni ætate, quoniam proximi à morte eius autores ſiluere de illis: quo manifeſtum eſt, poſtea placuiſſe. A Græcis tamen repertos quis dubitet? non aliter Italia uſurpante nomina illorum. At hercules petilio ipſa nomen impoſuit autumnali, circaq́; uepres naſcenti. Et tantum colore cõmendatur, qui eſt roſæ ſylueſtris. Folia parua, qna. Mirumq́; in eo flore, inflecti cacumen, & nõ niſi intorto folia naſci, paruo calyce, ac uerſicolori, luteũ ſemen includente. Luteus & bellio paſtillicantibus qnquageniſquinis barbulis coronatur. Pratenſes hi flores, ac ſine uſu, & ideo pleriq; ſine nominibus. Quin et hiſipſis alia alij uocabula imponunt. Chryſocome ſiue chryſitis, non habet Latinam appellationem. Palmi altitudine eſt, comãtibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex auſtero dulci, in petroſis opaciſq́; naſcens.*

Eſt & alia lectio huiuſmõi: Alij & bellio paſtillican. qn qua. bar. coronantur. Paſtillicãtibus. Hermolaus dubitat utrũ paſtillicantibus an patulicãtibus ex Perotto legendum ſit.

De honore coronarũ, et cyclamino, & meliloto, et trifolio, tria genera eius. Ca. IX.

ET ferè peractis colorũ celeberrimis, tranſeat ratio ad eas coronas, quæ uarietate ſola placent.

cent. Duo earũ genera, quãdo aliæ flore cõſtãt, aliæ folio. Florẽ eſſe dixerim geniſtas. Nanq; & ijs decerpitur luteus: Itẽ rhododendrõ. Itẽ zizipha, quæ & Cappadocia uocantur. Iſq; odoratus ſimilisq; olearũ floribus. In uepribus naſcitur cyclaminum, de quo plura aliàs. Flos eius coloſſinus in coronas ad mittitur. Folia ſmilacis & ederæ, in coronamẽta ſe dedere, coronæq; earum obtinent principatum, de q bus in fruticum loco abunde diximus. Sunt & alia genera, noĩbus græcis indicanda, qa noſtris maiore ex parte nomẽ dare ijs defuit cura. Et pleraq; eorũ in exteris terris naſcuntur, nobis tamen conſectata: quoniã de natura ſermo, nõ de Italia eſt. Ergo in coronamẽta folio uenere melothron, ſpircon, trigonõ, cneoron, qđ caſſiam Higinus uocat. Et qđ cunilagi nem quæ conyza, meliſſophyllon qđ apiaſtrũ, meliloton qđ ſertulã Campanã uocãt. Eſt enĩ in Cãpania Italiæ laudatiſſima, à græcis in Sunio, mox Chalcidi ca et Cretica, ubicũq; uero aſpis et ſylueſtribus nata. Coronas ex hac antiqtus factitatas, indicio eſt no men ſertulæ, qđ occupauit. Odor eius croco uicinus eſt & flos, ipſa cana. Placet maxime folijs breuiſſi mis atq; pĩguiſſimis. Folio coronat et trifoliũ. Tria eius genera: Minyãtes uocãt Græci. Alij aſphaltiõ, maiore folio, quo utũtur coronarij. Alterum acuto, oxytriphyllon. Tertiũ ex oĩbus minutiſſimũ. Inter hæc neruoſi cauliculi quibuſdam, ut marathro, hip-

pomarathro, myophono. Vtũtur è ferulis et corym bis, & ederæ flore purpureo. Eſt & in alio genere earum ſylueſtribus roſis ſimilis. Et in ijs quoque colos tãtum delectat. Odor autem abeſt. Et cneori duo genera, nigri atque candidi. Hoc & odoratum. Ramoſa ambo. Florent poſt æquinoctium autumni.

De origano, & thymo, & melle Attico, & conyza, & Iouis flore, & helenio, & abrotono, & leucantemo. Ca. .X.

TOtidẽ et origano in coronamẽtis ſpecies. Alterius enĩ nullũ ſemẽ. Id aũt cui odor eſt, Creticũ uocatur. Totidẽ et thymi, candidũ ac nigricãs. Floret aũt circa ſolſtitia, cũ & apes decerpũt, & augu riũ mellis eſt. Prouentũ enĩ ſperãt apiarij large florente eo. Læditur imbribus amittitq́; florem. Semen thymi nõ poteſt deprehẽdi, cũ origani perq̃ minutũ, nõ tamẽ fallat. Sed qd intereſt id occultaſſe naturã? In flore ipſo intelligitur, ſatoq́; eo naſcitur. Quid nõ tentauere homĩes? Mellis Attici in toto orbe ſumma laus exiſtimatur. Ergo tranſlatũ eſt ex Attica thymum, & uix flore (uti docemus) ſatũ. Sed alia ratio naturæ obſiſtit, nõ durãte Attico thymo, niſi ĩ afflatu maris ſeratur. Erat quidem hæc opinio antiqua in oĩ thymo, ideoq́; nõ naſci ĩ Arcadia. Tũc oleã nõ puta bãt gigni, niſi ĩtra. CCC. ſtadia à mari. Thymis qdẽ nũc etiã lapideos cãpos ĩ ꝓuĩcia narbonẽſi refertos ſcimus. Hoc penè ſolo reditu, è lõginqs regiõibus pe cudum

cudũ milibus cõuenientibus, ut thymo ueſcantur. Et *conyzæ duo genera in coronamentis, mas & fœĩa. Differẽtia in folio. Tenuius fœĩæ & cõſtrictius anguſtiusq́;. Imbricatum maris & ramoſius. Flos quoq; magis ſplendet eius. Serotinus utriq; poſt Arcturum. Mas odore grauior, fœmina acrior. Et ideo cõtra beſtiarũ morſus aptior. Folia fœĩæ mellis odorẽ habent: Maſculæ radix à qbuſdam libanotis appellatur, de qua diximus.* Et *tantum folio coronant iouis flos, amaracus, hemerocalles, abrotonũ, helenium, ſiſymbrium, ſerpyllũ: omnia ſurculoſa roſæ modo.* Co*lore tantummodo placet* Iouis *flos, odor abeſt: ſicut & illi qui græce phlox uocatur.* Et *ramis autem & folio odorata ſunt, excepta ſerpyllo.* Helenium *è lachrymis* Helenæ *dicitur natũ.* Et *ideo in* Helena *inſula laudatiſſimũ.* Eſt *autẽ frutex humi ſe ſpargens dodrantalibus ramulis, folio ſimili ſerpyllo.* Abroto*nium iucũdi odoris eſt & grauis.* Floret *æſtate.* Flos *aurei coloris. Vacuum ſponte prouenit. Cacumine ſuo ſe propagat. Seritur autem ſemine melius quàm radice aut ſurculo. Semine quoque non ſine negocio plantaria transferũtur. Sic & adonium. Vtrunque æſtate. Alſioſa enim admodum ſunt, & ſole nimio læduntur. Sed ubi cõualuere, ritu uitis fruticãt.* Abro*tono ſil'e odore leucãtemum eſt, flore albo folioſum.*

De *amaraco uel ſampſucho, et nyctegreto, et meliloto, & uiola alba, & codiamino, & de*

quando narciſſus, et liliũ trans maria, et in Italia *qui dem, ut diximus poſt roſam.* Nam *in Græcia tardius etiamnũ anemone. Eſt aũt hæc ſylueſtriũ bulborum flos, aliáq; q̃ quæ dicetur in medicinis. Sequitur œnanthe, melanion, ex ſylueſtribus heliochryſos.* De *inde alterum genus anemones quæ limonia uocatur. Poſt hãc gladiolus comitatus hyacinthis.* Nou*iſſima roſa. Eadẽ prima deficit, excepta ſatiua. Cæterum hyacinthus maxĩe durat, et uiola alba, et œnanthe. Sed hæc ita, ſi deuulſa crebro ꝓhibeatur in ſemĩbus. Naſcitur locis tepidis.* Odor *idem ei qui germinãtibus uuis, atq; inde nomẽ.* Hyacinthum *comitatur fabula duplex, luctũ præferens eius quẽ* Apollo *dilexerat, aut ex* Aiacis *cruore editi, ita diſcurrentibus uenis, ut græcarum literarum figura ea legatur inſcripta. Helyochryſos florem habet auro ſimilem, folium tenue, cauliculum quoq; gracilem, ſed durum.* Hoc *coronare ſe magi, ſi et unguẽta ſumantur ex auro, quod apyron uocant, ad gratiam quoque & uitæ gloriam pertinere arbitrãtur.* Et *uerni quidẽ flores hi ſunt. Succedunt illis æſtiui, lychnis, et* Iouis *flos, et alterũ genus lilij.* Item ** tiphyon & amaracus, quẽ phrygium cognominant. Sed maxime ſpectabilis pothos.* Duo *genera huius.* V*nũ cui flos hyacĩthi eſt, Alterũ candidius, qui ferè naſcitur ad tumulos, quoniam fortius durat, et iris æſtate florens.* A*beunt & hi marceſcuntq;.* A*lij rurſus ſubeũt autumno.* Ter*tium genus* Iphyon.

tium genus lilij & crocum,in utroque genere. Vnũ hebes, alterum odoratum: primis omnia imbribus emicantia. Coronarij quidem & ſpinæ flore utuntur,quippe cum ſpinæ albæ cauliculi inter oblectamenta gulæ quoque condiantur. Hic eſt trans maria ordo florũ. In Italia uiolis ſuccedit roſa,huic interuenit lilium,roſam cyanus excipit,cyanũ amarantus. Nam uincaperuinca ſemper uiret, in modum lineæ folijs geniculatim circundata. Topiaria herba: inopiam tamen florum aliquando ſupplet. Hæcq; à græcis chamædaphne uocatur. Vita longiſſima uiolæ albæ eſt trimatu. Ab eo tempore degenerat. Roſa & quinquennium perfert,non reciſa nec aduſta. Illo enim modo iuueneſcit. Diximus & terram referre plurimum. Nam in Aegypto ſine odore hæc oĩa: tantumq; myrtis odor præcipuus. Alicubi etiã binis menſibus antecedit germinatio omnium. Roſaria à fauonio foßa oportet eſſe,iterũq; ſolſtitio. Et id agẽdum,ut intra id tempus purgata et pura ſint.

De cura apum,pabulo & morbis earum,& remedijs. Caput .XII.

VErum hortis coronamentiſq; maxime aluearia & apes cõueniunt,res præcipui quæſtus cõpendijq́;,cũ fauit. Harũ ergo cauſa oportet ſerere thymũ,apiaſtrũ,roſam,uiolas,liliũ,cityſum, fabam,eruiliũ,cunilã,papauer,conyzã,caſſiam,meli lotũ,meliſſophyllũ,cerinthen. Eſt aũt cerinthe folio

candido,

candidô,incuruo,cubitalis,capite cõcauo,mellis ſuc cum habẽte.Horum florũ auidiſſimæ ſunt,atq; etiã ſinapis,quod miremur,cum oliuæ florẽ ab his nõ attingi conſtet.Ideoq́; hanc arborem ꝓcul eſſe melius ſit:cum aliquas q̃proxime ſeri conueniat,quæ et euolantium examina inuitent,nec longius abire patiantur.Cornum quoq; arborẽ caueri oportet.Nam flore eius deguſtato,aluo concita moriuntur.Remedium,ſorba contuſa è melle præbere his,uel urinam hominum,uel boum,aut grana punici mali,aminæo uino conſperſa.Et geniſtas circumſeri aluearijs gratiſſimũ.Mirum eſt, dignumq́; memoratu de alimentis quod cõperi.Hoſtilia uicus abluitur Pado. Huius inquilini pabulo circà deficiente imponunt nauibus aluearia,noctibusq́; ad quina milia paſſuum contrario amne naues ſubuehũt.Egreſſæ luce apes paſtæq;,ad naues quotidie remeant,mutantes locum, donec pondere ipſo preſſis nauibus,plena aluearia intelligantur,reuectisq́; eximuntur mella.

De uenenato melle,et de remedijs mellis uenenati,& mellis inſani. Caput .XIII.

ET in Hiſpania mulis ꝓuehunt,ſimili de cauſa: Tantumq́; pabulũ refert,ut mella quoq; uenenata fiant.Heracliæ in Ponto,quibuſdã annis pernicioſiſſima exiſtunt, ab iiſdẽ apibus facta. Nec dixere autores è quibus floribus ea fierent. Nos tamen trademus quæ comperimus.Herba eſt alba,uexatio

quidem

quidē iumentorum eſt, ſed præcipue caprarū, apellata ægolethron. Huius flore concipiunt noxij in uirus aquoſo uere marceſcente. Ita fit, ut non oĩbus an nis ſentiatur hoc malum. Venenati ſigna ſunt, ꝙ oĩno non denſatur, ꝙ color magis rutilus eſt, odor alienus, ſternutamenta ꝓtinus mouens, quod ponderoſius innoxio. Qui edêre, abijciunt ſe humi, refrigerationē quærentes: nam et ſudore diffluūt. Remedia ſunt mul ta, quæ ſuis locis dicemus. Sed quoniam ſtatim repræ ſentari aliqua in tãtis inſidijs oportet, mulſum uetus è melle optimo et ruta: ſalſamenta etiam ſi reijciantur ſumpta crebro. Certum eſt id malum per excre menta ad canes etiam peruenire, ſimiliterq́; torque ri eos. Mulſum tamen ex eo inueteratum, innocuum eſſe conſtat. Et fœminarū cutem nullo melius emendari cum coſto, ſugillata cū aloe. Aliud genus in eodem Ponti ſitu uiget, ex annona mellis, quod ab inſa nia, quã gignit, mænomenon uocant. Id exiſtimatur cõtrahi flore rhododendri, quo ſcatēt ſyluæ. Gensq́; ea cum ceram in tributa Romanis præſtet, mel (quo niã exitiale eſt,) non uendit. Et in Perſide, et in Mau ritania cæſarięſi, Getulia cõtermina Maſſylis, uene nati faui gignūtur. Quidamq́; à parte quo nihil eſſe fallacius poteſt, niſi ꝙ liuore deprehēduntur. Quid ſibi uoluiſſe naturã ijs arbitremur inſidijs, ut ab ijſdē apibus, nec oĩbus annis fierent, aut nõ totis fauis? Parum enim erat genuiſſe rē, in qua uenenū facilliñe

daretur,

daretur, etiámne hoc ipſa in melle tot aĩalibus dedit? Quid ſibi uoluit, niſi ut cautiorẽ minusq; auidũ faceret hominẽ? Non enim ipſi melli, ſed apibus iam cuſpides dederat, et quidẽ uenenatas, remediũ aduerſus has utiq; nõ differẽdo. Ergo maluæ ſucco, aut foliorum ederæ pungi ſalutare eſt, uel percuſſos eas bibere. Mirum tamẽ eſt, uenena portantes ore, fingentesq; ipſas nõ mori: niſi ꝗ illa domina rerum omniũ hanc dedit repugnantiam apibus: ſicut cõtra ſerpentes Pſyllis Marſisq; inter homines.

De melle quod muſcæ non attingunt, et aluearijs, & cura eorum ſi famem ſentiunt apes, & quomodo cera fiat. Caput .XIIII.

A*Liud in Creta miraculũ mellis. Mons eſt Carina. IX. M. paſſ. ambitu, intra quod ſpatium muſcæ non reperiuntur, natumq; ibi mel nuſꝗ attingunt. Hoc experimento ſingulare medicamentis eligitur. Aluearia orientem æquinoctialem ſpectare cõuenit, aquilonẽ euitent. Nec fauonium minus. Aluearia optima cortice, ſecunda ferula, tertia uimine. Multi ea & ſpeculari lapide fecere, ut operantes intus ſpectarent. Circumlini aluearia fimo bubulo utiliſſimum. Operculum à tergo eſſe ambulatorium, ut ꝓperatus intus ſit ꝓſper. Si magnus ſit uterus aluearijs, ꝓuentus aũt ſterilis, ne operãdi deſpatione curã abijciant, id paulatim reduci oportet fallente operis incremento. Aluearia hyeme ſtramẽto*

operiri,

operiri, crebro ſuffiri, maxīe fimo bubulo. Cognatū hoc ijs, et innaſcētes beſtiolas necat, araneos, papiliones, teredines, apesq́; ipſas excitat. Et araneorū quidem exitiū facilius eſt, papilionū maior peſtis. Tollitur uero cū matureſcit malua noctu, interlunio, cælo ſereno, accēſis lucernis ante alueos. In eā flammā ſeſe ingerunt. Si cibus deeſſe ſentiatur apibus, uuas paſſas ſiccásue, ficosq́; tuſas, ad fores earū poſuiſſe cōuenict. Itē lanas tractas madētes paſſo, aut defruto, aut aqua mulſa. Gallinarū etiam crudas carnes. Quibuſdā etiā æſtatibus ijdē cibi præſtādi, cū ſiccitas cōtinua florū alimenta negat. Alueorū, cum mel eximitur, illini oportet exitus meliſſophyllo aut geniſta tritis: aut medios alba uite præcingere, ne apes diffugiāt. Vaſa mellaria aut fauos lauari aqua præcipiūt: hac decocta, fieri ſaluberrimū acetū. Cera fit expreſſis fauis, ſed antè purificatis aqua, et triduo in tenebris ſiccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili, aqua fauos tegēte, tūc ſporta colatis. Rurſus in eadē olla coquitur cera cum eadē aqua, excipiturq́; alia frigida, uaſis melle circūlitis. Optima quæ Punica uocatur. Proxima q̄ maxīe fulua, odorisq́; mellei, pura, natione aūt Pontica, quam cōſtare equidē miror inter uenénata mella. Deinde Cretica. Plurimum enim ex ꝓpoli habet, de qua diximus in natura apū. Poſt has Corſica, quoniā ex buxo fit, et habere aliquantam uim medicaminis putatur. Punica fit hoc modo:

hoc mō: Ventilatur ſub diuo ſæpius cera fulua. Deinde feruet in aqua marina, ex alto petita, addito nitro. Inde ligulis eligūt florē, id eſt cādidiſsima quæq;, transfundūtq; in uas, qđ exiguū marinæ habeat frigidæ. Et rurſus marina decoquunt ſeparatim, debinc uas ipſum refrigerāt. Et cū hæc ter fecere, iuncea crate ſub diuo ſiccāt ſole, lunaq;. Hoc enī candorem facit, ſi ſic ſiccatur. Et ne liquefaciant, ꝑtegunt tenui linteo. Cādidiſsima uero fit, poſt inſolationem etiamnum recocta. Punica medicinis utiliſſima. Nigreſcit cera addito chartarum cinere, ſicut anchuſa admixta rubet. Varioſq; in colores pigmētis trahitur, ad reddendas ſimilitudines, et innumeros mortalium uſus, parietumq; etiā et armorū tutelā. Cætera de melle apibuſq; in natura earū dicta ſunt. Et hortorum quidem omnis ferè ratio peracta eſt.

De herbis ſponte naſcentibus & aculeatis. Caput .XV.

SEquuntur herbæ ſponte naſcētes, q̄bus pleræq; gentiū utuntur in cibis, maximeq; Aegyptus, frugum fertiliſſima. Sed ut ſola ijs carere poſſit, tanta eſt ci orū ex herbis abundātia. In Italia pauciſſimas nouimus, fraga, tanum, ruſcū, batin marinā, batin hortēſianā, quā aliq aſparagū gallicū uocāt. Præter has paſtinacā pratēſem, lupū ſalictariū, eaq; uerius oblectamenta quàm cibos. In Aegypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon uocant aliqui. Hanc

prima, ſylueſtris & ſatiuę. Sylueſtriũ duæ ſpecies: Vna mitior eſt, ſimili caule, tamen rigido, itaq; & colu antiquæ mulieres utebãtur, exilis, quam qdam atractylida uocant. Semẽ eius candidũ, & grande, amarũ. Altera hirſutior toroſiore caule, & q penè humi ſerpat, minuto ſemine. Aculeatarũ hæc eſt generis, quoniã diſtinguẽda ſunt & genera. Ergo *quædã herbarũ ſpinoſa ſunt, quædã ſine ſpinis. Spinoſarũ mltæ ſpecies. In totũ ſpina eſt aſparagus ſcorpio, nullũ enim foliũ habet. Quædã ſpinoſa foliata, ut carduus, eringiõ, glycyrrhizõ, & urtica. Iis enĩ oĩbus folijs ineſt aculeata mordacitas. Aliqua & ſecundũ ſpinam habent folium, ut tribulus, & ononis. Quædã in folio habent & in caule, ut phleos, qđ aliqui ſtœben appellauere. Hippophyes ſpinis geniculatũ. Tributa ꝓprietas, qđ & fructum ſpinoſum habet. Ex oĩbus his generibus urtica maxĩe noſcitur, acetabulis in flore purpuream lanuginẽ fundẽtibus, ſæpe altior binis cubitis. Plures eius differẽtiæ. Sylueſtris, quam fœĩam uocant, mitior. Et in ſylueſtri quæ dicitur cania, acrior. Caule quoq; mordaci, fimbriatis folijs. Quæ uero etiam odorem fundit, herculanea uocatur. Semen oĩbus copioſum, nigrũ. Mirum, ſine ullis ſpinarum aculeis lanuginẽ ipſam eſſe noxiam: & tactu tantum leui pruritum, puſtulasq; confeſtim aduſto ſimiles exiſtere. Notum eſt & remedium olei. Sed mordacitas non protinus cum ipſa*

herba gignitur, nec niſi ſolibus roborata. Incipiens quidẽ ipſa naſci uere, non ingrato multis etiam religioſo in cibo eſt, ad pellẽdos totius anni morbos. Sylueſtriũ quoq; radix, omnem carnem teneriorẽ facit ſimul cocta. Quæ innoxia eſt, morſu carens, *aononium uocatur. De ſcorpione dicemus inter medicas.

* A qbuſdã lamũ legitur.

De carduo, & helxine, & tribulo, & anchuſa. Caput .XVI.

CArduus & folio & caule ſpinoſas lanugines habet. Itẽ acorna, leucacãthos, chalceos, cnidos, polyacãthos, onopyxos, helxine, ſcolymos. Chamæleon in folijs nõ habet aculeos. Eſt et illa differẽtia, ꝙ q̃dã in ijs multicaulia ramoſaq; ſunt, ut carduus. Vno aũt caule nec ramoſum cnidos. Quædã cacumine tantũ ſpinoſa ſunt, ut eringiũ. Quædã æſtate florent, ut tetralix, & helxine. Scolymus quoque floret ſero & diu. Acorna colore tantũ ruffo diſtinguitur, & pinguiore ſucco. Idẽ erat atractylis quoque, niſi candidior eſſet, & niſi ſanguineũ ſuccũ funderet. Qua de cauſa phonos uocatur à quibuſdam, odore etiã grauis, ſero matureſcente ſemine, nec ante autumnum: quanq̃ id de oĩbus ſpinoſis dici poſſit. Verum oĩa hæc & ſemine & radice naſci poſſunt. Scolymos carduorũ generis ab ijs diſtat, quod radix eius ueſcendo eſt decocta. Mirũ, ꝙ ſine interuallo tota æſtate aliud floret in eo genere, aliud cõcipit, aliud parturit. Aculei areſcente folio deſinũt pungere.

Ixine ex Theoph. l. 6. ca. 3. et item. 4. quã Theoph. carduã ſpineã interpretatur. Dubitat tamẽ et ipſe Hermolaus, utrũ legẽdũ ſit helxine, an ixine. Vnde et lectorem ad corol. ſuum remittit.

Helxi

*Helxine rara uiſu eſt, neq; in oībus terris eſt, radice folioſa, ex qua media ueluti malū extuberat, contectum ſua fronde. Huius uertex ſummus lachrymam continet iucūdi ſaporis, *acanthicē maſtichen appellatā. Et cactos quoq; ī Sicilia tantū naſcitur, ſuæ ꝓprietatis & ipſa: cuius in terra ſerpūt caules, ē radice emiſſi, lato folio & ſpinoſo. Caulesq; uocant cactos. Nec faſtidiūt in cibis inueteratos quoq;. Vnum caulem rectū habent, quem uocant pternicā, eiuſdē ſuauitatis, ſed uetuſtatis impatientē. Semen ei lanuginis, quem pappō uocant: quo detracto ex cortice, teneritas ſimilis cerebro palmæ eſt: uocant ✣ aſcaliā: Tribulus nō niſi in paluſtribus naſcitur. Dira res alibi. Iuxta Nilum & Strymonē amnes excipitur in cibis, inclinatus in uadū, folio ad effigiē ulmi, pediculo longo. At in reliquo orbe genera duo, uni cicerculæ folia, alteri aculeata. Hic & ſerius floret, magisq; ſepta obſidet uillarū. Semen ei rotūdius, nigrum in ſiliqua. Alteri harenaceū. Spinoſorū etiamnū aliquod genus ononis. In ramis enim ſpinas habet appoſito folio rutæ ſimili, toto caule foliatū in modū coronæ, ſeqtur à frugibus, aratro inimicū, uiuaxq; præcipue. Aculeatarū caules aliquarū per terram ſerpunt, ut eius quam coronopon uocant. Et ex diuerſo ſtans anchuſa inficiendo ligno cerisq; radice apta. Eſt aūt mitior ijs anthemis, & phylāthes, anemone, et aphace. Caule foliato eſtet crepis, & ❦ apate.*

*Hoc eſt, ſpinalem maſtichen, ut Gaza interpretatur.

✣ Ex Theo. ſcaliam.

❦ Ex Theo. apate.

Differentia foliorum & hic quæ in arboribus, breuitate pediculi ac longitudine, anguſtijs ipſis foliorum, amplitudine, angulis, inciſuris, odore, flore. Diuturnior *hic quibuſdam per partes florentibus, ut in ocimo, heliotropio, aphace, onocichle.*

Differentia herbarum per folia, & quæ herbæ toto anno floreant, & haſtula regia, & piſtana, & de gladiolo. Ca. .XVII.

MVltis inter hæc æterna folia, ſicut quibuſdam arborũ: in primiſq; heliotropio, adianto. Aliud rurſus ✠ ſpicatarũ genus, ex quo eſt cynops, alopecuros, ſtelephuros, quã qdam ortyga uocant, alij plantaginẽ, de qua infrà dicemus inter medicas: thryallis ex ijs. Alopecuros ſpicam habet mollem & lanuginẽ denſam, nõ diſſimilẽ uulpiũ caudis, unde ei & nomen. Proxima eſt ei & ſtelepyros, niſi ꝙ illa particulatim floret. Cichorion & ſimilia, circa terram habẽt. Germinant ab radice poſt uergilias. Perdicion, quam & Aeoliæ, & Aegyptij edunt, nomen dedit auis, id maxime eruens. Craſſas, pluri-maſq; habet radices. Itẽ ornithogale caule tenero, candido, ſemipedali radice, bulboſa, molli, tribus aut quatuor agnatis. Coqtur in pulte. Mirũ, loton herbam & ægilopa, nõ niſi poſt annũ è ſemine ſuo naſci. Mira & anthemidis natura, ꝙ à ſummo flore incipit, cum cæteræ oẽs quæ particulatim florẽt, ab ima ſui parte incipiant. Notabile & in lappa quæ adhæ

✠ Spicoſarũ, apd' Theoph. ex trãſlatione Gazæ l. 7. ca. decimo.

reſcit,

reſcit, quoniam in ipſa flos naſcitur, nõ euidẽs, ſed intus occultus, & intra ſe germinat, uelut aĩalia quæ in ſe pariunt. Item circa Opuntẽ opuntia eſt herba, etiam homini dulcis. Mirumq́; è folio eius radicem fieri, ac ſic eam naſci. Iaſione unũ folium habet, ſed ita implicatum, ut plura uideantur. Condrylla amara eſt, & acri in radice ſucco, Amara & aphace, et quæ picris noĩatur, et ipſa toto anno florens: nomẽ ei amaritudo impoſuit, Notabilis *& ſcillæ crociq́; natura: quæ cum omnes herbæ folium primũ emittant, moxq́; in caulẽ rotundentur, in ijs caulis prior intelligitur q̃ folium. Et in croco quidem flos impellitur caule: in ſcilla uero caulis exit, deĩde flos ex eo emergit. Eademq́; ter floret (ut diximus) tria tpa ſationũ oſtendens. Bulborũ generi qdam adnumerant & cypiri, hoc eſt, gladioli radicẽ. Dulcis ea eſt, & quæ decocta panẽ etiam gratiorẽ faciat, põderoſioremq́; ſimul ſubacta. Similis eſt & quæ theſion uocatur, guſtu aſpa. Cæteræ eiuſdẽ generis folio differũt. Aſphodelus oblongũ & anguſtum habet, ſcilla latũ & tractabile, gladiolus ſimile nomini. Aſphodelus mandítur & ſemine toſto & bulbo. Sed hoc in cinere toſto, dein ſale & oleo addito: præterea tuſo cum ficis, præcipua uoluptate, ut uidetur* Heſiodo. *Traditur & ante portas uillarũ ſatũ, remedio eſſe contra ueneficorũ noxã. Aſphodeli mẽtionem & ** Homerus *fecit. Radix eius napis modicis ſimilis eſt. Ne*

* Odyſſ. 11. κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα. *Sed p prato, hoc ẽ, p loco in quo creſcit, ut & Suidas exponit, citans idẽ hemiſtychiũ ex Homero.*

que alia numeroſior, LXXX. ſimul aceruatis ſæpe bulbis. Theophraſtus & ferè Græci, princepsq; Pythagoras, caulē eius cubitalē, & ſæpe duûm cubitorum, folijs porri ſylueſtris, antherico uocauere: radicem uero, id eſt, bulbos, aſphodelō. Noſtri illud albucū uocant, & aſphodelū haſtulā regiam. Ea eſt et caulis acinoſi. Eius duo genera faciūt. Albuco eſt ſcapus cubitalis, et amplus, purus, leuis. De quo Mago præcipit, exitu menſis Martij et initio Aprilis, cum floruerit, nondū ſemine eius ītumeſcēte, demetendū: findendosq; ſcapos, & quarto die in ſolē ꝓferendos. Ita ſiccatis manipulos faciendos. Itē piſtanam dicit à Græcis uocari, quam inter uluas ſagittā appellamus. Hanc ab Idibus Maij uſq; ad finem Octobris menſis decorticari, atq; leui ſole ſiccari iubet. Idē et gladiolū alterū, quem cypiron uocant, & ipſum paluſtrem, Iulio mēſe ſecari iubet ad radicem, tertioq; die in ſole ſiccari, donec candidus fiat. Quotidie autem ante ſolem occidentem in tectum referri, quoniam paluſtribus deſectis nocturni rores noceant.

De iunco genera ſex, & de cypero, & de medicamentis earum, & de cypiro, & odorato iunco. Caput .XVIII.

Similia præcipit de iunco, quem mariſcon appellant, ad texēdas tegetes, & ipſum Iunio menſe eximi, ante Iuliū mediū præcipiens. Cætera de ſiccādo, eadē quæ de ulua ſuo loco diximus. Alterū genus

iuncorum

iuncorũ facit, qđ marinũ, & à Græcis oxyſchœnon uocari inuenio. Tria genera eius: acuti, ſterilis, quẽ marem oxyn græci uocant: reliqua fœminini, ferẽtis ſemen nigrũ, quem melancranin uocant. Craſſior hic & fruticoſior Magisq; etiamnũ tertius, q uocatur holoſchœnos. Ex his melancranis ſine alijs generibus naſcitur. Oxys aũt & holoſchœnos eodẽ ceſpite. Vtiliſſimus ad uitilia holoſchœnos, qa mollis et carnoſus eſt. Fert fructũ *uuarũ cohærẽtium modo. Naſcitur autem is, quem marem appellamus, ex ſemetipſo, cacumine in terrã defixo: melancranis aũt ſuo ſemine. Alioquin omnium radices omnibus annis intermoriuntur. Vſus ad naſſas marinas, uitiliũ nexus, elegantium lucernarum lumina, præcipua medullæ amplitudine: iuxta maritimas Alpes tanta, ut inciſo uentre impleant penè unciarũ latitudinem: in Aegypto uero cribrorũ lõgitudinem, nõ aliâs utiliorem. Quidã etiamnũ unũ genus faciunt, iunci trianguli, cyperon uocant. Multi enĩ non diſcernunt à cypiro uicinitate nominis. Nos diſtinguemus utrunq;. Cypirus eſt gladiolus, ut diximus, radice bulboſa, laudatiſſimus in inſulis Creta, dein Naxo, & poſtea Phœnice. Cretico candor odorq; uicinus nardo, Naxio acrior, Phœnicio exiguum ſpirans, nullus Aegyptio. Nam et ibi naſcitur. Diſcutit duritias corporũ. Iam enĩ remedia dicemus, quoniam & florum odorúmque generi eſt magnus uſus in medicina. Quód

* Ouorum ex Theo. li. 4. c. 12. de iũco acuto: Mox ueluti oua parit.

ad cyperon attinet, Apollodorũ quidẽ ſequimur, qui negabat bibendum: quanq̃ ꝓfeſſus efficaciſſimũ eſſe aduerſus calculoſos. Eo fœtas fœmias quidẽ abortus facere non dubitat. Mirumq́; tradit, barbaros ſuffitum huius herbæ excipiẽtes ore, lienes cõſumere: & non egredi domibus, niſi ab hoc ſuffitu. Vegetiores enim firmioresq́; ſic etiã fieri. Intertriginũ et alarũ uitijs, ꝑfrictionibusq́; cũ oleo illitũ, nõ dubie mederi. Cyperos iuncus eſt, qualiter diximus, anguloſus, iuxta terrã candidus, cacumĩe niger, pinguisq́;. Folia ima porraceis exiliora, in cacumine minuta, inter q̃ eſt ſemen. Radix oliuæ nigræ ſimilis, quã cũ oblõga eſt, cyperida uocant, magni in medicina uſus. Laus cypero pria ammoniaco, ſcd'a Rhodio, tertia Thracio, nouiſſima Aegyptio, quæ et cõfundit intellectũ, quoniã et cyperos ibi naſcitur. Sed cyperos duriſſia uixq́; ſpirans. Cæteris odor eſt, ipſam nardũ imitãs. Eſt et ꝑ ſe Indica herba, quæ cyperis uocatur, gingiberis effigie: cõmanducata croci uim reddit. Cypero uis in medicĩa pſilothri. Illinitur pterigijs, ulceribusq́; genitaliũ, et q̃ in hũore ſunt oĩbus, ſicut oris ulceribus. Radix aduerſus ſerpentiũ ictus et ſcorpionũ præſertim, remedio eſt. Vuluas apit pota. Largiori tãta uis, expellit eas, urinã ciet et calculos, ob id utiliſſima hydropicis. Illinitur et ulceribus q̃ ſerpunt, ſed his præcipua quæ ĩ ſtomacho ſunt, ex uino uel aceto illita. Iunci radix in tribus heminis aquæ decocta ad tertias,

ad tertias, tuſſi medetur. Semẽ toſtũ et in aqua potũ, ſiſtit aluũ, et fœiarum mẽſes, capitisq; dolores facit. At q uocatur boloſchœnos, eius q̃ ꝓxia ſunt radicis, cõmanducantur aduerſus araneorũ morſus. Inue nio etiamnũ unum iunci genus, qđ euripicen uocãt. Huius ſemine ſomnũ allici, ſed modũ ſeruandũ ne ſopor fiat. Ob id et odorati iũci medicinæ dicẽtur, quo niã et in Syriacœle (ut ſuo loco retulimus) naſcitur. Laudatiſſimus ex Nabatæa iuncus, cognoĩe teuchitis, ꝓximus babylonius, peſſimus ex Africa, ac ſine odore. Eſt aũt rotundus, uinoſæ mordacitatis ad linguã. Syncerus in cõfricando odorẽ roſæ emittit, rubentibus fragmẽtis. Diſcutit inflationes, ob id ſtomacho utilis, bileq; et ſanguinẽ reijciẽtibus. Singultus ſedat, ructus mouet, urinã ciet, ueſicæ medetur. Ad mulicbres uſus decoqtur. Opiſthotonicis cum reſina arida ĩponitur. Excalfactoria et roſa. Vteros aſtri git, refrigerat. Vſus eius diuiditur in folia et flores. Capita foliorũ ptesq; cãdidæ, ungues uocãtur. In flore aũt aliud eſt ſemen, aliud capillus in capite, aliud cortex, aliud calyx. Foliũ ſiccatur, aut tribus modis exprimitur. Per ſe, cũ ungues nõ detrahũtur: ibi enĩ humoris plimum. Aut cũ detractis unguibus, reliqua pars aut oleo aut uino maceratur in ſole uaſis uitreis. Quidã et ſalẽ admiſcent, et anchuſam nõnulli, aut aſpalathũ, aut iuncũ odoratũ, qa talis maxĩe ꝓdeſt uuluæ ac dyſentericis. Exprimũtur eadẽ folia detra ctis unguibus,

ctis unguibus, trita p linteum ſpißum in æreum uas: leuiq; igni ſuccus coqtur, donec fiat craſſitudo mellis. Ad hoc eligi oportet odoratißima quæq; folia.

Ex roſa medicinæ, & de lilio, et de narciſſo, & ex uiola, & de baccare, & combreto, & aſaro. Caput .XIX.

Vinum quõ fieret ex roſa, diximus inter genera uini. Vſus ſuccis ad aures, oris ulcera, gingiuas, tonſillas, gargarizatus. Stomachum, uuluas, ſedis uitia, capitis dolores. In febre p ſe, uel cũ aceto ad ſomnos, nauſeas. Folia uruntur in calliblepharũ. E ſiccis ſemĩa aſpguntur. Epiphoras quoq; aridas leniũt. Flos ſomnũ facit. Inhibet fluctiones mulierũ, maxĩe albas, in poſca potus: et ſanguinis excreationes. Stomachi quoq; dolores, quantũ in uini cyathis tribus. Semen his optimũ crocinum, nec anniculo uetuſtius, et in umbra ſiccatur. Nigrũ inutile. Dentium dolori illinitur. Vrinam ciet. Stomacho imponitur. Itẽ igni ſacro nõ ueteri. Naribus ſubditũ caput purgat. Capita pota uentrẽ et ſanguinẽ ſiſtunt. Vngues roſæ epiphoris ſalubres ſunt. Vlcera enim oculorum roſa ſordeſcunt, præterq̃ initijs epiphoræ, ita ut arida cũ pane imponatur. Folia quidẽ uitijs ſtomachi, roſionibus et uitijs uentris, et inteſtinorum, & præcordijs utilißia uel illita. Cibo quoq; lapathi modo cõdiuntur. Cauendus quoq; in his ſitus celeriter inſidens. Et aridis et expreſſis aliquis uſus. Diapaſmata inde

ta inde fiunt ad ſudores coërcendos, ita ut à balneis inareſcant corpora, dein frigida abluantur. Syluestris cum adipe urſino alopecias mirifice emendat.

Lilij radices multis modis florē ſuum nobilitauere, contra ſerpentium ictus ex uino potæ, & contra fungorum uenena. Propter clauos pedum in uino decoquūtur, triduoq́; non ſoluuntur. Cū adipe aut oleo decoctæ, pilos quoq; aduſtis reddunt. E mulſo potæ, inutilē ſanguinē cum aluo trahunt. Lieniq́; et ruptis et uulſis ꝓſunt: Et menſtruis fœīarum, in uino decoctæ: Impoſitæq́; cum melle neruis præciſis medētur. Contra lichenas et lepras, et furfures in facie emendant. Erugāt corpora. Folia in aceto cocta, uulneribus imponūtur. Epiphoris teſtiū, in melle cum hyoſcyamo et farina tritici. Semen illinitur igni ſacro, flos et folia ulcerum uetuſtati. Succus q̄ flore expreſſus eſt, ab alijs mel uocatur, ab alijs ſyrium, ad emolliendas uuluas, ſudoresq́; faciendos, et ſuppurationes coquendas. Narciſſi *duo genera in uſu medici recipiunt. Vnum purpureo flore, et alterum herbaceum. Hunc ſtomacho inutilem, & ideo uomitorium, aluos quoq; ſoluentem, neruis inimicum, caput grauantem. Et à narce narciſſum dictum, non à fabuloſo puero. Vtriuſq; radix mulſei ſaporis eſt. Ambuſtis prodeſt cum exiguo melle. Sic & uulneribus et luxatis. Panis uero cum melle & auenæ farina. Sic et infixa corpori extrahit in polenta tritus, oleoq́; contuſus. Me*

tuſus.Me

tuſus. Medetur et lapide ꝑcußis. Purgat uulnera ꝑmixtus farinæ. Nigras uitiligines emaculat. Ex hoc flore fit narciſſinũ oleũ ad emolliẽdas duritias, calẽfacienda quæ alſerint. Auribus eſt utiliſſimus, ſed capitis dolores facit. Violæ ſylueſtres ſunt et ſatiuæ. Purpureæ refrigerãt. Contra inflãmationes illinuntur ſtomacho ardẽti. Imponuntur et capiti in frõte. Oculorũ priuatim epiphoris, et ſede ꝓcidente uuluæque. Et cõtra ſuppurationes. Crapulã et grauedines capitis ĩpoſitis coronis olfactúue diſcutiũt. Anginas ex aqua potæ. Id quod purpureũ eſt ex ijs, comitialibus medetur, maxime pueris in aqua potũ. Semen uiolæ ſcorpiõibus aduerſatur. Contrà flos albæ ſuppurata apit. Ipſa diſcutit. Et alba aũt et lutea extenuãt mẽſtrua, urinam ciunt. Minor uis eſt recẽtibus. Ideoq́; aridis poſt annum utẽdum. Lutea dimidio cyatho in aquæ tribus, mẽſes trahit. Radices eius cũ aceto illitæ ſedãt lienẽ. Item podagrã, oculorũ inflãmationes cũ myrrha et croco. Folia cũ melle purgant capitis ulcera, cũ cera rimas ſedis, & quæ in humidis ſunt. Ex aceto uero collectiones ſanant. Baccar in medicinæ uſu eſt. Aliq ex noſtris ꝑpenſam uocãt. Auxiliatur cõtra ſerpẽtes, capitis dolores feruoresq́;. Itẽ epiphoras. Mãmis tumẽtibus à partu et ægilopijs incipientibus & ignibus ſacris. Odor ſomnum gignit. Radicẽ decoctam bibere ſpaſticis euerſis, cõuulſis, ſuſpirioſis ſalutare eſt. In tuſſi uetere radices eius tres

quatuórue

quatuorue decoquuntur ad tertias partes. Hæcq; potio mulieres ex abortu purgat. Laterũ cõpunctiões tollit, & ueſicæ calculos, conditur cum diapaſmate. Veſtibus odoris gratia inſeritur. Combretũ quod ſile ei diximus, tritũ cum axungia, uulnera mire ſanat. Aſarum iocinerũ uitijs ſalutare eſſe traditur, uncia ſumptum in hemina mulſi mixti. Aluum purgat ellebori modo. Hydropicis prodeſt & præcordijs uuluisq; ac morbo regio. In muſtũ ſi addatur, facit uinum urinis ciendis. Effoditur cum folia emittit. Siccatur in umbra. Situm celerrime ſentit.

De nardo gallico, & de croco medicinæ, & crocomagmate, et ſaliunca, et polio, et iri, & holochryſo, et chryſocome, et meliloto. Ca. .XX.

ET quoniã quidã (ut diximus) nardum ruſticũ noĩ uere radicẽ baccaris, contexemus et gallici nardi remedia, in hunc locũ dilata, cũ diſputaremus de pegrinis arboribus. Ergo aduerſus ſerpẽtes duabus drachmis in uino ſuccurrit: Inflãmationibus coli, uel ex aqua, uel ex uino: Itẽ iocineris et renum ſuffuſisq; felle: Et hydropicis p ſe, uel cũ abſinthio. Siſtit purgationes mulierum. Nardi uero eius quam Phu eodẽ loco appellauimus, radix datur potui trita, uel decocta ad ſtrangulationes, uel pectoris dolores, uel laterum. Menſes quoq; cit. Bibitur cum uino. Crocum cum melle non ſoluitur, nulloq; dulci. Facillime autẽ uino et aqua. Vtiliſſimũ in medicina.

Adſeruatur

Adſeruatur cornea pyxide. Diſcutit inflammatiões oẽs quidẽ, ſed oculorum maxie ex ouo illitũ. Vuluarum quoq; ſtrangulatus. Stomachi exulcerationes, pectoris et renũ, iocinerũ, pulmonũ ueſicarumq́; , peculiariter inflammationi carũ uehementer utile. Itẽ tuſsi et pleureticis. Tollit et pruritus. Vrinã cit. Qui crocum prius biberint, crapulã non ſentient. Ebrietati eo reſiſtunt. Coronæ quoq; ex eo mulcent ebrietatẽ. Somnum facit. Caput leniter mouet. Venerẽ ſtimulat. Flos eius igni ſacro illinitur cum creta cimolia. Ipſum plurimis medicaminibus miſcetur. Collyrio uni nomẽ dedit, ex eo quoq; expreſſo unguẽto crocino, quod crocomagma appellant. Habet ſuas utilitates contra ſuffuſiões oculorum. Vrinas magis excalefacit q̃ crocum ipſum. Optimum quod guſtatũ, ſaliuã dentesq́; inficit. Iris ruffa melior q̃ candida, infantibus eã circumligari ſalutare eſt. Dentiẽtibus præcipua eſt et tuſſiẽtibus, tinearúmue uitio laborãtibus inſtillari. Cæteri effectus eius non multũ à melle differũt. Vlcera purgat capitis præcipue, ſuppurationes ueteres. Aluũ ſoluit duabus drachmis cum melle. Tuſsim, tormina, inflationes pota. Lienes ex aceto. Contra ſerpentium et araneorũ morſus, ex poſca ualet. Contra ſcorpiones, duarũ drachmarũ pondere in pane uel aqua ſumitur. Contra canũ morſus, ex oleo imponitur: Et cõtra pfrictiones. Sic et neruorum doloribus. Lũbis uero et coxẽdicibus cũ reſina illinitur.

Illinitur. Vis ei cõcalfactoria. Naribus ſubdita, ſternutamẽta mouet, caputq́; purgat. Dolori capitis cũ cotoneis malis aut ſtrutheis illinitur. Crapulas quoque et orthopnœas diſcutit. Vomitiones cit, duobus obolis ſumpta. Oſſa fracta extrahit, impoſita cũ melle. Ad paronychias farina eius utuntur: Cũ uino, ad clauos uel uerrucas, triduoq́; nõ ſoluitur. Halitus oris cõmanducata abolet, alarũq́; uitia. Succo duritias oẽs emollit. Somnũ conciliat, ſed genituras conſumit. Sedis rimas & condylomata, oĩaq́; in corpore excreſcẽtia ſanat. Sũt q ſylueſtrẽ, ✠ irin uocẽt. Strumas hæc uel panos uel inguina diſcutit. Præcipitur, ut ſiniſtra manu lecta ad hos uſus ſeruetur: colligentesq́; dicant, cuius hoĩs utiq; cauſa eximant. Scelus herbariorũ apitur in hac mẽtione, partẽ eius ſeruãtium, et quarundã aliarum herbarum, ſicuti plantaginis, ſubſtituentiũ ſi parum mercedis tuliſſe ſeſe arbitrantur. Rurſusq́; ut plus opis acqrãt, partẽ eam quam ſeruauere, eodẽ loco infodiunt. Credo, ut uitia quæ ſanauerint, faciant rebellare. Saliuncæ radix in uino decocta, ſiſtit uomitiones, corroborat ſtomachum. Polio Muſæus te Heſiodus pungi iubẽt * dignationis gratia, gloriæq́; auidos politum tractare, colere. Polium cõtra ſerpẽtes ſubſternitur uel portatur. Medici in uino decoquunt recens, uel aridũ, illinuntq́;, uel ſpleneticis ꝓpinant ex aceto. Morbo regio in uino. Et hydropicis incipientibus in uino decoctum.

* Famæ et exiſtimatiõis, ex Theoph. li. 9. ca. 21. cuius uerba ut Gaza ĩterpre. ẽ, ſunt hæc: Adde polium, inquit, quod Heſio. & Muſæo autoribus ad omnẽ rem ſeriam magniq́; faciendã perutile prædicatur: quamobrem hoc noctu effodiunt tabernaclo ſtructo, & ad famam exiſtimationẽq́; bonã, nõ minus quin imo magis ualere putatum eſt.

✠ Eadẽ à Dioſco. xyris.

decoctū. Vulneribus quoq; ſic illinunt. Secūdas mulierū partusq; emortuos repellit: Itē dolores corporis. Veſicas ſanit. Et epiphoris illinitur. Nec magis alia herba conuenit medicamento, qđ alexipharma con uocant. Stomacho tamē inutile eſſe, caputq; co impleri, & abortū fieri poto, aliqui negant. Ad religionē addunt, ubi inuentū ſit, ꝓtinus adalligandum contra oculorū ſuffuſionē, cauendūq; ne terrā attingat. Hi & folia eius thymo ſimilia tradūt, niſi ꝙ molliora ſunt, & lanatiore canicie. Cum ruta ſylueſtri, & ſi teratur ex aqua cæleſti, aſpidas mitigare dicitur. At nō ſecus atq; cytinus aſtringit et cohibet uulnera, ꝓhibetq; ſerpere. Holochryſos medetur ſtranguriæ in uino pota, & oculorū epiphoris illita. Cum fæce uero uini cremata in polēta, lichenas emendat.

Chryſocomes radix calfacit & ſtringit. Datur potui ad iocinerū uitia: Item pulmonē. Vuluæ dolores in aqua mulſa decocta. Ciet mēſtrua. Et ſi cruda detur, hydropicorū aquam ſiſtit. Meliſſophyllo ſiue melittena ſi pungātur aluearia, nō fugiēt apes. Nullo enī magis gaudēt flore. Copia iſtius examina facillime cōtinentur. Item præſentiſſimū eſt contra ictus earū, ueſparūq; et araneorū, itē ſcorpionū. Itē contra uuluarū ſtrangulationes, addito nitro. Cōtra tormina, è uino. Folia eius ſtrumis illinuntur, & ſedis uitijs, cum ſale decocta. Succus fœias purgat, & inflationes diſcutit, & ulcera ſanat. Articularios

morbos

morbos ſedat, caniſq; morſus. Prodeſt dyſentericis ueteribus, & cœliacis, & ortopnoicis, lienibus, ulceribus thoracis. Caligines oculorũ ſucco cum melle inũgi, eximiũ habetur. Melilotos quoq; oculis medetur cum lacte, aut cum lini ſemine. Maxillarũ quoq; dolores lenit: & capitis cum roſaceo: item aurium è paſſo, quæq; in manibus intumeſcũt uel erumpunt. Stomachi dolores ĩ uino decocta, uel cruda tritaq;. Idem effectus eſt ad uuluas. Teſtes uero & ſedem prociduam, quæq; ibi ſunt uitia, recens ex aqua decocta, uel ex paſſo. Adiecto roſaceo illinuntur ad carcinomata. Deferueſcit in uino dulci. Peculiariter & contra meliceridas efficax.

De trifolio, & thymo, & hemorocalle, et de helenio, & abrotono. Ca. .XXI.

TRifoliũ ſcio credi præualere cõtra ſerpentium ictus & ſcorpionum, ex uino aut poſca, ſeminis granis uigĩti potis: uel folijs, & tota herba decocta: ſerpenteſq; nunq̃ in trifolio aſpici. Præterea celebratis autoribus contra omnia uenena pro antidoto ſufficere. XXV. grana eius, quod minyãthes ex eo appellauimus tradi. Multa alia præterea in remedijs eius aſcribi. Sed me contra ſententias eorum grauiſſimi uiri autoritas mouet. Sophocles enim poëta uenenatum id dicit. Simus quoque medicus, decocti aut contriti ſuccum infuſum corpori, eaſdẽ uredines facere, quaſi percuſſis à ſerpente. Ergo non aliter uten

dum eo q̃ cõtra uenena cẽſuerũt.Fortaßis enĩ & iſta uenenis ĩter ſe cõtraria ſit natura, ſicut multis alijs. Itẽ aĩaduerto ſemẽ eius cuius minima ſint folia, utile eſſe ad cuſtodiẽdã mulierũ cutis gratiã, ĩ facie illitum. Thymũ colligi oportet ĩ flore, et in umbra ſiccari. Duo aũt ſunt genera eius: Cãdidũ, radice lignoſa, in collibus naſcens, qđ & præfertur. Alterũ nigrius, floriſq; nigri. Vtraq; oculorũ claritati multũ conferre exiſtimãtur, et in cibo, & in medicamẽtis. Itẽ diutinæ tußi ecligmate faciles excreationes facere cũ aceto et ſale. Sanguinẽ concreſcere nõ patitur è melle. Lõgas fauciũ diſtillationes extrà illita cũ ſinapi, extenuare: Itẽ ſtomachi et uentris uitia. Modice tamen utendum eſt, quoniam excalfaciunt, q̃uis ſiſtunt aluũ: quæ ſi exulcerata ſit, denarij pondus ĩ ſextariũ aceti et mellis addi oportet: Itẽ ſi lateralis dolor ſit, aut inter ſcapulas, aut ĩ thorace. Præcordijs medentur ex aceto cum melle: quæ potio datur et in alienatione mẽtis ac melãcholicis. Datur et comitialibus, quos correptos olfactus excitat thymi. Aiunt et dormire eos oportere in molli thymo. Prodeſt & ortopnoicis et anhelationi, mulierũq; mẽſibus retardatis. Vel ſi emortui ſint in utero partus, decoctũ in aqua ad tertias. Viris uero cõtra inflationes, cũ melle & aceto. Et ſi uenter turgeat, teſtésue aut ueſicæ dolor exigat. E uino tumores & impetus tollit impoſitũ. Item cum aceto, callũ & uerrucas. Coxendicibus

ctibus imponitur cũ uino: Articularibus morbis triũ obolorũ pondere in tribus cyathis aceti & mellis. Et in faſtidio, tritũ cum ſale. Hemorocalles pallidũ è uiridi & molle foliũ habet, radicẽ odoratã atq; bulboſam. Quæ cum melle impoſita uentri, aquã pellit, et ſanguinẽ etiã inutilẽ. Folia epiphoris oculorum mãmarũq; poſt partũ doloribus illinũtur. Helenium ab Helenæ lachrymis diximus natũ. Fauere creditur formæ. Cutẽ mulierũ in facie reliquoq; corpore nutrire incorruptã. Præterea putant uſu eius quandã datã gratiã ijs, Veneremq; cõciliari. Attribuunt & hilaritatis effectũ eidẽ potæ in uino, eũq; quẽ habuerit * nepẽthes illud prædicatũ ab Homero, quo triſtitia oĩs aboleatur. Eſt aũt ſucci prædulcis. Prodeſt & ortopnoicis radix eius in aqua ieiunis pota. Eſt autem candida intus & dulcis. Bibitur & contra ſerpentium ictus ex uino. Mures quoque contrita dicitur necare. Abrotonum duorum traditur generum. Campeſtre ac montanum. Hoc fœminam, illud marem intelligi uolumus. Amaritudo abſinthij in utroque. Siculum laudatiſſimum, dein Galaticum. Vſus eſt & folijs, ſed maior ſemine ad calfaciendum: Ideo neruis utile, tuſsi, ortopnoicis, conuulſis, ruptis, lumbis, urinæ anguſtijs. Datur bibendum manualibus faſciculis decoctis ad tertias partes. Ex his quaternis cyathis bibitur. Datur & ſemen tuſum in aqua drachmæ pondere.

* Odyſſ. 4. ubi Menelaũ inducit Telemachũ poſt colloquia iter ſe ultrò citroq; habita, ad epulas inuitãtem, & Helenam uino pharmacũ ĩijcientẽ, qđ huiuſmodi eſt, ut oĩs iræ oĩs que doloris obliuionem efficiat. ἐνθ' αὖ ἀλλ' ἐνόησ' ἑλένη διὸς ἐκ γεγαῦα αὐτίκ' ἄξ εἰς οἶνον, βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον νήπενθές τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

Prodeſt & uuluæ. Coqtur panis cum farina hordea cea, & oculorũ inflammationibus illinitur, cotoneo malo concocto. Serpentes fugat. Contra ictus earum bibitur cum uino, illiniturq́;. Efficaciſsimum contra ea, quorum ueneno tremores & frigus accidunt, ut ſcorpionum & phalangiorũ, & contra uenena alia pota. Prodeſt & quoquo modo algẽtibus, & ad extrahenda ea quæ inhærent corporibus. Pellit & interaneorum mala. Ramo eius, ſi ſubijciatur puluino, Venerem ſtimulari aiunt: efficaciſsimamq́; eſſe herbã contra oĩa ueneficia, qbus coitus inhibeatur.

Ex leucanthemo et ſampſucho medicinæ. Caput .XXII.

LEucãthemũ ſuſpirioſis medetur, duabus partibus aceti pmixtũ. Sampſuchũ ſiue amaracũ, in Cypro laudatiſsimũ & odoratiſsimum, ſcorpionibus aduerſatur, ex aceto et ſale illitum. Mẽſtruis quoque multũ cõfert impoſitũ. Minor eſt eidẽ poto uis. Cohibet & oculorũ epiphoras cum polenta. Succus decocti tormina diſcutit, & urinis & hydropicis utile. Mouet & narium ſternutamẽta. Fit ex eo oleũ, qđ ſampſuchinũ uocatur aut amaracinum, ad excalfaciendos emolliendosq́; neruos: & uuluas calefacit. Et folia ſugillatis cũ melle, et luxatis cũ cera pſunt.

De anemona medicinæ. Ca. XXIII.

ANemonas coronarias tantũ diximus. Nunc reddemus & medicas. Sunt qui phenion uocẽt. Duo

eius

eius genera: Syluestris prima, altera ĩ cultis naſcẽs: utraque ſabuloſis. Huiusq; plures ſpecies. Aut enim phœnicium florem habet, quæ & copioſiſſima eſt, aut purpureũ, aut lacteum. Harum trium folia apio ſimilia. Nec temere ſemipedalem altitudinem excedunt, cacumine aſparagi. Flos nunquam ſe aperit niſi uento ſpirante, unde & nomen accepit. Syluestri amplitudo maior, latioribusq; folijs, flore phœniceo. Hanc, errore ducti, argemonẽ putãt multi: alij rurſus papauer, quod rhœan appellauimus. Sed diſtinctio magna, quod utraq; hæc poſtea floret. Nec aut ſuccum illarũ anemonæ reddunt, aut calyces habẽt, nec niſi aſparagi cacumẽ. Proſunt anemonæ capitis doloribus et inflammationibus, uuluis mulierũ, lacti quoq;. Et mẽſtrua cient cum ptiſana ſumptæ, aut uel lere appoſitæ. Radix commanducata pituitam trahit, dentes ſanat, decocta oculorum epiphoras. Magi multum quidem ijs tribuêre. Quàm primum aſpiciatur, eo anno tolli iubentes: diciq;, colligi eas tertianis & quartanis remedio. Poſtea alligari florem panno roſeo, et in umbra aſſeruari, ita cũ opus ſit alligari. Quæ ex his phœniceũ florẽ habet, radice contrita, cuicunq; animaliũ impoſita, ulcerum facit ſtipticã uim. Et ideo expurgãdis ulceribus adhibetur.

Ex œnãthe medicinæ. Ca. XXIIII.

OEnanthe herba naſcitur in petris, folio paſtinacæ, radice magna, numeroſa. Caulis eius & folia

cum melle ac uino nigro pota, facilitatem pariendi præſtant, ſecundasq; purgant. Tuſsim è melle tollunt: urinam cient. Radix ueſicæ uitijs medetur.

De heliochryſo medicinæ. Ca. .XXV.

HEliochryſum, qđ alij chryſanthemon uocāt, ramulos habet candidos, folia ſubalbida, abrotono ſimilia: ad ſolis repcuſſum, aureæ lucis in orbem ueluti corymbis dependentibus, qui nunquam marceſcunt. Qua de cauſa deos coronant illo: quod diligentiſsime obſeruauit Ptolemæus rex Aegypti. Naſcitur in frutetis. Ciet urinas è uino pota, & menſes. Duritias & inflammationes diſcutit. Ambuſtis cum melle imponitur. Contra ſerpentium ictus & lumborum uitia bibitur. Sanguinem concretum uentris ac ueſicæ abſumit cum mulſo. Folia eius trium obolorum pondere ſiſtunt profluuia mulierum in uino albo. Veſtes tuetur odore non ineleganti.

Ex hyacintho medicinæ, & lychnide.

Caput .XXVI.

HYacinthus in Gallia eximie ꝓuenit. Hoc ibi ꝑ cocco hyſginū tingitur. Radix eſt bulbacea, mangonicis uenalitijs pulchre nota: quæ ī uino dulci illita, pubertatē coërcet, et nō patitur erūpere. Torminibus et araneorū morſibus reſiſtit. Vrinā impellit. Cōtra ſerpētes et ſcorpiones, morbūq; regiū, ſemen eius cū abrotono datur. Lychnis quoq; flāmea illa aduerſus ſerpētes, ſcorpiōes, crabrones, ſiliaq; bibitur è

tur è uino, ſemine trito. Syluestris eadẽ ſtomacho in utilis. Aluũ ſoluit. Ad detrahendã bilẽ efficaciſſima duabus drachmis. Scorpiõibus adeo cõtraria, ut oĩno uiſa ea torpeſcãt. Radicẽ eius Aſiani boliten uocant: qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur.

Ex uincaperuinca medicinæ, ruſco, bati, & acino. Caput .XXVII.

ET uincaperuinca, ſiue chamædaphne, arida tuſa hydropicis datur in aqua, cochleari menſura, celerrimeq́; reddunt aquam. Eadem decocta in cinere, ſparſa uino, tumores ſiccat. Auribus ſucco medetur. Aluinis impoſita multum ꝓdeſſe dicitur.

Ruſci radix decocta, bibitur alternis diebus in calculorum ualetudine, & tortuoſiore urina, uel cruenta. Radicem pridie erui oportet, poſtero mane decoqui, ex ea ſextarium uini cyathis duobus miſceri. Sunt qui & crudã radicem tritam ex aqua bibant: & in totum ad uirilia: cauliculis eius in uino & aceto tritis, nihil utilius putant. Batis quoque aluum mollit. Illinitur podagricis toſta & contuſa. Acinum & coronarũ cauſa & ciborũ Aegyptij ſerũt. Eademq́; erat quæ ocimũ, niſi hirſutior ramis ac folijs eſſet, & admodũ odorata. Ciet mẽſes et urinas.

Ex colocaſia medicinæ. Ca. .XXVIII.

COlocaſia Glaucias acria corporis leniri putauit, & ſtomachum iuuari.

Ex anthalio medicinæ. Ca. XXIX.

ANthalij, quod Aegyptij edūt, nullū aliū reperi uſum. Eſt et herba anthyllon, quam alij anticellion uocant, duorū generū, folijs et ramis lenticulæ ſilis, palmi altitudīe, ſabuloſis apricis naſcēs, ſubſalſa guſtāti. Altera chamæpithyos ſilis, breuior et hirſutior, purpurei floris, odore grauis, in ſaxoſis naſcens. Prior uuluis aptiſſima, & ex roſaceo & lacte impoſita etiam uulneribus. Bibitur in ſtrāguria renumq; doloribus, tribus drachmis. Altera bibitur in duritia uuluarum, et in torminibus, et in comitiali morbo, cum melle & aceto, quatuor drachmis.

De parthenio medicinæ. Caput .XXX.

Dubitat hic Hermol. num amaracum ꝓ tamnacū legē dum ſit ex Dioſco. à quo Parthenion amaracus quoque appellatur.

COntrà partheniū, alij leucanthen, alij tamnacum uocāt. Celſus apud nos, perdiciū et muralium. Naſcitur in hortorū ſepibus, flore albo, odore mali, ſapore amaro. Ad inſidendū decoctū in duritia uuluarū, et inflāmationibus. Siccatū, cum melle, & aceto poſitum, bilē trahit atram. Ob hoc contra uertigines utilis, & calculoſis. Illinitur et ſacro igni: itē ſtrumis, cum axungia inueterata. Magi contra tertianas ſiniſtra manu euelli cā iubent, diciq; culus cau ſa uellatur, nec reſpicere. Dein eius folium ægri linguæ ſubijcere, ut mox in cyatho aquæ deuoretur.

De ſtrychno medicinæ. Caput .XXXI.

STrychno, quam qdam trychnon ſcripſere, utinā nec coronarij in Aegypto uterētur, quos inuitat ederæ florū ſilitudo, in duobus eius generibus. Quorum

Quorum alterũ,cui acini coccinei,granoſi folliculi, halicacabũ uocant,et alij callion. Noſtri *aũt ueſicariam,quoniã ueſicæ et calculis pdeſt.* Frutex *eſt ſur culoſus ucrius q̃ herba,folliculis magnis latiſq; ,& turbinatis,grãdi intus acino,q matureſcit* Nouẽbri *mẽſe.* Tertio *folia ſunt ocimi,minĩe diligẽter demon ſtranda.* Remedia *enĩ,non uenena tractamus: qppe inſaniã facit paruo quoq; ſucco.* Quanq̃ *et græci au tores in iocũ uertere .* Drachmæ *enim põdere luſum pudoris gigni dixerunt,ſpecies uanas imagineſq; cõ ſpicuas obuerſari demõſtrantes.* Duplicatũ *hunc mo dum,legitimã inſaniã facere.* Quicquid *uero adijciatur põderi,repræſentari mortẽ.* Hoc *eſt uenenũ,qđ innocentiſſimi autores ſimpliciter dorycnion appel lauere,ab eo,qđ cuſpides in prælijs tingerẽtur illo paſſim naſcẽte.* Qui *parcius ſpectauerant,manicon cognoĩauere:q nequiter occultabant,erythron, aut neurita:ut nonnulli,periſſon:ne cauendi qdem cauſa curioſius dicendũ.* Quin *et alterũ genus,qđ halicacabon uocãt,ſoporiferum eſt,atq; etiã opio uelocius ad mortẽ:ab alijs morion,ab alijs moly appellatũ.* Laudatum *uero à* Locro *ad fruẽdum et* Tamariſto. Quidam *etiam carmine minore obliuionẽ inducentes,qppe præſentaneum remediũ ad dentiũ mobiles firmandos ,ſi colluerentur : halicacabo uni exceptionem addidere,ne diutius id fieret.* Delirationem *enim gigni eo.* Nec *demonſtranda remedia,quorum*

medicina

De menſuris et ponderibus. Ca. .XXXIIII.

ET quoniã in mẽſuris quoq; ac põderibus, crebro græcis no͞ibus utendũ eſt, interpretationẽ eorũ ſemel in hoc loco ponemus. Drachma attica (ſerè enĩ attica obſeruatiõe medici utũtur,) denarij argentei habet põdus. Eadẽq; ſex obolos pondere efficit. Obolus. X. chalcos. Cyathus pendet per ſe drachmas. X. Cũ acetabli mẽſura dicitur, ſignificat heminæ quartã partẽ, id eſt, drachmas. XV. Mna quã noſtri minã uocãt, pẽdet drachmas Atticas centum.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XXII.

PROOEMIVM.

COmpleſſe poterant miraculum ſui natura atq; tellus, reputantiũ uel prioris tantũ uolumĩs dotes, totq; genera herbarum, utilitatibus hominũ aut uoluptatibus genita. Sed quãto plura reſtant, tanto quoq; mirabiliora inuẽtu. Illa enim maiore parte cibi aut odoris, decoriſue cõmendatione, ad numeroſa expimẽta duxit: Reliquorũ potẽtia approbat, nihil à re

nihil à rerũ natura ſine aliq̃ occultiore cauſa gigni.

De gentibus, herbis formæ gratia utentibus.

Caput .I.

EQuidẽ et formæ gratia ritusq́; ꝑpetui, in corporibus ſuis aliquas exterarũ gentiũ uti herbis q̃buſdã, aduerto anĩo. Illinunt certe alijs aliæ faciẽ in populis, barbarorũ fœmĩæ, maresq́; etiã apud Dacos et Sarmatas corpora ſua inſcribũt. Siſe plantagini glaſtum in Gallia uocatur: quo Britannorum cõiuges nurusq́;, toto corp̃e óblitæ, q̃buſdã in ſacris nudæ incedunt, Aethiopum colorem imitantes.

Quod herbis ueſtes inficiantur. Ca. .II.

IAm uero infici ueſtes ſcimus admirabili ſucco. Atque ut ſileamus, Galatiæ, Africæ, Luſitaniæ granis, coccũ Impatorijs dicatũ paludamẽtis, tranſalpina Gallia herbis tyrium atq; conchyliũ tingit, oı̃sq́; alios colores. Nec quærit in ꝓfundis murices, ſeſeq; obijciẽdo, dum præripit eſcã, beluis marinis, intacta etiã ancoris ſcrutatur uada, ut inueniat per quod facilius matrona adultero placeat, corruptor inſidietur nuptæ. Stans & in ſicco carpit, quo frugi mundos exculpat uſu alioq̃n fulgẽtis. Inſtrui poterat luxuria certe innocẽtius. Nunc ꝓpoſitũ iſta cõſectari: nec omittemus, ut ſubijciẽdo utiliora, luxuriã uilitate circũſcribamus, dicturi et aliâs herbis tingi lapides parietesq́;. Nec tingẽdi nec pingendi tamẽ rationẽ omiſiſſemus, ſi unq̃ ea liberaliũ artium fuiſſet.

Interim

interim fortius augetur autoritas: quæ quãta debeatur etiã ſurdis, hoc eſt ignobilibus herbis, phibebitur. Siquidẽ autores imperij Ro. cõditoreſq;, imenſum quiddã et hinc ſumpſere, quoniã non aliunde ſagmina in remedijs publicis fuere, et in ſacris legatiõnibus, q̃ uerbenæ. Certe utroq; noĩe idẽ ſignificatur: hoc eſt gramen ex arce cum ſua terra euulſum. Hac ſemper & legati cum ad hoſtes clarigatumq; mittẽrentur uſi, id eſt raptas clare repetitum, unus utiq; Verbenarius uocabatur.

De corona graminea. Caput .III.

Corona quidem nulla fuit graminea nobilior, in maieſtate populi terrarum principis, præmijſq; gloriæ. Gẽmatæ et aureæ, uallares, murales, roſtratæ, ciuicæ, triumphales, poſt hanc fuere. Suntq; cunctæ magno interuallo, magnaq; differentia. Cæteras omnes ſinguli, & duces ipſi, imperatoreſq; militibus, aut aliquando collegis dedere.

De raritate eius. Caput .IIII.

Decreuit in triumphis ſenatus, cura belli ſolutus, et populus ocioſus, gramineam nunq̃ niſi in ſuprema deſperatiõe: cõtigitq; nulli, niſi ab uniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori decreta. Cæteras imp̃atores dedere: hanc ſolã miles imperatori. Eadẽ uocatur obſidionalis, liberatis obſidione abominandoq; exitio totis caſtris. Quod ſi ciuicæ honos uno aliquo, ac uel humillimo ciue ſeruatõ, præclarus ſacerq;

betur, quid tandem exiſtimari debet, unius uirtute ſeruatus uniuerſus exercitus? Dabatur hæc uiridi è gramine, decerpto inde ubi obſeſſos ſeruaſſet aliquis. Nanq; ſummum apud antiquos ſignũ uictoriæ erat, herbam porrigere uictos, hoc eſt, terra et altrice ipſa humo, & humatione etiam cedere: quẽ morem etiã nunc durare apud Germanos ſcio.

Qui ſoli corona ea donati. Ca. .V.

DOnatus eſt ea L. Sicinius Dentatus ſemel, cũ ciuicas quatuordecim meruiſſet, depugnaſſetq;. CXX. prælijs ſemꝑ uictor. Tanto rarius eſt; ſeruatorẽ unum à ſeruatis donari. Quidã impatores et ſæpius donati ſunt, ueluti P. Decius, Mus uidelicet Tribunus militum ab exercitu. Altera ab his, qui in præſidio obſeſſi fuerãt, quãta eſſet eius honoris autoritas, cõfeſſus religione: ſiquidem donatus bouem album Marti ĩmolauit, et. C. fuluos, qui ei uirtutis cauſa dati fuerant ſimul ab obſeſſis. Hic Decius poſtea conſul, et imperio et collegæ ſe ꝑ uictoria deuouit. Data eſt & à ſenatu populoq; Romano, qua claritate nihil equidem in rebus humanis ſublimius duco, Fabio illi, qui rem omnem Romanam reſtituit non pugnando. Nec data cum magiſtrum equitum & exercitum eius ſeruaßet: tunc ſatius fuit nomine nouo coronari, appellatum patrem ab his quos ſeruauerat: Sed quo dictum eſt conſenſu honoratus eſt, Annibale ex Italia pulſo. Quæ corona adhuc ſola, ipſius im-

ipſius imperij manibus impoſita eſt: & quod pecu-
liare ei eſt, ſola à tota Italia data.

Qui ſolus cẽturio coronatus. Caput ·VI.

PRæter hos contigit eius coronæ honos Marco Calpurnio Flammæ, Tribuno militum in Sicilia: Centuriõi uero uni ad hoc tempus Cn. Petreio Attinati, Cimbrico bello. Primũ pilum his capeſſens ſub Catulo, excluſam ab hoc legionem ſuam hoſtatus, tribunum ſuum dubitantem per caſtra hoſtium erumpere interfecit, legionẽq; eduxit. Inuenio apud autores, eundẽ præter hunc honorẽ, aſtantibus Mario et Catulo conſulibus, prætextatum immolaſſe ad tibicinem foculo poſito. Scripſit et Sylla dictator, ab exercitu ſe quoq; donatum apud Nolam, legatũ bello Marſico. Idq; etiã in uilla ſua Tuſculana, quæ fuit poſtea Ciceronis, pinxit. Quod ſi uerum eſt, hoc execrabiliorem eum dixerim, quandoquidem eam capiti ſuo ꝓſcriptione detraxit ipſe: tanto paucioribus ciuiũ ſeruatis, q̃ poſtea occiſis. Addat etiamnũ huic gloriæ ſuperbum cognomen felicem. Ipſe tamen obſeſſus in toto orbe proſcriptus. Hæc corona Sertorio etiam ceſſit. Aemilianum quoque Scipionem, Varro autor eſt, donatum obſidionali in Africa, Manlio conſule, cohortibus ſeruatis, totidem'que ad ſeruandas eas eductis. Quod & ſtatuæ eius in foro ſuo diuus Auguſtus ſcripſit. Ipſum Auguſtum cum Marco Cicerone filio conſulẽ idibus Septembribus ſe-

mur, ne ſe depaſcat auida quadrupes, nec ꝑcaces manus rapiant, nec neglectu ueſtigia obterant, ne inſidens ales infringat: has muniendo aculeis teliſq; armando, remedijs ut tuta ac ſalua ſint. Ita hoc quoq; *quod in ijs odimus, hominum cauſa excogitatum eſt.*

Medicinæ ex reliquis ornamẽtis, & erynge.

Caput ·VII·

ET *clara in primis aculeatarũ erynge eſt, ſiue eryngion, contra ſerpẽtes et uenenata omnia naſcens. Aduerſus ictus morſuſq;, radix eius bibitur drachmæ põdere in uino: aut, ſi plerunq; tales iniurias comitatur et febris, ex aqua.* Illinitur *plagis, peculiariter efficax cõtra* *chryſodos ac ranas. Omnibus uero contra toxica & aconita efficaciorẽ Heraclides medicus, ĩ iure anſeris decoctã, arbitratur. Apollodorus aduerſus toxica cum rana decoquit, cæteri in aqua. Ipſa dura, fruticoſa, ſpinoſis folijs, caule geniculato, cubitali, & maiore aliquãdo. Alia albicans, alia nigra, radice odorata. Et ſatiua quidem eſt. Sed & ſponte naſcitur in aſperis & ſaxoſis, & in littoribus maris, durior nigriorq; folio apij. *Cherſydros.

De herba quam centumcapita uocant.

Caput ·VIII·

EX *his candidã noſtri centũcapita uocant. Oẽs eiuſdẽ effectus, caule & radice in cibos Græcorũ receptis utroq; modo, ſiue coquere libeat, ſiue cruda ueſci. Portẽtoſum eſt quod de ea traditur. Ra*

dicem eius alterutrius ſexus ſimilitudinem referre. Rara inuētu. Et ſi uiris contigerit mas, amabiles fieri. Ob hoc et Phaonem Leſbium dilectum à Sappho. Multaq; circa hanc non magorum ſolum uanitates, ſed etiam Pythagoricorum. Sed in medico uſu præter ſupradicta auxiliatur inflationibus, torminibus, cordis uitijs, ſtomacho, iocineri, præcordijs in aqua mulſa, lieni in poſca. Item ex mulſa renibus, ſtranguriæ, opiſthotonicis, ſpaſmis, lumbis, hydropicis, comitialibus, mulierum mēſibus, ſiue ſubſidant, ſiue abundent, uuluarum omnibus uitijs. Extrahit infixa corpori cum melle. Strumas, parotidas, panos. Recedentes ab oſſibus carnes ſanat cum axungia ſalſa, et cerato, item fracturas. Crapulam præſumpta arcet, aluum ſiſtit. Aliqui è noſtris ſub ſolſtitio colligi eam iuſſere. Ex aqua cæleſti imponi omnibus ceruicis uitijs. Oculorum quoque albugines ſanare adalligatam tradiderunt.

De acano & glycirrhyza,

Caput IX.

SVnt qui acanon eryngio aſcribāt, ſpinoſam breuemq;, ac latā herbā, ſpiniſq; latioribus. Hanc impoſitam, ſanguinem mire ſiſtere. Alij eryngen falsò eandem putauerunt eſſe & glycyrrhizam, quare ſubiungi eam protinus refert. Et ipſa ſine dubio inter aculeatas eſt, folijs echinatis, pinguibus, tactuq; gummoſis, fruticoſa, binorum cubitorum altitudine,

tudine, flore hyacinthi, fructu pilularũ, platani magnitudinis. Præſtantiſſima in Cilicia, Ponto ſecunda, radice dulci. Et hæc tantum in uſu, capiturq; ea uergiliarum occaſu, longa ceu uitis, coloris buxei. Meliorq; nigra, quæq; lenta, q̃ quæ fragilis. Vſus in ſubditis decocta ad tertias, cætero ad mellis craßitudinem, aliquando & tuſa. E quo genere & uulneribus imponitur & faucium uitijs omnibus. Item uoci utiliſſimo ſucco, ſic ut ſpißatus eſt linguæ ſubdito: Item thoraci, iocineri. Hac diximus ſitim famẽq; ſedari. Ob id quidam adipſon appellauere eam, & hydropicis dedere ne ſitirent. Ideo & commanducata ſtomatice eſt, & ulceribus oris inſperſa ſæpe, & pterigijs. Sanat & ueſicæ ſcabiem, renum dolores, condylomata, ulcera genitalium. Dedere eam quidã potui in quartanis, drachmarũ duarũ pondere, et pipere, hemina aquæ. Commanducata ſanguinẽ ſiſtit ex uulnere. Sunt qui et calculos ea pelli tradiderunt.

De tribulo et generibus eius, et medicis. Ca. X.

TRibuli unum genus in hortis naſcitur, alterum in fluminibus tantum. Succus ex his colligitur ad oculorum medicinas. Eſt enim refrigerantis naturæ, & ideo utilis contra inflammationes collectionesq;. Vlcera per ſe erumpentia, & præcipue in ore, cum melle ſanat: Item tonſillas. Potus calculos frangit. Thraces, qui ad Strymona habitant, folijs tribuli equos ſaginant. Ipſi nucleo uiuũt, panem

facientes prædulcem, & qui contrahit uentrem. Radix caſte pureq́; collecta, diſcutit ſtrumas. Semen addalligatum, uaricum dolores ſedat: Tritum uero *& in aquam ſparſum, pulices necat.*

De ſtœbe, & medicinis eius. Caput .XI.

STœbe, quã aliq phleon uocant, decocta in uino, præcipue auribus purulẽtis medetur: Itẽ oculis ictu cruẽtatis. Hæmorhoidæ quoq; et dyſenteriæ infuſa.

De hippophye & hippope, & medicinis earum. Caput .XII.

*Hippophyes in ſabuloſis maritimisq́; naſcitur, ſpinis albis. Ederæ modo racemoſa eſt, candidis, et ex parte rubentibus acinis. Radix ſucco madet, qui aut per ſe conditur, aut paſtillis farinæ. Hæc bilẽ detrahit obolo ponderis, ſaluberrĩe cum mulſo. Eſt altera *hippope, ſine caule, ſine flore folijs tantum minutis. Huius quoque ſuccus hydropicis mire prodeſt. Debent accommodatæ eſſe equorum naturæ, neque ex alijs cauſis nomen accepiſſe. Quippe quædam animalia remedijs naſcuntur, locupleti diuinitate ad gerenda præſidia: ut non ſit mirari ſatis ingenium eius, diſponẽtis auxilium in genera, in cauſas, in tempora, ut alijs ꝓſit, atq; alijs ab horis, dieſq́; nullus propè ſine præſidijs reperiatur.*

Legendũ fortaſſis hippophæſtho ex Dioſco. q eam herbã ijſdẽ ferè notis deſcribit, qbus Plin. hippopẽ: ut q̃ ſit ſine cauliculo ſiue flore, ſolijs tantum minutis.

De urtica & medicinis eius. Caput .XIII.

VRtica quid eſſe inuiſius poteſt? At illa præter oleum, quod in Aegypto ex ea fieri diximus, uel

mus, uel plurimis ſcatet remedijs. Semen eius cicutæ contrarium eſſe Nicander *affirmat.* Item *fungis et argento uiuo.* Apollodorus *& ſalamandris, cum iure decoctæ teſtudinis.* Item *aduerſari hyoſcyamo et ſerpentibus, & ſcorpionibus. Quin illa ipſa amaritudo mordax, uuas in ore, procidentesq́; uuluas, & infantium ſedes, tactu reſilire cogit.* Lethargicos *ex pergiſcit tactis cruribus, magisq́; fronte.* Eadem *canis morſibus addito ſale medetur. Sanguinem trita naribus indita ſiſtit, & magis radice.* Carcinomata *& ſordida ulcera, ſale admixto:* Item *luxata. Sanat & panos, parotidas, carnesq́; ab oſſibus recedentes. Semen potum cum ſapa, uuluas ſtrangulantes aperit, & profluuia narium ſiſtit impoſitum.* Vomitiones, *in aqua mulſa ſumptũ à cœna, faciles præſtat, duobus obolis:* Vno *autem, in uino poto laſſitudines recreat.* Vuluæ *uitijs toſtum, acetabuli menſura.* Potum *in ſapa, reſiſtit ſtomachi inflationibus.* Orthopnoicis *prodeſt cum melle, & thoracem purgat eodem ecligmate.* Et *lateri medetur cum ſemine lini:* Addunt *hyſſopum & piperis aliquid.* Illinitur *lieni.* Difficilem *uentrem toſtum cibo emollit.* Hippocrates *uuluam purgari poto eo pronunciat.* Dolores *leuari toſto acetabuli menſura dulci poto, & impoſito cum ſucco maluæ.* Inteſtinorum *animalia pellit cum hydromelite & ſale.* Defluuia *capitis, ſemine illito cohoneſtari.* Articularibus *mor-*

*bis & podagricis plurimi cum oleo uetere, aut folia cum urſino adipe trita imponunt. Ad eadem radix tuſa cum aceto, non minus utilis: Item lieni. Et cocta in uino diſcutit panos, cum axungia uetere ſalſa. Eadem pſilothrum exiccat. Condidit laudes eius Phanias phyſicus, utiliſſimam cibis coctam conditamue profeſſus arteriæ, tuſſi, uentris diſtillationi, ſtomacho, panis, parotidis, perniõibus: cum oleo ſudorem, coctam cum cõchulis ciere aluum: cum ptiſana pectus purgare, mulierumque menſes cum ſale, ulcera quæ ſerpunt prohibere. Succus quoque in uſu eſt. Expreſſus illitúsque fronti, ſanguinem narium ſiſtit, potus urinam ciet, calculos rumpit: uuam gargarizatus reprimit. Semen colligi meſſibus oportet. Alexãdrinum maxime laudatur ad omnia hæc. Et *minores quidem teneræq; efficaces. Sed præcipue ſylueſtris illa & amplius lepras è facie tollit, in uino pota. Si quadrupedes fœtum non admittant, urtica naturam fricandam monſtrat.*

Dioſcorides. συνεψηθέντα ἢ τὰ φύλλα κογχαρίοις τὰς κοιλίας μαλάττει.

*Mitiores.

De lamio, & medicinis eius. Ca. XIIII.

A nunc quoq;, quam lamium inter genera earum appellauimus, mitiſſima, & folijs non mordentibus, medetur cũ mica ſalis cõtuſis ✠ incuſſisq; inuſtis, & ſtrumis, tumoribus, podagris, uulneribus. Album habet in medio folio, quod ignibus ſacris medetur. Quidam è noſtris tempore diſcreuere genera. Autumnalis urticæ radicem alligatam in tertianis,

Legendũ fortaſsis, ruptisq; & aduſtis.

in tertianis, ita ut ægri nuncupentur cum eruitur ea radix, & dicatur quæ, & cui, & quorum folio eximatur, liberari morbo tradiderunt. Hoc iidẽ contra quartanas pollere. Iidem urticæ radice addito ſale, infixa corpori extrahi. Folijs cum axungia ſtrumas diſcuti: uel ſi ſuppurauerint, erodi compleriq́;.

De ſcorpione, generibusq́; ac medicinis eius.
Caput .XV.

EX argumento nomẽ accepit ſcorpius herba. Semẽ enĩ habet ad ſimilitudinẽ caudæ ſcorpionis, folia pauca. Valet et aduerſus aĩal noĩs ſui. Eſt et alia eiuſdẽ noĩs effectusq́;, ſine folijs, aſparagi caule, in cacumine aculeum habens, & inde nomen.

De leucacantha, & medicinis eius.
Caput .XVI.

LEucacãtha, quã alij phyllon, alij iſchiada, alij polygonaton appellãt, radice cyperi, quæ commãducata dentiũ dolorẽ ſedat. Itẽ laterũ et lumborũ, ut Hiceſius tradit, ſemĩe poto drachmis octo, aut ſucco. Eademq́; ruptis conuulſisq́; medetur.

De helxine, perdicio, parthenio, ſiderite, & medicinis eius. Caput .XVII.

HElxinẽ aliqui pdicium uocãt, quoniã perdices ea præcipue ueſcantur. Alij ſideritẽ, nõnulli parthenium. Folia habet mixtæ ſimilitudinis plantagini & marubio, cauliculos denſos, leuiter rubentes, ſemina in capitibus lappaceis adhærentia

ueſtibus,unde helxinen dictam uolunt. Sed nos qualis uera eſſet helxine,diximus priori libro. Hæc autẽ inficit lanas,ſanat ignes ſacros,et tumores,collectionesq́; omnes,& aduſta. Panos ſuccus eius cum pſimmythio. Ignes ſacros, tumores,collectionesq́;, et guttura incipiẽtia turgeſcere. Item ueterẽ tuſsim cyatho hauſto. Et oĩa in humido. Sicut tõſillas & uarices cũ roſaceo. Imponitur & podagris cũ caprino ſeuo ceraq́; cypria. Perdiciũ ſiue partheniũ (nã ſideritis alia eſt) à noſtris herba urceolaris uocatur, ab alijs aſtericũ, folio ſimilis ocimo, nigrior tantũ, naſcens in tegulis,parietinisq́;. Medetur cũ mica ſalis trita ijſdẽ oĩbus q̃bus lamiũ,et eodẽ modo. Item uomicæ calefacto ſucco pota. Et contra ulcera rupta, lapſusq́; & præcipitia, aut uehiculorum euerſiones ſingularis. Vernula charus Pericli Athenienſiũ principi,cum is in arce templum ædificaret, repſiſſetq́; ſuper altitudinem faſtigij,et inde cecidiſset, hac herba dicitur ſanatus,monſtrata Pericli ſomno à Minerua. Quare parthenium uocari cœpta eſt,aſſignatúrq́; ei deæ. Hic eſt uernula,cuius effigies ex ære fuſa eſt,& nobilis ille Splachnoptes.

De chamæleone,generibusq́;, et medicinis eius. Caput .XVIII.

Nõnulli Ixion legunt.

CHamæleonem aliq̃ ixian uocant. Duo genera eius. Candidior aſpiora folia habet, ſerpit in terra echini modo,ſpinas erigẽs,radice dulci,odore grauiſsimo.

grauiſſimo.Quibuſdã in locis uiſcum gignit albũ ſub alis foliorũ,maxĩe circa canis ortũ,quo modo thura naſci dicũtur,unde et ixia appellatur.Hoc ut maſtiche utũtur mulieres.Quare et chamælcõ uocetur,à uarietate foliorũ euenit.Mutat enĩ cũ terra colores, hic niger,illic uiridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus,atq; alijs coloribus.Ex his cãdidus hydropicos ſanat, ſucco radicis decoctæ. Bibitur drachma in paſſo.Pellit et interaneorũ ãialia acetabuli mẽſura ſucci eiuſdẽ in uino auſtero cum origani ſcopis.Facit ad difficultatẽ urinæ.Hic ſuccus occidit canes ſuesq; in polenta:Addita aqua et oleo cõtrahit in ſe mures ac necat,niſi ꝓtinus aquã ſorbeãt.Radicẽ eius aliq́ conciſam ſeruari iubẽt funiculis pendentẽ,decoquuntq; in cibo cõtra fluxiones,quas græci rheumatiſmos uocant.Ex nigris aliq́ marẽ dixere,cui flos purpureus eſſet, et fœminã cui uiolaceus.Vno naſcuntur caule cubitali,craſſitudine digitali.Radicibus earũ lichenes curantur,cum ſulphure & bitumine unà coctis: Commanducatis uero dẽtes mobiles,aut in aceto decoctis.Succo ſcabiem etiam quadrupedum ſanãt.Et ricinos canum necant:Iuuencas quoque anginæ modo.Quare à quibuſdam ulophonon uocatur, & cynozolon, propter grauitatem odoris. Ferunt & hæc uiſcum ulceribus utiliſſimum. Omnium autem generum earum radices,ſcorpionibus aduerſantur.

De coronopo,& medicinis eius. Ca. .XIX.

Coronopus

Coronopus oblonga herba eſt cum fiſſuris. Seritur interim, quoniam radix cœliacis præclare facit in cinere toſta.

De anchuſa, & pſeudanchuſa, & medicinis earum. Caput .XX.

Et anchuſæ radix in uſu eſt, digitali craßitudine. Finditur papyri modo, manuſq́; inficit ſanguineo colore, præparat lanas pretioſis coloribus. Sanat ulcera in cerato, præcipue ſenũ, item aduſta. Liquari non poteſt in aqua, oleo diſſoluitur: idq́; ſynceræ experimentum eſt: Et ad renum dolores drachma eius in uino. Aut ſi febris ſit, in decocto balani. Item iocinerum uitijs, & lienis, & bile ſuffuſis. Lepris & lentigini illinitur ex aceto. Folia trita cum melle et farina luxatis ĩponũtur. Et pota drachmis duabus in mulſo aluum ſiſtunt. Pulices necare radix in aqua decocta traditur. Eſt et alia ſimilis, pſeudanchuſa ob id appellata, à quibuſdã uero enchuſa, aut doris, & multis alijs nõibus, lanuginoſior & minus pinguis, tenuioribus folijs, & lãguidioribus. Radix oleum non fundit, ſed rubentem ſuccum: & hoc ab anchuſa diſcernitur. Contra ſerpentes efficaciſſima potu foliorum, uel ſeminis. Folia ictibus imponuntur. Virus ſerpentiũ fugat. Bibitur & ꝓpter ſpinam. Foliũ eius ſiniſtra decerpi iubent magi, & cuius cauſa ſumatur dici, tertianiſq́; febribus alligari.

De onochelo, anthemi, loto, & lotometra, heliotropio,

liotropio,tricocco,& adiantho ſiue callitricho. Ca. .XXI.

Est alia herba ꝓprio nõie onochelos,quam aliqui anchuſam uocant,alij archibellion,alij onocleã, aliqui rhexiam,multi enchuſam, paruo frutice,flore purpureo,aſperis folijs & ramis,radice ſanguinea,cætero nigra, in ſabuloſis naſcens, efficax contra ſerpentes,maxime uiperas, & radice & folijs, æque cibo ac potu. Vires habet meſſibus. Folia trita odorem cucumeris reddũt. Datur in cyathis tribus uulua procidente. Pellit & tineas cum hyſſopo, & in dolore renũ aut iocineris ex aqua mulſa, ſi febris ſit:ſin aliter,ex uino bibitur. Lentigini ac lepris radix illinitur. Habentes eam,à ſerpentibus feriri negantur. Eſt et alia huic ſimilis, flore rubro,minor et ipſa ad eoſdẽ uſus. Traduntq; cõmanducata ea,ſi in ſpuatur,mori ſerpentẽ. Anthemis magnis laudibus celebratur ab Aſclepiade. Aliq leucanthemida uocãt. Alij leucãthemũ,alij eranthemõ,quoniã uere floreat. Alij chamæmilõ,quoniã odorẽ mali habeat. Nonnulli melanthemon uocant. Genera eius tria flore tantũ diſtant,palmũ non excedentia,paruisq; floribus,ut rutæ cãdidis,aut melinis,aut purpureis. In macro ſolo,aut iuxta ſemitas colligitur uere,& ĩ coronamenta reponitur. Eodẽ tempore et medici folia tuſa in paſtillos digerunt: Item florem & radicem. Dantur omnia mixta drachmæ unius põdere, cõtra

ſerpentiũ

ſerpentiũ ictus. Pellit mortuos partus: Itẽ menſtrua, in potu, & urinã, calculosq́; . Inflationes, iocinerũ ui tia, bilẽ ſuffuſam, ægilopiã cõmãducata, ulcerũ eru ptiones manantes ſanat. Ex oĩbus his generibus ad calculos efficaciſsima eſt, quæ florẽ purpureum habet, cuius & foliorũ & fruticis amplitudo maiuſcu la eſt. Hanc ꝓpriè qdem eranthemõ uocant. Loton qui arborẽ putant tantũ eſſe, uel Homero autore argui poſſunt. Is enĩ inter herbas ſubnaſcẽtes deorũ uoluptati, lotõ primã noĩauit. Folia eius cum melle, oculorum cicatrices, *argema, nubeculas diſcutiũt.

* Argemata.

Eſt & lotometra, quæ fit ex loto ſata, ex cuius ſe mine ſimili milio, fiũt panes ĩ Aegypto à paſtoribus, maxĩe aqua uel lacte ſubacto. Negatur quicq̃ illo pa ne ſalubrius eſſe, aut leuius, dũ caleat. Refrigeratus difficilius concoqtur, fitq́; põderoſus. Conſtat, eos q̃ illo uiuãt, nec dyſenteria, nec tenaſmo, neq; alijs mor bis uẽtris infeſtari. Itaq; inter remedia eorũ habetur. Heliotropij miraculũ ſæpius diximus, cũ ſo le ſe circumagentis, etiam nubilo die: tantus ſideris amor eſt. Noctu uelut deſiderio cõtrahit cæruleũ flo rem. Genera eius duo: Tricoccũ, & helioſtrophiũ. Hoc altius (quanq̃ utrunq; ſemipedalẽ altitudinẽ nõ excedat) ab ima radice ramoſum. Semen in folliculo meſsibus colligitur. Naſcitur nõ niſi in pingui ſolo, cultoq́; maxime: tricoccũ ubiq; . Si decoquatur, inuenio cibis placere. Et in lacte iucundius aluũ molliri.

Et ſi

Et ſi decocti ſuccus bibatur, efficaciſſime exinaniri. Maioris ſuccus excipitur æſtate, hora ſexta, miſcetur cum uino, ſic firmior. Capitis dolores ſedat roſaceo admixto. Verrucas cũ ſale tollit ſuccus è folio: unde noſtri uerrucariam herbam appellauere, alijs cognoĩari effectibus digniorẽ. Nanq; & ſerpẽtibus & ſcorpionibus reſiſtit, ex uino & aqua mulſa, ut Apollophanes et Apollodorus tradũt. Folia infantium diſtillationibus, qđ ſiriaſin uocãt, illita medẽtur. Item cõtractionibus, etiã ſi id comitialiter accidat. Decocto quoq; foueri eos ſaluberrimũ eſt. Potum id pellit tineas, & renũ harenas. Si cuminũ adijciatur, calculos frangit. Decoq cũ radice oportet, quæ cũ folijs & hircino ſeuo podagris illinitur. Alterũ genus qđ tricoccũ appellauimus, & alio noĩe ſcorpiuron uocatur, folijs nõ ſolũ minoribus, ſed etiã in terram uergentibus. Semẽ ei eſt effigie ſcorpionis caudæ, quare ei nomẽ. Vis ad oĩa uenenata & phalangia, & cõtra ſcorpiones præcipue illita. Non feriuntur habẽtes. Et ſi terrã ſurculo helioſtrophij circũſcribat aliqs, negãt ſcorpionẽ egredi. Impoſita uerò herba, aut inde oĩno reſpſum, ꝓtinus mori. Sic ſeminis grana quatuor pota, quartanis ꝓdeſſe dicuntur, tria uero tertianis: uel ſi herba ter circũlata ſubijciatur capiti. Semẽ & Venerẽ ſtimulat. Cum melle panos diſcutit. Et uerrucas hoc utiq; helioſtrophiũ radicitus extrahit, & excreſcẽtia in ſedibus. Spinæ

quoq; ac lumborum ſanguinem corruptum trahit, il litum ſemen & potum in iure gallinacei decoctum, aut cũ beta & lente. Cortex uero liuentibus colorem reddit. Magi helioſtrophium quartanis quater, in tertianis ter alligari iubent ab ipſo ægro, precariq; eum, ſoluturum ſe nodos, & liberandum, & ita facere cum exempta herba. Aliud adiantho miraculũ, æſtate uiret, bruma non marceſcit, aquas reſpuit perfuſum, merſumq; ſicco ſimile eſt, tanta diſſociatio deprehẽditur, unde & nomen à Græcis, alioquin frutici topiario. Quidã callitrichõ uocant, alij polytrichon, utrunq; eſt ab effectu. Tingit enim capillũ: & ad hoc decoqtur in uino cũ ſemine apij, adiecto oleo copioſe, ut criſpum denſumq; faciat. Defluere autẽ prohibet. Duo genera eius, candidius, et nigrum breuiusq;. Id qđ maius eſt polytrichõ, aliud trichomanes uocant. Vtriq; ramuli nigro colore nitent folijs filicis, ex quibus inferiora aſpera ac fuſca ſunt: omnia autem contrarijs pediculis denſa inter ſe ex aduerſo: radix nulla: umbroſas petras, parietũq; aſpergines, ac fontiũ maxime ſpecus ſequitur, & ſaxa manantia, quod miremur, cum aquas non ſentiat. Calculos è corpore mire pellit, frangitq;, utiq; nigrum. Qua de cauſa potius q̃ quod in ſaxis naſceretur, & à noſtris ſaxifragum appellatũ crediderim. Bibitur è uino quantũ terni decerpſere digiti. Vrinam cient. Serpentiũ & araneorũ uenenis reſiſtũt.

In uino

In uino decocti aluum ſiſtũt. Capitis dolores coronā ex his ſedat. Cõtra ſcolopẽdræ morſus illinũtur, crebro auferẽdi ne pẽant: Hoc et in alopecijs. Strumas diſcutiunt, furfuresq́; in facie, & capitis manãtia ulcera. Decoctum ex his prodeſt ſuſpirioſis, & iocineri, & lieni, & felle ſuffuſis, & hydropicis. Stranguriæ illinuntur, & renibus cum abſinthio. Secundas cient & menſtrua. Sanguinem ſiſtunt ex aceto, aut rubi ſucco poti. Infantes quoq; ulcerati perunguntur ex ijs cũ roſaceo & uino prius. Foliũ in urina pueri impubis, tritũ quidẽ cum Aphro nitro, et illitum uentri mulierũ, ne rugoſus fiat, præſtare dicitur. Perdices & gallinaceos purgatiores fieri putant, in cibum eorũ additis, pecoriq́; eſſe utiliſsimos.

De picride, theſio, aſphodelo, halimo, acantho, bupreſti, elaphoboſcho, ſcandice iaſione, et de caucalide, ſio, ſillybo, ſcolymo ſiue limõio, ſoncho, cõdrillo ſiue cõdrilli et boletis.

Caput .XXII.

PIcris ab inſigni amaritudinis cognoĩatur, ut diximus, rotundo folio. Tollit eximie uerrucas. *Theſium quoq; non diſsimili amaritudine eſt, ſed purgat aluum, in quem uſum teritur ex aqua.* A- *ſphodelum de clariſsimis herbarum, quam heroion aliqui appellauerunt*, Heſiodus *& in ſyluis naſci dixit:* Dionyſius, *marem ac fœminam eſſe. Defectis corporibus & phthiſicis cõſtat bulbos eius*

cum pti-

cum ptiſana decoctos, aptiſsime mederi: panéq; ex his cũ farina ſubactũ, ſaluberrimũ eſſe. Nicãder & contra ſerpẽtes & ſcorpiones, uel caulẽ quem anthericõ uocauimus, uel ſemen, uel bulbos dedit ĩ uino tribus drachmis: Subſtrauitq; ſomno cõtra metus. Datur et cõtra uenenata marina, et cõtra ſcolopendras terreſtres. Cochleæ mire in Cãpania caulẽ eũ pſequuntur, et ſugendo areſaciunt. Folia quoq; illinuntur uenenatorũ uulneribus ex uino. Bulbi neruis articulisq; cũ polenta tuſi illinũtur. Prodeſt & cõciſis ex aceto lichenas fricare. Item ulceribus putreſcentibus ex aqua imponere. Mammarũ quoq; & teſtiũ inflãmationibus. Decocti ĩ fæce uini, oculorũ epiphoris ſuppoſito linteolo medentur. Folijs in quocunq; morbo decoctis magis medici utuntur. Itẽ ad tibiarũ tetra ulcera, rimasq; corporũ quacũq; in parte farina arefactorũ. Autumno aũt colliguntur, cum pluri mum ualent. Succus quoq; ex tuſis expreſſus, aut decoctus, utilis fit corporis dolori cum melle: Itẽ odorẽ corporis iucundũ affectantibus, cũ iri arida & ſale exiguo. Folia etiã ſupradictis medentur. Et ſtrumis, panis, ulceribus in facie decocta cum uino. Cinis è radice alopecias emẽdat, & rimas pedũ. Decoctæ radicis in oleo ſuccus, pniones & ambuſta. Et ad grauitatẽ auriũ infunditur. A contraria aure in dolore dentiũ. Prodeſt & urinæ pota modice radix, & mẽſtruis, & lateris doloribus. Itẽ ruptis, cõuulſis, tuſsibus dra-

bus drachmæ pondere in uino pota. Eadem & uomi tiones adiuuat cōmanducata. Semine ſumpto turba tur uenter. Chryſermus et parotidas in uino decocta radice curauit: Itē ſtrumas, admixta cachry ex ui- no. Quidā aiūt, ſi impoſita radice pars eius in fumo ſuſpendatur, et quarta die ſoluatur unà cum radice, areſcere ſtrumā. Sophocles ad podagras utroq; mō, cocta crudaq; uſus eſt. Ad perniones decoctā ex oleo dedit, et ſuffuſis felle in uino, & hydropicis. Venerē quoq; cōcitari cū uino et melle punctis, aut bibenti- bus, tradiderunt. Xenocrates et lichenas & pſoras, radice in aceto decocta, tolli dicit. Itē ſi cocta ſit cū hyoſcyamo & pice liquida, alarū quoq; & feminū uitia. Et capillum criſpiorē fieri, raſo prius capite, ſi radice ea fricetur. Simus lapides renum in uino de cocta atq; pota eximit. Hippocrates ſemē eius ad im petus lienis dari cenſet. Iumentorum quoque ulcera ac ſcabiem, radix illita, aut decoctæ ſuccus ad pilum reducit. Mures etiam eadē fugantur, cauerna præ- cluſa moriuntur. Aſphodelon ab Heſiodo quidā hali- mon appellari exiſtimauere, quod falſum arbitror.

Eſt enim ſuo noīe halimon, non parui et ipſum er roris inter autores. Alij enim fruticē eſſe dicunt den ſum, candidū ſine ſpina, folijs oleæ, ſed mollioribus. Coquitur autē hoc ciborum gratia. Radix tormina diſcutit, drachmæ pondere in aqua mulſa pota. Item conuulſa & rupta. Alij olus maritimum eſſe dixere

ſalſum, & inde nomen, folijs in rotunditate longis, laudatum in cibis. Duorum *præterea generũ, ſylueſtre, & mitius: utrunq; prodeſſe dyſentericis & exulceratis cum pane, ſtomacho uero ex aceto.* Vlceribus *uetuſtis illinitur crudum, & uulnerũ recentium impetus lenire perhibetur, & luxatorum pedum ac ueſicæ dolores.* Sylueſtri *tenuiora folia, ſed in iiſdem remedijs effectus maiores, & in ſanãda hominũ ac pecorum ſcabie.* Præterea *nitorem corpori fieri, dẽtibusq́; candorem, ſi fricentur radice ea.* Semine *linguæ ſubdito ſitim non ſentiri.* Hoc *quoque mandi, & utraq; etiam condiri.* Crateias *etiam tertium genus tradidit, lõgioribus folijs & hirſutioribus, odore cupreſſi, naſci ſub edera maxime, prodeſſe opiſthotonicis, contractionibus neruorũ, tribus obolis in ſextariũ aquæ.* Acanthos *eſt topiaria & urbana herba, elato longoq́; folio crepidines marginum, adſurgentiumq́; puluinorum toros ueſtiens.* Duo *genera eius ſunt, aculeatum & criſpum, quod breuius.* Alterum *lene, quod aliqui pederoton uocant, alij melamphyllũ.* Huius *radices uſtis luxatisq́; mire proſunt.* Item *ruptis, conuulſis, phthiſin metuentibus incoctæ cibo, maxime ptiſana.* Podagris *quoq; illinũtur tritæ & calefactæ calidis.* Bupleurõ *inſponte naſcentiũ herbarũ numero* Græci *habẽt, caule cubitali, folijs multis longisq́;, capite anethi, laudatum in cibis ab* Hippocrate *in medicina,* Glaucone *&* Nicãdro.

Semen

Semen contra ſerpentes ualet. Folia ad ſecundas fœminarum, uel ſuccum ex uino illinunt. Et ſtrumis folia cum ſale & uino. Radix contra ſerpentes datur in uino, & urinæ ciendæ. Bupreſtin magna in cõſtantia Græci in laudibus ciborũ etiam habuere. Idemq; remedia tanq̃ contra uenenũ prodiderunt. Et ipſum nomen indicio eſt, boum eſſe uenenũ, quos diſſilire deguſtata fatentur. Quapropter nec de hac plura dicemus. Eſt uero cauſa, quapropter uenena monſtremus inter gramineas coronas, niſi libidinis cauſa expetenda alicui uidetur, quam non aliter magis accendi putant quàm potu. Elaphoboſcon * ferulaceum eſt, geniculatum, digiti craſſitudine, ſemine corymbis dependentibus ſimili effigie, ſed nõ amaris, folijs oluſatri: & hoc lautum in cibis. Quippe etiam conditum prorogatur ad urinam ciendam, lateris dolores ſedandos, rupta, cõuulſa ſananda, inflationes diſcutiẽdas, coli quoq; tormenta. Contra ſerpentium oĩmq; aculeatorum ictus. Quippe fama eſt, hoc pabulo ceruos reſiſtere ſerpẽtibus. Fiſtulas quoque radix nitro addito illita ſanat. Siccanda autẽ in eos uſus prius eſt, ne ſucco eius madeat, qui cõtra ſerpentium ictus facit eam deteriorem. Scãdix quoque in olere ſylueſtri à Græcis ponitur, ut Opion & Eraſiſtratus tradunt. Item decocta aluum ſiſtit. Semine ſingultus confeſtim aceto ſedat. Illinitur ambuſtis, urinas cit. Decoctæ ſuccus prodeſt ſtoma-

* Dioſcori. fœniculaceum. καυλός ἐστι λιβανωτίδι ἢ μαράθρῳ ἐμφερὴς γεγονιωμένος.

cho,iocineri,renibus,ueſicæ. Hæc eſt quam Ariſto- phanes Euripidi poëtæ obijcit ioculariter, matrem eius ne olus qdem legitimũ uenditaſſe olim, ſed ſcãri dicem. Eadẽ erat ãnthriſcus,ſi tenuiora folia & odoratiora haberet. Peculiaris laus eius,ꝙ fatigato Venere corpori ſuccurrit,marceſcentesq́; ſenio iam coitus excitat. Siſtit ꝓfluuia alba fœĩarum. Et ia- ſione olus ſylueſtre habetur,in terra repens,cũ lacte multo florẽ fert candidũ: conciliũ uocant. Et huius eadem cõmendatio ad ſtimulandos coitus. Cruda ex aceto ĩ cibo ſumpta,mulieribus lactis hubertatẽ præ ſtat. Salutaris eſt phthiſin ſentientibus. Infantiũ capi ti illita nutrit capillũ, tenacioreq́; eius cutẽ efficit.

Eſt & caucalis,fœniculo ſimilis,breui caule,flo- re candido, cordi utilis. Succus eius bibitur, ſtoma- cho perq̃ cõmodatus & urinæ, calculisq́; & hare- nis pellẽdis, & ueſicæ pruritibus. Extenuat & lie- nis,iocineris,renũq́; pituitas. Semẽ menſes fœĩarũ adiuuat,bileq́; à partu ſiccat. Datur & cõtra ꝓflu- uia geniture uiris. Chryſippus & cõceptionibus eã putat conferre multũ. Bibitur in uino ieiunis. Illini tur & cõtra uenena marinorũ,ſicut Petreius in car mine ſuo ſignificat. His adnumerant ſion, latius apio,in aqua naſcens,pinguius,nigrius,copioſum ſe- mine,ſapore naſturtij. Prodeſt urinis, renibus,lieni- bus,mulierũq́; menſibus, ſiue ipſum in cibo ſumptũ, ſiue ius decocti,ſiue ſemen è uino drachmis duabus.

Calculos rūpit, aquisq; quæ gignunt eos reſiſtit. Dyſ entericis ꝓdeſt infuſum. Item lentigini illitū, & mu lierū uitijs in facie, noctu illitū momento cutē emen dat, & ramices lenit, & ſcabiē equorū. Sillybū chamæleonti albo ſimilem, æque ſpinoſam, ne in Cili cia quidem, aut Syria, aut Phœnice, ubi naſcitur, co- quere tanti eſt, ita opoſa eius culina traditur. In me- dicina nullū uſum habet. Scolymō quoq; in cibos recipit oriens, & alio noīe limonion appellat. Fru- tex eſt nunq̄ cubitali altior, criſtiſq; foliorū ac radi ce nigra, ſed dulci: Eratoſtheni quoq; laudata in pau peris cœna. Vrinā ciere præcipue traditur. Sanare lichenas & lepras ex aceto. Venerē ſtimulare in ui no, Heſiodo & Alcæo teſtibus: qui florēte ea cicadas acerrimi cantus eſſe, & mulieres libidinis auidiſſi- mas, uirósque in coitum pigerrimos ſcripſere, uelut prouidentia naturæ hoc adiumēto tunc ualētiſſimo. Item graueolentiā alarū emendat radicis emedulla tæ uncia, in uini Falerni heminis tribus decocta ad tertias, & à balneo ieiuno itēq; poſt cibū cyathis ſin gulis pota. Mirū eſt, qđ Xenocrates ꝓmittit expi- mento, uitiū id ex alis ꝑ urinā effluere. Eſtur & ſonchos, ut quem Theſeo apud Callimachū apponat Hecale, uterq; albus et niger, lactucæ ſimiles ambo, niſi ſpinoſi eſſent, caule cubitali anguloſo, intus cauo, ſed q fractus copioſo lacte manet. Albus, q ē lacte ni tor, utilis orthopnoicis lactucarū modo. Eraſiſtratus

calculos per urinã pelli eo mõſtrat, & oris graueo lentiã cõmanducato corrigi. Succus trium cyathorum menſura, in uino albo & oleo calefactus, adiuuat partus, ita ut à partu ambulent grauidæ. Datur & in ſorbitione. Ipſe caulis decoctus facit lactis abũdantiã nutricibus, colorẽq; meliorẽ infantiũ: utiliſſimus his, quæ lac ſibi coire ſentiant. Inſtillatur auribus ſuccus, calidusq; in ſtrãguria bibitur cyathi mẽſura, & in ſtomachi roſionibus cũ ſemine cucumeris nucleisq; pineis. Illinitur & ſedis collectionibus. Bibitur cõtra ſerpẽtes ſcorpionesq;, radix uero illinitur. Eadẽq; decocta ĩ oleo punici mali calyce, auriũ morbis præſidiũ eſt. Hæc oĩa ex albo. Cleomporus nigro ꝓhibet ueſci, ut morbos faciente, de albo conſentiens. Agathocles etiam contra ſanguinem tauri demonſtrat ſucco eius uti. Refrigeratoriã tamẽ uim eſſe cõuenit nigro, & hac cauſa imponendũ cum polenta. Zenon radice albi ſtranguriam docet ſanari.

Condrillon ſiue condrille, folia habet intubi circumroſis ſimilia, caulem minus pedali, ſucco madentem amaro, radice fabæ ſimili, aliquando numeroſa. Habet ꝓximam terræ maſtichen tuberculo fabæ, quæ appoſita fœĩarum menſes trahere dicitur. Tuſa cum radicibus tota, diuiditur in paſtillos, contra ſerpentes, argumẽto probabili. Siquidem mures agreſtes læſi ab his, hanc eſſe dicuntur. Succus ex uino coctæ, aluum ſiſtit. Eadem palpebrarũ pilos inordinatiſ-

dinatiſſimos, pro gummi efficaciſſime regit. Dorotheus *ſtomacho & concoctionibus utilem ſuis carminibus pronunciauit. Aliqui fœminis & oculis, generationiq; uirorum cōtrariam putauere.* Inter ea *quæ temere manduntur, boletos merito poſuerim.* Optimus *quidem eſt ijs cibus, ſed immenſo exemplo in crimen adductus, ueneno* Tiberio Claudio *principi per hanc occaſionem à coniuge dato* Agrippina: *quo facto illa terris uenenum alterum, ſibique ante omnes,* Neronem *ſuum dedit.* Q*uorundam ex his facile noſcuntur uenena, diluto rubore, rācido aſpectu, liuido intus colore, rimoſa ſtria, pallido per ambitū labro.* Non *ſunt hæc in quibuſdam, ſicciq; & nitri ſimiles, ueluti guttas in uertice albas ex tunica ſua gerunt.* Voluam *enim terra ob hoc prius gignit, ipſum poſtea in uolua ceu in ouo eſt luteum.* Nec *tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti.* Rumpitur *hoc primo naſcente, mox creſcente, in pediculo corpus abſumitur, raroq; unquam geminis ex uno pede.* Origo *prima cauſaq; è limo, & aceſcente ſucco madentis terræ, aut radicis fermè glandiferæ: initioq; ſpuma lentior, dein corpus membranæ ſimile, mox partus.* Vt *diximus, illa pnicialia, prſus improbanda.* Si *enī caligaris clauus, ſi ferri uel chalybis aliqua rubigo, aut panni marcor affuerit, oēm ilico ſuccum alienū ſaporemq; in uenenum decoquit: deprehendiſſéque niſi agreſtes poſſunt atq; q colligūt.* Ducunt *ipſi alia*

~~ipſailla~~ uitia, nūc quidem ſi ſerpentis cauerna iuxtà fuerit, ſi pateſcentes primo adhalauerit, capaci uenenorū cognatione ad uirus accipiendū. Itaque caueri conueniet, priusq̃ ſe condāt ſerpentes. Signa erūt tot herbæ, tot arbores fruticesq́; ab emerſu earū ad latebrā uſq; uernantes, & uel fraxini tantū folia, nec poſtea naſcentia, nec antè decidentia. Et boletis quidem ortus occaſusq́; omnis intra dies ſeptem eſt.

De fungis, & ſilphio, & de laſere.

Caput .XXIII.

FVngorū lētior natura, & numeroſa genera, ſed origo nō niſi ex pituita arborū. Tutiſſimi, qui rubent callo, minus diluto robore q̃ boleti. Mox candidi, uelut apice flaminis inſignibus pediculis. Tertiū genus ſuilli, uenenis accommodatiſſimū. Familias nuper interemere, & tota conuiuia, Anneum Serenum præfectum Neronis uigilū, & tribunos, et centuriones quoſque. Voluptas tanta ancipitis cibi. Quidam diſcreuere arborū generibus, fico, ferula, & gummi ferētibus: Nos item fago, aut robore, aut cupreſſo, ut diximus. Sed iſta quis ſpondet in uenalibus? Omnium colos liuidus. His aberit ueneni argumentum, quo ſimilior fuerit arborum fici. Aduerſus hæc diximus remedia, dicemusq́;, interim ſunt aliqua & in his. Claudius ſtomacho utiles putat boletos. Siccantur pendentes ſuilli, iunco transfixi, quales à Bithynia ueniūt. Hi fluxionibus alui, quas rheumati-

matiſmos uocant,medentur,excreſcentibusq; in ſede carnibus: minuunt enim eas, & tpe abſumunt. Item lentigines,& mulierũ uitia in facie leuant. Lauantur etiam ut plumbum, in oculorum medicamẽta. Sordidis ulceribus,& capitis eruptionibus,canũ morſibus ex aqua illinuntur. Libet & coquendi dare aliquas cõmunes in omni eorum genere obſeruationes, quando ipſæ ſuis manibus deliciæ præparant hunc cibum ſolum, & cogitatione antè paſcuntur, ſuccineis nouaculis aut argenteo apparatu comitante. Noxij erunt fungi, qui in coquendo duriores fiunt: innocentiores, qui nitro addito coquentur, ſi utique percoquantur. Tutiores fient cum carne cocti, aut cũ pediculo piri. Proſunt & pira confeſtim ſumpta. Debellat eos & aceti natura, contraria ijs. Imbribus proueniũt oĩa hæc. Imbre & ſilphion uenit, primo è Cyrenis, ut dictum eſt. Ex Syria nunc hoc maxime importatur, deterius Parthico, ſed Medico melius, extincto omni Cyrenaico ut diximus. Vſus ſilphij in Media. Nam folia ad expurgandas uuluas, pellẽdosq; emortuos partus decoquuntur in uino albo odorato, ut bibatur menſura acetabuli à balneis. Radix ꝓdeſt arterijs exaſpatis, et collectionibus ſãguinis illinitur. Sed et ĩ cibis cõcoqtur ægre. Inflationes facit & ructus. Vrinæ quoq; noxia. Sugillatis cum uino & oleo amiciſſima, & cum cera ſtrumis. Verrucæ ſedis, crebriore eius ſuffitu cadũt.

Laſer

Laſer è ſilphio ꝓfluens quo diximus modo, inter exi mia eſt naturæ dona numeratũ. Pluribus cõpoſitioni bus inſeritur. Per ſe autẽ algores excalfacit. Potum neruorum uitia extenuat. Fœminis datur in uino. Et lanis mollibus admouetur uuluæ ad menſes ciendos. Pedum clauos circũſcarificatos ferro, mixtum ceræ extrahit. Vrinam ciet ciceris magnitudĩe dilutum. Andreas ſpondet, copioſius ſumptum inflationes face re, & concoctioni plurimum conferre ſenibus et fœ minis: Itẽ hyeme q̃ æſtate utilius, ueruntamen aquã bibentibus, cauẽdumq́; ne qua intus ſit exulceratio. Ab ægritudine recreationi efficax in cibo. Tempe-ſtiue enim datum, cauterium obtinet: aſſuetis etiam utilius q̃ expertibus. Ad extera corporum, indubita tas confeſſiones habet. Venena telorum et ſerpentiũ extinguit potum, ex aqua uulneribus his circumlini tur. Scorpionum tantũ plagis ex oleo. Vlceribus ue ro non matureſcentibus, cum farina hordeacea, uel fico ſicca. Carbunculis cum ruta, uel cum mellę, uel per ſe uiſco ſuperlitũ ut hæreat: Sic & ad canis mor ſus. Excreſcentibus circa ſedem, cum tegmine puni-ci mali ex aceto decoctum. Clauis pedum, qui uulgo morticini appellantur, nitro mixto, ante ſubactum. Carnes replet cum uino et croco, aut pipere, aut mu rium fimo & aceto. Perniones ex uino fouet, & ex oleo coctum imponitur: Sic & callo. Clauis pedũ ſu-perraſis præcipuæ utilitatis. Contra aquas malas,

pestilentes

peſtilentes tractus, uel dies. In tuſsi, uua, fellis ueteris ſuffuſione, hydropicis, raucitatibus: Confeſtim enim purgat fauces, uocẽq; reddit. Podagras, in ſpõgia dilutum, poſtea lenit. Pleureticis in ſorbitione uinum poturis datur, contractionibus, opiſthotonicis, ciceris magnitudine ceræ circũlitum. In angina gargarizatur. Anhelatoribus et in tuſſi uetuſta, cũ porro ex aceto datur, atq; ex aceto his q coagulũ lactis ſorbuerint. Præcordiorũ uitijs, ſyntecticis, comitialibus in uino; in aqua mulſa linguæ paralyſi. Coxendicibus, lumborũ doloribus cũ decocto melle illinitur. Non cenſuerim qđ autores ſuadẽt, cauernis dentium in dolore inditum cera includi, magno experimento hoĩs qui ſe eadem cauſa præcipitauit ex alto. Quippe tauros inflammat naribus illitis, ſerpentes auidiſſimas uini admixtum rumpit: Ideo nec inungi ſuaſerim cum attico melle, licet præcipiant. Quas habet utilitates admixtum alijs, immenſum eſt referre, & nos ſimplicia tractamus: quoniam in his naturã eſſe apparet, in illis coniecturã ſæpe fallacem, nulli ſatis cuſtodita in mixturis concordia naturæ ac repugnãtia. Qua de re mox plura dicemus.

De *natura mellis et aqua mulſa, et quare genere ciborũ mores immutẽtur, et de melitite et cera: et cõtra cõpoſitiones medicorũ.* Ca. XXIIII.

NOn *eſſet mellis autoritas in pretio mĩor q̃ laſeris, ni ubiq; naſceretur, *qa illã ipſa fabricata ſit na*

** Particula quia, aut aliqua huic ſimilis deſiderari hic uidebatur, ut ſenſus cõſtaret. Vnde eam nos appoſuimus, ut p quã ratio redditur cur laſer maioris eſſet autoritatis q̃ mel, quia nimirum natura ipſum fabricata ſit. Ad quod reſpõdet Plini. quaſi ex aduerſo eandem naturam etiam melli gignendo animal fabricatam eſſe.*

rata ſit natura. Sed et huic gignēdo aīal (ut diximus) innumeros ad uſus ſi quotiens miſceatur æſtimemus. Prima ꝓpolis alucorum (de qua diximus) aculeos et oīa infixa corpori extrahit, tubera diſcutit, dura cō coquit, dolores neruorum mulcet, ulceraq; iā deſperantia cicatrice includit. Mellis quidē ipſius natura talis eſt, ut putreſcere corpora non ſinat, iucundo ſapore atq; nō aſpero, alia quā ſalis natura. Faucibus, tonſillis, anginæ, oībusq; oris deſiderijs utiliſſimum, areſcētiq; in febribus linguæ. Iam uero peripneumonicis, pleureticis decoctū. Itē uulneribus à ſerpente ꝑcuſſis. Et contra uenena fungorum. Paralyticis in mulſo, quanq̄ ſuæ mulſo dotes conſtant. Mel auribus inſtillatū cum roſaceo ꝓdeſt, lendes & fœda capitis aīalia necat. Vſus deſpumati ſemper aptior, ſtomachum tamē inflat, bilē auget, faſtidiū creat, et oculis per ſe inutile aliq arbitrantur. Rurſus quidam angulos exulceratos melle tangi ſuadent. Mellis cauſas atq; differentias nationesq; & indicationē, in apiū, ac deinde florum natura diximus, cum ratio operis diuidi cogeret miſcēda. Rurſus naturā rerū per noſcere uolentibus, in mellis operibus et aqua mulſa tractari debet. Duo genera eius, ſubitæ ac recentis, alterū inueteratæ. Repētina deſpumato melle præclaram utilitatem habet in cibo ægrotantium leui, hoc eſt alicæ elutæ, uiribus recreandis, ore ſtomachóq; mulcendo, ardore refrigerando. Frigidam enim

utilius da

utilius dari uentri molliendo. Inuenio & apud autores hunc potum bibendũ alſioſis: Item animi humilis & præparci, quos illi dixere micropſychos. Eſt & ratio ſubtilitatis immenſæ à Platone deſcendẽs. Corpuſculis rerum leuibus ſcabris, anguloſis, rotundis, magis aut minus ad aliorum naturam accedentibus, ideo nõ eadem oĩbus amara aut dulcia eſſe. Sic et in laſſitudine p̃niores eſſe ad iracundiã, et in ſiti. Ergò & hæc animi aſperitas, ſeu potius animæ, dulciore ſucco mitigatur. Lenit tranſitum ſpiritus, & molliores facit meatus, ne ſcindant euntem redeuntemq́;. Experimenta in ſe cuiq;. Nullius non ira luctusq́; triſtitiæ. Omnis animi impetus cibo mollitur. Ideoq; obſeruanda ſunt, quæ non ſolum corporum medicinam, ſed & morum habent. Aqua mulſa & tuſſientibus utilis traditur, calefacta incitat uomitiones. Contrà uenenum pſimmythij ſalutaris, addito oleo. Item cõtra hyoſcyamum, cum lacte maxime aſinino, & contra halicacabum, ut diximus. Infunditur & auribus & genitalium fiſtulis. Vuluis imponitur cum pane molli, ſubitis tumoribus, luxatis, leniendisq́; omnibus. Inueteratæ autem uſum damnauere poſteri, minus innocentem aqua, minusq́; uino firmum. Longa tamen uetuſtate tranſit in uinum, ut conſtat inter omnes, ſtomacho inutiliſſimum, neruisq́; contrariũ. Semper mulſum ex uetere uino utiliſſimum, facillimeq́; cum melle concorporatur, quod in dulci nunq̃ euenit. Ex

euenit. Ex *auſtero factum non implet ſtomachũ, neq; ex decocto melle, minusq́; inflat, quod ferè euenit.* Appetendi *quoque reuocat auiditatem cibi.* Aluum *moliit frigido potu pluribus, calido ſiſtit.* Corpora *auget.* Multi *ſenectam lõgam mulſi tantum *nutritu tolerauere, neq; alio ullo cibo, celebri* Pollionis Romuli *exemplo: quem centeſimum annum excedentẽ, cum diuus* Auguſtus *hoſpes interrogaret, quanam ratione maxime uigorem illum animi corporisq́; cuſtodiſſet, ille reſpondit:* Intus *mulſo, foris oleo.* Varro *regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam curetur mulſo.* Melitites *quo fieret modo ex muſto & melle, docuimus in ratione uini.* Seculis *iam fieri non arbitror hoc genus, inflationibus obnoxium.* Solebat *tamẽ inueteratum alui cauſa dari in febre: item articulario morbo, et neruorum infirmitate laborantibus, & mulieribus uini abſtemiis.*

Nutritu legendũ. quã lectionẽ Petrus Cri. *ſequitur li. 4. ſuarũ annota. c. 8. licet* Her. *in* Corol. *intinctu legat.*

Mellis *naturæ adnexa cera, de cuius origine & bonitate nationibusq́; ſuis diximus locis.* Omnis *aũt mollit, calefacit, explet corpora: recens melior.* Datur *in ſorbitione dyſentericis, fauiq́; ipſi, in pulte alicæ prius toſtæ.* Aduerſatur *lactis naturæ: ac milij magnitudine.* X. *grana ceræ hauſta, non patiuntur coagulari lac in ſtomacho.* Si *inguen tumeat, albam ceram in pube fixiſſe remedio eſt.* Nec *huius uſus, quos mixta alijs præſtat, enumerare medicina poſſit, ſicuti nec cæterorum quæ cum alijs proſunt.* Iſta, *ut diximus,*

ut diximus, ingenijs conſtant. Non fecit cerata, malagmata, emplaſtra, collyria, antidota parens illa ac diuina rerum artifex: officinarũ, imò uerius auaritiæ commenta ſunt. Naturæ quidem opera abſoluta atq; perfecta gignuntur: paucis ex cauſa non ex coniectura rebus aſſumptis, ut ſucco aliquo ſicca temperentur ad meatus, aut corpore alio humentia ad nexus. Scrupulatim quidem colligere ac miſcere uires, non coniecturæ humanæ opus, ſed impudentiæ eſt. Nos nec Indicarum Arabicarumq; merciũ, aut externi orbis attingimus medicinas. Non placent remedijs tam longe naſcentia: non nobis gignuntur: imò ne illis quidem, alioquin non uenderẽt. Odorum cauſa unguentorumq́;, & deliciarum: ſi placet, etiã ſuperſtitionis gratia emantur, quoniam thure ſupplicamus & coſto. Salutem quidem ſine his poſſe cõſtare, uel ob id probabimus, ut tanto magis ſui delicias pudeat. Sed medicinas è floribus coronamentisq; & hortenſiis, quæq; manduntur herbis proſecuti, quonam modo frugum omittemus? Nimirum & has indicare coueniet.

Medicinæ ex frugibus. Caput .XXV.

IN primis ſapientiſſima animalium eſſe conſtat, quæ fruge ueſcantur. Siliginis grana combuſta & trita in uino aminæo, oculis illita epiphoras ſedant: Tritici uero ferro combuſta ijs, quæ frigus uſſerit, præſentaneo ſunt remedio. Farina tritici

ex aceto

ex aceto cocta, neruorum contractionibus, cum roſa ceo uero et fico ſicca myxisq́; decoctis. Furfures tonſillis faucibusq́; gargarizatione proſunt. Sex. Pompeius prætorij uiri pater, Hiſpaniæ citerioris pric̃eps; cum horreis ſuis uentilãdis præſideret, correptus dolore podagræ, merſit in triticum ſeſe ſuper genua: leuatusq́; ſiccatis pedibus mirabili modo, hoc poſtea remedio uſus eſt. Vis tãta eſt, ut cados plenos ſiccet. Paleam quoq; tritici uel hordei calidam imponi ramicum incommodis experti iubent, quaque decoctæ ſunt aqua foueri. Eſt in farre uermiculus teredini ſimilis: quo cauis dentium cera incluſo, cadere uitiati ⁎ *Inter fruges dicuntur, etiam ſi fricẽtur. Olyram arincam (⁎dixi mus) uocãt. Hac decocta fit medicamentũ, quod Aegyptij atharam uocant, infantibus utiliſſimum, ſed & adultos illinunt eo. Farina ex hordeo & cruda & decocta, collectiones impetusq́; diſcutit, lenit & concoquit. Decoquitur aliâs in mulſa aqua, aut fico ſicca. Ad iocineris dolores eam in poſca poſitam concoqui opus eſt, aut cum uino. Cum uero inter coquendum diſcutiendumq́; cura eſt, tunc in aceto melius, aut in fæce aceti, aut cotoneis pirisue decoctis. Ad multipedum morſus cum melle, ad ſerpentium in aceto, & contra ſuppurantia, ad extrahendas ſuppurationes ex poſca, addita reſina & galla. Ad concoctiones uero & ulcera uetera, cum reſina. Ad duritias cũ fimo columbarũ, aut fico ſicco, aut cinere.*

Ad neruo-

lib. 18. ca. 7. et itẽ cap. 10.

Ad neruorum inflammationes, aut inteſtinorum uel laterū, uel uirilium dolores, cum papauere aut meli loto, & quotiēs ab oſſibus caro recedit. Ad ſtrumas *cum pice, & impubis pueri urina.* Cum oleo & *fœnograeco contra tumores præcordiorū, uel in febribus cum melle uel adipe uetuſto.* Suppuratis triticea *farina multo lenior.* Neruis *cum hyoſcyami ſucco illinitur.* Ex aceto & *melle lentigini.* Zea, *ex qua alicam fieri diximus, efficacior etiam hordeacea ui detur, trimeſtris mollior.* Ex *uino rubro ad ſcorpionum ictus tepida, & ſanguinem excreantibus:* Item *arteriæ. Tuſſi cum caprino ſeuo, aut butyro.* Ex *fœnogræco molliſſima oīm.* Vlcera *manantia ſanat, et furfures corporis, ſtomachi dolores, pedes & mammas cū uino & nitro cocta.* Aerina *farina magis cæteris purgat ulcera uetera, & gāgrenas.* Cū *raphano & ſale & aceto lichenas.* Lepras *cū ſulphure uiuo.* Et *capitis dolores cum adipe anſerino impoſita fronti.* Strumas & *panos concoqt in fimo columbino, & lini ſemine decocta in uino.* De polentæ *generibus in frugum loco ſatis diximus, locorum ratione, quæ à farina hordei diſtat, eo quod torretur:* Ad *ſtomachum utilis, aluum ſiſtit, impetusq́; rubicūdi tumoris.* Et *oculis illinitur & capitis dolori cum menta, aut alia refrigerāte herba.* Item *pernionibus & ſerpentiū plagis:* Item *ambuſtis ex uino.* Inhibet *quoq; puſtulas.* Farina *in pollinē ſubacta uim extra*

cho,iocineri,renibus,ueſicæ. Hæc eſt quam Ariſto-phanes Euripidi poëtæ obijcit iculariter, matrem eius ne olus q̃dem legitimũ uenditaſſe olim, ſed ſcãdicem. Eadẽ erat anthriſcus, ſi tenuiora folia & odoratiora haberet. Peculiaris laus eius, q̃ fatigato Venere corpori ſuccurrit, marceſcentesq́; ſenio iam coitus excitat. Siſtit pfluuia alba fœĩarum. Et iaſione olus ſylueſtre habetur, in terra repens, cũ lacte multo florẽ fert candidũ: conciliũ uocant. Et huius eadem cõmendatio ad ſtimulandos coitus. Cruda ex aceto ĩ cibo ſumpta, mulieribus lactis hubertatẽ præſtat. Salutaris eſt phthiſin ſentientibus. Infantiũ capiti illita nutrit capillũ, tenacioreḿq; eius cutẽ efficit.

Eſt & caucalis, fœniculo ſimilis, breui caule, flore candido, cordi utilis. Succus eius bibitur, ſtomacho perq̃ cõmodatus & urinæ, calculisq́; & harenis pellẽdis, & ueſicæ pruritibus. Extenuat & lienis, iocineris, renũq́; pituitas. Semẽ menſes fœĩarũ adiuuat, bilẽq́; à partu ſiccat. Datur & cõtra pfluuia genituræ uiris. Chryſippus & cõceptionibus eã putat conferre multũ. Bibitur in uino ieiunis. Illinitur & cõtra uenena marinorũ, ſicut Petreius in carmine ſuo ſignificat. His adnumerant ſion, latius apio, in aqua naſcens, pinguius, nigrius, copioſum ſemine, ſapore naſturtij. Prodeſt urinis, renibus, lienibus, mulierũq́; menſibus, ſiue ipſum in cibo ſumptũ, ſiue iús decocti, ſiue ſemen è uino drachmis duabus.

Calculos

Calculos rũpit, aquisq́; quæ gignunt eos reſiſtit. Dyſ entericis ꝓdeſt infuſum. Item lentigini illitũ, & mu lierũ uitijs in facie, noctu illitũ momento cutẽ emen dat, & ramices lenit, & ſcabiẽ equorũ. Sillybũ chamæleonti albo ſimilem, æque ſpinoſam, ne in Cili cia quidem, aut Syria, aut Phœnice, ubi naſcitur, co- quere tanti eſt, ita opoſa eius culina traditur. In me- dicina nullũ uſum habet. Scolymõ quoq; in cibos recipit oriens, & alio nõie limonion appellat. Fru- tex eſt nunq̃ cubitali altior, criſtisq́; foliorũ ac radi ce nigra, ſed dulci: Eratoſtheni quoq; laudata in pau peris cœna. Vrinã ciere præcipue traditur. Sanare lichenas & lepras ex aceto. Venerẽ ſtimulare in ui no, Heſiodo & Alcæo teſtibus: qui florẽte ea cicadas acerrimi cantus eſſe, & mulieres libidinis auidiſſi- mas, uirósque in coitum pigerrimos ſcripſere, uelut prouidentia naturæ hoc adiumẽto tunc ualẽtiſſimo. Item graueolentiã alarũ emendat radicis emedulla tæ uncia, in uini Falerni heminis tribus decocta ad tertias, & à balneo ieiuno itẽq́; poſt cibũ cyathis ſin gulis pota. Mirũ eſt, qđ Xenocrates ꝓmittit expe- rimento, uitiũ id ex alis ꝑ urinã effluere. Eſtur & ſonchos, ut quem Theſeo apud Callimachũ apponat Hecale, uterq; albus et niger, lactucæ ſimiles ambo, niſi ſpinoſi eſſent, caule cubitali anguloſo, intus cauo, ſed q fractus copioſo lacte manet. Albus, q è lacte ni tor, utilis orthopnoicis lactucarũ modo. Eraſiſtratus

calculos per urinã pelli eo mõſtrat, & oris graueo lentiã cõmanducato corrigi. Succus trium cyathorum menſura, in uino albo & oleo calefactus, adiuuat partus, ita ut à partu ambulent grauidæ. Datur *& in ſorbitione.* Ipſe *caulis decoctus facit lactis abũdantiã nutricibus, colorẽq; meliorẽ infantiũ: utiliſſimus his, quæ lac ſibi coire ſentiant.* Inſtillatur *auribus ſuccus, calidusq; in ſtrãguria bibitur cyathi mẽſura, & in ſtomachi roſionibus cũ ſemine cucumeris nucleisq; pineis.* Illinitur *& ſedis collectionibus.* Bibitur *cõtra ſerpẽtes ſcorpionesq;, radix uero illinitur.* Eadẽq; *decocta ĩ oleo punici mali calyce, auriũ morbis præſidiũ eſt.* Hæc *oĩa ex albo.* Cleomporus *nigro ꝓhibet ueſci, ut morbos faciente, de albo conſentiens.* Agathocles *etiam contra ſanguinem tauri demonſtrat ſucco eius uti.* Refrigeratoriã *tamẽ uim eſſe cõuenit nigro, & hac cauſa imponendũ cum polenta.* Zenon *radice albi ſtranguriam docet ſanari.*

Condrillon *ſiue condrille, folia habet intubi circumroſis ſimilia, caulem minus pedali, ſucco madentem amaro, radice fabæ ſimili, aliquando numeroſa.* Habet *ꝓximam terræ maſtichen tuberculo fabæ, quæ appoſita fœĩarum menſes trahere dicitur.* Tuſa *cum radicibus tota, diuiditur in paſtillos, contra ſerpentes, argumẽto probabili.* Siquidem *mures agreſtes læſi ab his, hanc eſſe dicuntur.* Succus *ex uino coctæ, aluum ſiſtit.* Eadem *palpebrarũ pilos inordinatiſ-*

dinatiſsimos, pro gummi efficaciſsime regit. Dorotheus ſtomacho & concoctionibus utilem ſuis carminibus pronunciauit. Aliqui fœminis & oculis, generationiq; uirorum cõtrariam putauere. Inter ea quæ temere manduntur, boletos merito poſuerim. Optimus quidem eſt ijs cibus, ſed immenſo exemplo in crimen adductus, ueneno Tiberio Claudio principi per hanc occaſionem à coniuge dato Agrippina: quo facto illa terris uenenum alterum, ſibique ante omnes, Neronem ſuum dedit. Quorundam ex his facile noſcuntur uenena, diluto rubore, rãcido aſpectu, liuido intus colore, rimoſa ſtria, pallido per ambitũ labro. Non ſunt hæc in quibuſdam, ſicciq; & nitri ſimiles, ueluti guttas in uertice albas ex tunica ſua gerunt. Voluam enim terra ob hoc prius gignit, ipſum poſtea in uolua ceu in ouo eſt luteum. Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti. Rumpitur hoc primo naſcente, mox creſcente, in pediculo corpus abſumitur, raroq; unquam geminis ex uno pede. Origo prima cauſaq; è limo, & aceſcente ſucco madentis terræ, aut radicis fermè glandiferæ: initioq; ſpuma lentior, dein corpus membranæ ſimile, mox partus. Vt diximus, illa pnicialia, prſus improbanda. Si enĩ caligaris clauus, ſi ferri uel chalybis aliqua rubigo, aut panni marcor affuerit, oẽm ilico ſuccum alienũ ſaporemq; in uenenum decoquit: deprehendiſſéque niſi agreſtes poſſunt atq; q colligũt. Ducunt ipſi alia

ipſa illa uitia, nūc quidem ſi ſerpentis cauerna iuxtà fuerit, ſi pateſcentes primo adhalauerit, capaci uenenorū cognatione ad uirus accipiendū. Itaque caueri conueniet, priusq̃ ſe condãt ſerpentes. Signa erũt tot herbæ, tot arbores fruticesq́; ab emerſu earũ ad latebrã uſq; uernantes, & uel fraxini tantũ folia, nec poſtea naſcentia, nec antè decidentia. Et boletis quidem ortus occaſusq́; omnis intra dies ſeptem eſt.

De fungis, & ſilphio, & de laſere.

Caput .XXIII.

FVngorũ lẽtior natura, & numeroſa genera, ſed origo nõ niſi ex pituita arborũ. Tutiſsimi, qui rubent callo, minus diluto robore q̃ boleti. Mox candidi, uelut apice flaminis inſignibus pediculis. Tertiũ genus ſuilli, uenenis accommodatiſſimũ. Familias nuper interemere, & tota conuiuia, Anneum Serenum præfectum Neronis uigilũ, & tribunos, et centuriones quoſque. Voluptas tanta ancipitis cibi. Quidam diſcreuere arborũ generibus, fico, ferula, & gummi ferẽtibus: Nos item fago, aut robore, aut cupreſſo, ut diximus. Sed iſta quis ſpondet in uenalibus? Omnium colos liuidus. His aberit ueneni argumentum, quo ſimilior fuerit arborum fici. Aduerſus hæc diximus remedia, dicemusq́;, interim ſunt aliqua & in his. Claudius ſtomacho utiles putat boletos. Siccantur pendentes ſuilli, iunco transfixi, quales à Bithynia ueniũt. Hi fluxionibus alui, quas rheumati-

matiſmos uocant, medentur, excreſcentibusq́; in ſede carnibus: minuunt enim eas, & tpe abſumunt. Item lentigines, & mulierũ uitia in facie leuant. Lauantur etiam ut plumbum, in oculorum medicamẽta. Sordidis ulceribus, & capitis eruptionibus, canũ morſibus ex aqua illinuntur. Libet & coquendi darc aliquas cõmunes in omni eorum genere obſeruationes, quando ipſæ ſuis manibus deliciæ præparant hunc cibum ſolum, & cogitatione antè paſcuntur, ſuccineis nouaculis aut argenteo apparatu comitante. Noxij erunt fungi, qui in coquendo duriores fiunt: innocentiores, qui nitro addito coquentur, ſi utique percoquantur. Tutiores fient cum carne cocti, aut cũ pediculo piri. Proſunt & pira confeſtim ſumpta. Debellat eos & aceti natura, contraria ijs. Imbribus proueniũt oĩa hæc. Imbre & ſilphion uenit, primo è Cyrenis, ut dictum eſt. Ex Syria nunc hoc maxime importatur, deterius Parthico, ſed Medico melius, extincto omni Cyrenaico ut diximus. Vſus ſilphij in Media. Nam folia ad expurgandas uuluas, pellẽdosq́; emortuos partus decoquuntur in uino albo odorato, ut bibatur menſura acetabuli à balneis. Radix ꝓdeſt arterijs exaſpatis, et collectionibus ſãguinis illinitur. Sed et ĩ cibis cõcoqtur ægre. Inflationes facit & ructus. Vrinæ quoq; noxia. Sugillatis cum uino & oleo amiciſſima, & cum cera ſtrumis. Verrucæ ſedis, crebriore eius ſuffitu cadũt.

Laſer

Laſer e ſilphio ꝓfluens quo diximus modo, inter eximia eſt naturæ dona numeratũ. Pluribus cõpoſitionibus inſeritur. Per ſe autẽ algores excalfacit. Potum neruorum uitia extenuat. Fœminis datur in uino. Et lanis moll bus admouetur uuluæ ad menſes ciendos. Pedum clauos circũſcarificatos ferro, mixtum ceræ. extrahit. Vrinam ciet ciceris magnitudĩe dilutum. Andreas ſpondet, copioſius ſumptum inflationes facere, & concoctioni plurimum conferre ſenibus et fœminis: Itẽ hyeme q̃ æſtate utilius, ueruntamen aquã bibentibus, cauẽdumq; ne qua intus ſit exulceratio. Ab ægritudine recreationi efficax in cibo. Tempeſtiue enim datum, cauterium obtinet: aſsuetis etiam utilius q̃ expertibus. Ad extera corporum, indubitatas confeſſiones habet. Venena telorum et ſerpentiũ extinguit potum, ex aqua uulneribus his circumlinitur. Scorpionum tantũ plagis ex oleo. Vlceribus uero non matureſcentibus, cum farina hordeacea, uel fico ſicca. Carbunculis cum ruta, uel cum melle, uel per ſe uiſco ſuperlitũ ut hæreat: Sic & ad canis morſus. Excreſcentibus circa ſedem, cum tegmine punici mali ex aceto decoctum. Clauis pedum, qui uulgo morticini appellantur, nitro mixto, ante ſubactum. Carnes replet cum uino et croco, aut pipere, aut murium fimo & aceto. Perniones ex uino fouet, & ex oleo coctum imponitur: Sic & callo. Clauis pedũ ſuperraſis præcipuæ utilitatis. Contra aquas malas, peſtilentes

peſtilentes tractus, uel dies. In tuſſi, uua, fellis ueteris ſuffuſione, hydropicis, raucitatibus: Confeſtim enim purgat fauces, uocẽq; reddit. Podagras, in ſpõgia dilutum, poſtea lenit. Pleureticis in ſorbitione uinum poturis datur, contractionibus, opiſthotonicis, ciceris magnitudine ceræ circũlitum. In angina gargarizatur. Anhelatoribus et in tuſſi uetuſta, cũ porro ex aceto datur, atq; ex aceto his q coagulũ lactis ſorbuerint. Præcordiorũ uitijs, ſyntecticis, comitialibus in uino, in aqua mulſa linguæ paralyſi. Coxendicibus, lumborũ doloribus cũ decocto melle illinitur. Non cenſuerim qđ autores ſuadẽt, cauernis dentium in dolore inditum cera includi, magno experimento hoĩs qui ſe eadem cauſa præcipitauit ex alto. Quippe tauros inflammat naribus illitis, ſerpentes auidiſſimas uini admixtum rumpit: Ideo nec inungi ſuaſerim cum attico melle, licet præcipiant. Quas habet utilitates admixtum alijs, immenſum eſt referre, & nos ſimplicia tractamus: quoniam in his naturã eſſe apparet, in illis coniecturã ſæpe fallacem, nulli ſatis cuſtodita in mixturis concordia naturæ ac repugnãtia. Qua de re mox plura dicemus.

De natura mellis et aqua mulſa, et quare genere ciborũ mores immutẽtur, et de melitite et cera: et cõtra cõpoſitiones medicorũ. Ca. XXIIII.

NOn eſſet mellis autoritas in pretio mĩor q̃ laſeris, ni ubiq; naſceretur, *qa illđ ipſa fabricata ſit na

** Particula quia, aut aliqua huic ſimilis deſiderari hic uidebatur, ut ſenſus cõſtaret. Vnde eam nos appoſuimus, ut p quã ratio redditur cur laſer maioris eſſet autoritatis q̃ mel, quia nimirum natura ipſum fabricata ſit. Ad quod reſpõdet Plini. quaſi ex aduerſo eandem naturam etiam melli gignendo animal fabricatam eſſe.*

cata ſit natura. Sed et huic gignẽdo aĩal (ut diximus) innumeros ad uſus ſi quotiens miſceatur æſtimemus. Prima ꝓpolis alucorum (de qua diximus) aculeos et oĩa infixa corpori extrahit, tubera diſcutit, dura cõcoquit, dolores neruorum mulcet, ulceraq́; iã deſperantia cicatrice includit. Mellis quidẽ ipſius natura talis eſt, ut putreſcere corpora non ſinat, iucundo ſapore atq; nõ aſpero, alia quã ſalis natura. Faucibus, tonſillis, anginæ, oĩbusq́; oris deſiderijs utiliſſimum, areſcẽtiq́; in febribus linguæ. Iam uero peripneumonicis, pleureticis decoctũ. Itẽ uulneribus à ſerpente ꝑcuſſis. Et contra uenena fungorum. Paralyticis in mulſo, quanq̃ ſuæ mulſo dotes conſtant. Mel auribus inſtillatũ cum roſaceo ꝓdeſt, lendes & fœda capitis aĩalia necat. Vſus deſpumati ſemper aptior, ſtomachum tamẽ inflat, bilẽ auget, faſtidiũ creat, et oculis per ſe inutile aliq arbitrantur. Rurſus quidam angulos exulceratos melle tangi ſuadent. Mellis cauſas atq; differentias nationesq́; & indicationẽ, in apiũ, ac deinde florum natura diximus, cum ratio operis diuidi cogeret miſcẽda. Rurſus naturã rerũ per noſcere uolentibus, in mellis operibus et aqua mulſa tractari debet. Duo genera eius, ſubitæ ac recentis, alterũ inueteratæ. Repẽtina deſpumato melle præclaram utilitatem habet in cibo ægrotantium leui, hoc eſt alicæ elutæ, uiribus recreandis, ore ſtomachóq́; mulcendo, ardore refrigerando. Frigidam enim

utilius da

utilius dari uentri molliendo. Inuenio & apud autores hunc potum bibendũ alſioſis: Item animi humilis & præparci, quos illi dixere micropſychos. Eſt & ratio ſubtilitatis immenſæ à Platone deſcendẽs. Corpuſculis rerum leuibus ſcabris, anguloſis, rotundis, magis aut minus ad aliorum naturam accedentibus, ideo nõ eadem oĩbus amara aut dulcia eſſe. Sic et in laſſitudine ꝓniores eſſe ad iracundiã, et in ſiti. Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potius animæ, dulciore ſucco mitigatur. Lenit tranſitum ſpiritus, & molliores facit meatus, ne ſcindant euntem redeuntemq́;. Experimenta in ſe cuiq;. Nullius non ira luctusq́; triſtitiæ. Omnis animi impetus cibo mollitur. Ideoq; obſeruanda ſunt, quæ non ſolum corporum medicinam, ſed & morum habent. Aqua mulſa & tuſſientibus utilis traditur, calefacta incitat uomitiones. Contra uenenum pſimmythij ſalutaris, addito oleo. Item cõtra hyoſcyamum, cum lacte maxime aſinino, & contra halicacabum, ut diximus. Infunditur & auribus & genitalium fiſtulis. Vuluis imponitur cum pane molli, ſubitis tumoribus, luxatis, leniendisq́; omnibus. Inueteratæ autem uſum damnauere poſteri, minus innocentem aqua, minusq́; uino firmum. Longa tamen uetuſtate tranſit in uinum, ut conſtat inter omnes, ſtomacho inutiliſſimum, neruisq́; contrariũ. Semper mulſum ex uetere uino utiliſſimum, facilliusq́; cum melle concorporatur, quod in dulci nunquam euenit. Ex

euenit. Ex auſtero factum non implet ſtomachū, neq; ex decocto melle, minusq; inflat, quod ferè euenit. Appetendi quoque reuocat auiditatem cibi. Aluum mollit frigido potu pluribus, calido ſiſtit. Corpora auget. Multi ſenectam lōgam mulſi tantum *nutritu tolerauere, neq; alio ullo cibo, celebri Pollionis Romuli exemplo: quem centeſimum annum excedentē, cum diuus Auguſtus hoſpes interrogaret, quanam ratione maxime uigorem illum animi corporisq; cuſtodiſſet, ille reſpondit: Intus mulſo, foris oleo. Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam curetur mulſo. Melitites quo fieret modo ex muſto & melle, docuimus in ratione uini. Seculis iam fieri non arbitror hoc genus, inflationibus obnoxium. Solebat tamē inueteratum alui cauſa dari in febre: item articulario morbo, et neruorum infirmitate laborantibus, & mulieribus uini abſtemiis. Mellis naturæ adnexa cera, de cuius origine & bonitate nationibusq; ſuis diximus locis. Omnis aūt mollit, calefacit, explet corpora: recens melior. Datur in ſorbitione dyſentericis, fauiq; ipſi, in pulte alicæ prius toſtæ. Aduerſatur lactis naturæ: ac milij magnitudine. X. grana ceræ hauſta, non patiuntur coagulari lac in ſtomacho. Si inguen tumeat, albam ceram in pube fixiſſe remedio eſt. Nec huius uſus, quos mixta alijs præſtat, enumerare medicina poſſit, ſicuti nec cæterorum quæ cum alijs proſunt. Iſta, ut diximus,

Nutritu legendū. quā lectionē Petrus Criſequitur li. 4. ſuarū annota. c. 8. licet Her. in Corol. intinctu legat.

ut diximus, ingenijs conſtant. Non fecit cerata, malagmata, emplaſtra, collyria, antidota parens illa ac diuina rerum artifex: officinarũ, imò uerius auaritiæ commenta ſunt. Naturæ quidem opera abſoluta atq; perfecta gignuntur: paucis ex cauſa non ex coniectura rebus aſſumptis, ut ſucco aliquo ſicca temperentur ad meatus, aut corpore alio humentia ad nexus. Scrupulatim quidem colligere ac miſcere uires, non coniecturæ humanæ opus, ſed impudentiæ eſt. Nos nec Indicarum Arabicarumq; merciũ, aut externi orbis attingimus medicinas. Non placent remedijs tam longe naſcentia: non nobis gignuntur: imò ne illis quidem, alioquin non uenderẽt. Odorum cauſa unguentorumq́;, & deliciarum: ſi placet, etiã ſuperſtitionis gratia emantur, quoniam thure ſupplicamus & coſto. Salutem quidem ſine his poſſe cõſtare, uel ob id probabimus, ut tanto magis ſui delicias pudeat. Sed medicinas è floribus coronamentisq; & hortenſiis, quæq; manduntur herbis proſecuti, quonam modo frugum omittemus? Nimirum & has indicare coueniet.

Medicinæ ex frugibus. Caput .XXV.

IN primis ſapientiſſima animalium eſſe conſtat, quæ fruge ueſcantur. Siliginis grana combuſta & trita in uino aminæo, oculis illita epiphoras ſedant: Tritici uero ferro combuſta ijs, quæ frigus uſſerit, præſentaneo ſunt remedio. Farina tritici

Ad neruorum inflammationes, aut inteſtinorum uel laterũ, uel uirilium dolores, cum papauere aut meliloto, & quotiẽs ab oßibus caro recedit. Ad ſtrumas cum pice, & impubis pueri urina. Cum oleo & fœnogræco contra tumores præcordiorũ, uel in febribus cum melle uel adipe uetuſto. Suppuratis triticea farina multo lenior. Neruis cum hyoſcyami ſucco illinitur. Ex aceto & melle lentigini. Zea, ex qua alicam fieri diximus, efficacior etiam hordeacea ui detur, trimeſtris mollior. Ex uino rubro ad ſcorpionum ictus tepida, & ſanguinem excreantibus: Item arteriæ. Tußi cum caprino ſeuo, aut butyro. Ex fœnogræco mollißima oĩm. Vlcera manantia ſanat, et furfures corporis, ſtomachi dolores, pedes & mammas cũ uino & nitro cocta. Aerina farina magis cæteris purgat ulcera uetera, & gãgrenas. Cũ rhaphano & ſale & aceto lichenas. Lepras cũ ſulphure uiuo. Et capitis dolores cum adipe anſerino impoſita fronti. Strumas & panos concoqt in fimo colum bino, & lini ſemine decocta in uino. De polentæ generibus in frugum loco ſatis diximus, locorum ratione, quæ à farina hordei diſtat, eo quod torretur: Ad ſtomachum utilis, aluum ſiſtit, impetusq́; rubicũdi tumoris. Et oculis illinitur & capitis dolori cum menta, aut alia refrigerãte herba. Item pernionibus & ſerpentiũ plagis: Item ambuſtis ex uino. Inhibet quoq; puſtulas. Farina in pollinẽ ſubacta uim extra

hendi humoris habet, ideo & cruore ſuffuſis in faſci as uſq; ſanguinem perducit. Efficacius ĩ ſapa. Impo nitur & pedum callo clauisq;. Nam cum oleo uete re ac pice decocta polline, condylomata & alia oĩa ſedis uitia q̃maxime calido mirabilẽ in modum cu rãtur. Pulte corpus augetur. Farina qua chartæ glu tinantur, ſanguinẽ excreantibus datur tepida ſor benda, efficaciter ꝓdeſt. Alica res Romana eſt, et non pridem excogitata, alioquin non ptiſanæ potius laudes ſcripſiſſent Græci. Nondũ arbitror Pompeij Magni ætate ĩ uſu fuiſſe, et ideo uix quicq̃ de ea ſcri ptum ab Aſclepiadis ſchola. Eſſe quidem eximie uti lem nemo dubitat, ſiue eluta detur ex aqua mulſa, ſi ue in ſorbitiones decocta, ſiue in pultẽ. Eadem in al uo ſiſtenda torretur, dein fauorum cera coquitur, ut ſuprà diximus. Peculiaris tamen longo morbo ad ta bitudinem redactis ſubuenit, ternis eius cyathis in ſe xtarium aquæ ſenſim decoctis, donec omnis aqua con ſumatur. Poſtea ſextario lactis ouilli aut caprini ad dito per cõtinuos dies, mox adiecto melle. Tali ſorbi tionis genere emẽdantur ſyntexes. Milio ſiſtitur aluus, diſcutiuntur tormina, in quem uſum torretur antè. Neruorum doloribus & alijs feruens in ſacco ponitur: neq; aliud utilius, quoniam leuiſsimum mol liſſimumq; eſt, & caloris capaciſſimum. Itaq; talis uſus eius eſt ad omnia quibus calor profuturus eſt. Farina eius cum pice liquida, ſerpentium & multi-

peda

pedæ plagis imponitur. Panicũ Diocles medicus mel frugũ appellauit. Effectus habet quos milium. In uino potum pdeſt dyſentericis. Similiter his quæ uaporanda ſunt, excalfactum imponitur. Siſtit aluũ in lacte caprino decoctũ, & bis die hauſtum: Sic pro deſt & ad tormina. Seſama trita in uino ſumpta, inhibet uomitiones. Aurium inflammationi illinitur & ambuſtis. Eadem efficit & dum ĩ herba eſt. Amplius hoc oculis imponitur decocta ĩ uino. Stomacho inutilis cibus, & animæ grauitatem facit. Stellionũ morſibus reſiſtit: Item ulceribus, quæ cacoethe uocant. Et auribus oleum quod ex ea fit, prodeſſe diximus. Seſamoides à ſimilitudine nomen accipit, grano amaro, folio minore. Naſcitur ĩ glareoſis. Detrahit bilem in aqua potum. Semen illinitur igni ſacro, diſcutit panos. Eſt etiamnũ aliud ſeſamoides Anticyræ naſcens, quod ideo aliqui anticyricon uocant: cætera ſimile erigeronti herbæ, de qua ſuo dicemus loco. Granum ſeſamæ datur in uino dulci ad detractiones, quantum trinis digitis capitur, miſcentq́; elleborí albi unum & dimidium obolum, purgationẽ eam adhibentes, maxime inſanæ melancholiæ, comitialibus, podagris. Et per ſe drachmæ pondere exinaniũt. Hordeum optimum, quod candidiſſimũ. Succus decocti in aqua cæleſti digeritur in paſtillos, ut infundatur exulceratis interaneis, & uuluis. Cinis eius ambuſtis illinitur, & carnibus quæ recedũt

ab oſſibus & eruptionibus pituitæ, muris aranei morſibus. Idem aſperſo ſale ac melle, candorem dentibus, & ſuauitatem oris facit. Eos qui pane hordeaceo utuntur, morbo pedum tentari negant. Nouēq; *granis ſi furunculum quis circunducat, ſingulis ter, manu ſiniſtra, & oīa in ignem abijciat, confeſtim ſanari aiunt.* Eſt & *herba phœnicea appellata à* Græcis, *à noſtris uero hordeum murinum.* Hæc *trita ex uino pota, præclare ciet menſes.* Ptiſanæ *quæ ex hordeo fit, laudes uno ✱ uolumine cōdidit* Hippocrates, *quæ nūc oēs in alicā tranſeunt.* Contrà *quanto innocentior eſt alica.* Hippocrates *tantū ſorbitionis gratia laudauit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam ſitim arceret, quoniam in aluo nō tumeſceret, quoniam facile redderetur, & aſſuetis hic ſolus cibis in febribus die poſſet dari, tātum remotus ab iſtis qui medicinam fame exercent.* Sorbitione *tamen dari totum uetuit, aliúdue quàm ſuccum ptiſanæ.* Item *uetuit q̄diu pedes frigidi eſſent, tunc quidem nec potionem dandam.* Fit & *ex tritico glutinoſior, arteriæq; exulceratæ utilior.* Amylon *hebetat oculos, & gulæ inutile contrà q̄ creditur.* Item *ſiſtit aluum, epiphoras oculorum inhibet, & ulcera ſanat.* Itē *puſtulas & fluitiones ſanguinis, genas duras emollit.* Datur *cum ouobis, qui ſanguinem reiecerint.* In *ueſicæ uero dolore, ſemuncia amyli cum ouo & paſſis tribus ſufferuefacta, à balneo.* Quin et *auenæ*

✱ Primo uide licet de ratiōe uictus in morbis acutis.

auenæ farina decocta in aceto, tollit næuos. Pa-
nis ipſe quo uiuitur, innumeras penè continet medici
nas. Ex aqua enim & oleo aut roſaceo mollit colle-
ctiones, ex aqua mulſa duritias ualde mitigat. Da-
tur ex uino, ad diſcutienda ualēs, aut quæ perſtringi
opus ſit, & ſi magis etiamnū ex aceto. Aduerſus acu
tas pituitæ fluxiones, quas Græci rheumatiſmos uo-
cant: Item ad pcuſſa, luxata. Ad omnia autē hæc fer
mentatus, q uocatur autopyros, utilior. Illinitur &
paronychijs, & callo pedum ī aceto ueteri. Nau
ticus panis tuſus, atq; iterum coctus, ſiſtit aluum. Vo
cis ſtudioſis, & contra diſtillationes, ſuccum eſſe pri
mo cibo utiliſſimum eſt. Sitanius, hoc eſt trimeſtris,
incuſſa ī facie, aut diſquamata, cum melle aptiſſime
curat. Candidus ægris, aqua calida frigidáue made
factus, leuiſſimum cibum præbet. Oculorum tumori
ex uino imponitur: Sic & puſtulis capitis, aut adie-
cta arida myrto. Tremulis panem ex aqua eſſe ieiu
nis ſtatim à balneo demonſtrant. Quin & grauita-
tem odorū in cubiculis uſtus emēdat, & uini, in fac-
cis additus. Auxiliatur & faba. Nanq; ſolida fri
cta, feruenſq; in acri aceto conie cta, torminibus me-
detur. In cibo freſſa, & cū allio cocta, cōtra deplo-
ratas tuſſes ſuppurationeſq; pectorū, quotidiano ci-
bo ſumitur: & cōmanducata ieiuno ore, etiā ad fu-
runculos maturandos diſcutiendóſue imponitur: &
in uino decocta, ad teſtiū tumores & genitaliū. Lo-

mento quoq; ex aceto decocto, tumores maturat at que aperit. Item liuoribus combuſtis medetur. Voci eam prodeſſe, autor eſt M. Varro. Fabalium etiam ſiliquarum cinis, ad coxendices, & ad neruorum ueteres dolores, cum adipis ſuilli uetuſtate prodeſt. Et per ſe cortices decocti ad tertias ſiſtunt aluum.

*Lens optima quæ facillime coqtur, eaq; quæ ma xime aquam abſorbet. Aciem quidem oculorum ob tundit, & ſtomachum inflat, ſed aluum ſiſtit in cibo, magisq; diſcocta cæleſti aqua: eadē ſoluit minus pco cta. *Cruſtulas ulcerū rūpit, eaq; quæ intra os ſunt, purgat & aſtringit. Collectiones oēs impoſita ſedat, maximeq; exulceratas & rimoſas. Oculorū autem epiphoras cū meliloto aut cotoneo. Cōtra ſuppuran tia cū polēta imponitur. Decoctæ ſuccus, ad oris ex ulcerationes & genitaliū adhibetur. Ad ſedē cū ro ſaceo aut cotoneo. In ijs quæ acrius remediū exigūt, cum putamine punici, melle modico adiecto. Ad id demū ne celeriter inareſcat, adijciūt & betæ folia. Imponitur & ſtrumis panisq; uel maturis uel matu reſcētibus, ex aceto diſcocta. Rimis, ex aqua mulſa: & gāgrenis cū punici tegmine. Item podagris, cum polenta, & uuluis, & renibus, & pernionibus, ulce ribus difficile cicatricem trahentibus. Propter diſ ſolutionē ſtomachi. XXX. grana lētis deuorātur. In choleris quoq; & dyſenteria, efficacior eſt ī tribus aqs decocta: ī quo uſu melius ſemp eā torrere aut tū dere,*

**Puſtulas, paſſim legitur in exēplarib. hactenus excuſis, ſed cruſtulas, potius legēdū uidetur ex Dioſco. unde hæc ad uerbū penè tranſtuliſſe uidetur Plinius: ἐσχάρας, inqt ille, περιρρήγνυσι καὶ ἕλκη ἀνακαθαίρει.*

derē, ut q̃tenuiſsima detur, uel per ſe, uel cū cotoneo malo, aut piris, aut myrto, aut intubo erratico, aut beta nigra, aut plantagine. Pulmoni *eſt inutilis, & capitis dolori, neruoſisq; oībus & felli, nec ſomno facilis, ad puſtulas utilis, igniq; ſacro & mammis in aqua marina decocta: in aceto aūt duritias & ſtrumas diſcutit.* Stomachi *quidem cauſa, polentæ modo potionibus inſpergitur.* Q*uæ ſunt ambuſta, aqua ſemicocta curat, poſtea trita, & p cribrū effuſo furfure, mox pcedente curatione addito melle.* Ex *poſca coquitur ad guttura.* Eſt *& paluſtris lens, & per ſe naſcens in aqua non fluente, refrigeratoriæ naturæ:* Propter *quod collectiōibus illinitur, & maxime podagris.* Et *per ſe et cum polenta glutinat, et interanea pcidentia.* Eſt *ſylueſtris & eleliſphacos dicta à Græcis, ab alijs phacos.* Ea *eſt ſatiua lente leuior, et folio minore, atq; ſicciore et odoratiore.* Eſt *& alterum genus eius ſylueſtris, odore graui: hæc mitior.* Folia *habet cotonei mali effigie, ſed minora et candida, quæ cū ramis decoquuntur.* Menſ*es cit et urinas, et paſtinacæ marinæ ictus ſanat.* Torporē *autem obducit percuſſo loco.* Bibitur *cum abſinthio ad dyſenteriam.* Cum *uino eadē cōmorantes mēſes trahit.* Abundantes *ſiſtit decocto eius poto.* Per *ſe impoſita herba, uulnerū ſanguinem cohibet.* Sanat *& ſerpentium morſus.* Et *ſi in uino decoquatur, pruritus teſtium ſedat.* Noſtri, *qui nunc ſunt herbarij, ele-*

liſphacon græce, latine ſaluiam uocant, mentæ ſimilem, canã, odoratã: partus emortuos ea appoſita extrahunt. Item uermes aurium ulcerumq́;. Cicer et ſylueſtre eſt, folijs ſatiuo ſile, odore graui. Sed ſi largius ſumatur, aluus ſoluitur, & inflatio cõtrahitur, & tormina. Toſtum ſalubrius habetur. Cicercula etiamnũ magis in aluo ꝓficit. Farina utriuſq; ulcera manantia capitis ſanat, efficacius ſylueſtris. Itẽ comitiales & iocinerũ tumores, & ſerpentiũ ictus. Cit mẽſes et urinas, grano maxīe. Emendat & lichenas, et teſtium inflatiões, regiũ morbũ, hydropicos. Lædunt oĩa hæc genera exulceratã ueſicã, et renes. Gangrenis utiliora cum melle, & his quæ cacoẽthe uocantur. Verrucarum in omni genere prima luna ſingulis granis ſingulas tangunt, eaq́; grana in linteolo deligata abijciunt poſt ſe, ita fugari uitiũ arbitrantes. Noſtri præcipiũt arietinum in aqua cum ſale diſcoquere, ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus urinæ: ſic & calculos pelli, morbumq́; regium: eiuſdẽ folijs ſarmentiſq́; decoctis aqua, quàm maxime calida, morbos pedum tolli, & ipſum calidum tritumq́; illitum. Columbini decocti aqua, horrorem tertianæ & quartanæ minuere traditur. Nigrum autem cum gallæ dimidio tritum, oculorum ulceribus ex paſſo medetur. De eruo quædam in mentione eius diximus, nec potentiam ei minorem ueteres quàm braſſicæ tribuere. Contra

ſerpentium

ſerpentium ictus ex aceto, ad crocodilorũ hominũq́; morſum. Si quis eruum quotidie ieiunus edat, lienem eius abſumi certiſſimi autores affirmãt. Farina eius (ut ait Varro) maculas ex toto corpore emendat. Serpere ulcera non patitur: in mammis efficaciſsimum. Carbunculos rumpit ex uino. Vrinæ difficultates, inflationem, uitia iocineris, tenaſmon, & quæ cibum nõ ſentiant, atropha appellata, toſtum, & in nucis auellanæ magnitudinem melle collectũ deuoratumq́;, corrigit. Item impetigines, ex aceto coctũ, et quarto die ſolutum. Panos in melle ſuppurare ꝓhibet impoſitum. Aqua decoctum perniones & pruritus ſanat fouendo. Quin & uniuerſo corpori, ſi quis quotidie ieiunus biberit, meliorem fieri colorem exiſtimant. Cibis idem hominis alienũ. Vomitiones mouet, aluum turbat, capiti & ſtomacho oneroſum. Genua quoq; degrauat. Sed madefactum pluribus diebus, miteſcit. Bubus iumentiſq; utiliſſimum. Siliquæ eius uirides, priuſq̃ indureſcant, cum ſuo caule foliiſq́; cõtritæ, capillos nigro colore inficiunt. Lupini quoq; ſylueſtres, ſunt omni modo minores ſatiuis, præterq̃ amaritudine. Ex omnibus quæ eduntur, ſicco nulli minus ponderis eſt, nec plus utilitatis. Miteſcunt cinere aut aqua calida. Diſcolorem hominẽ frequentiores in cibo exhilarant. Amari cõtra aſpidas ualent. Vlcera atra, aridi decorticatiq́; triti, ſuppoſito linteolo, ad uiuum corpus redigunt. Strumas, parotidas in

rotidas in aceto cocti diſcutiunt. Succus decoctorum cum ruta & pipere, uel in febri datur ad uentris animalia pellenda, minoribus triginta annorum: Pueris uero impoſiti in uentrem ieiunis proſunt. Et alio genere toſti, & in defruto poti, uel ex melle ſumpti. Iidem auiditatem cibi faciunt, faſtidium detrahunt. Farina eorum aceto ſubacta, papulas pruritusq; in balneis illita cohibet, & per ſe ſiccat ulcera. Liuores emendat. Inflammationes cum polenta ſedat. Syl ueſtrium efficacior uis eſt contra coxendicũ et lumborum debilitatem. Ex iiſdem decocta lentigines & fouentiũ cutem corrigunt. Si uero ad mellis craßitudinẽ decoquantur ſatiui, uitiligines nigras et lepras emendant. Satiui quoq; rumpunt carbunculos impoſiti, panos & ſtrumas minuunt, aut maturant. Cocti ex aceto, cicatricibus candidum colorem reddunt. Si uero cæleſti aqua decoquãtur, ſuccus ille ſmegma fit, quo ſolent fouere gangrenas, eruptiones pituitæ, ulcera manantia, utiliſſimum. Expedit ad lienem bibere, & cum melle menſtruis hærentibus. Lieni crudi cum fico ſicca triti ex aceto imponuntur. Radix quoq; in aqua decocta, urinas pellit. Medentur pecori cum chamæleonte herba decocti, aqua in potum collata. Sanant & ſcabiem quadrupedum omniũ, in amurca decocti, utroq; liquore poſtea mixto. Fumus crematorum culices necat. Irionem inter fruges ſeſamæ ſimilem eſſe diximus, & à græcis eryſimon

uocari:

uocari: Galli uelarum appellant. Eſt autem fructicoſum, folijs erucæ anguſtioribus paulo, ſemine naſturtij. Vtiliſſimum tuſsientibus cum melle, & in thoracis purulentis excreationibus. Datur & regio morbo, et lumborũ uitijs, pleureticis, torminibus cœliacis. Illinitur uero parotidum & carcinomatum malis. Teſtium ardoribus ex aqua, aliâs cum melle. Infantibus quoq; utiliſsimum. Item ſedis uitijs & articularijs morbis, cum melle & fico. Contra uenena etiam efficax potũ. Medetur & ſuſpirioſis. Item fiſtulis, cũ axungia ueteri, ne intus addatur. Horminum ſylueſtre (ut diximus) cymino ſimile eſt, cætero porro, dodrantali altitudine. Duorum generum, alteri ſemen nigrius, & oblongum. Hoc ad Venerem ſtimulandam, & ad oculorũ argema & albugines. Alteri candidius ſemẽ & rotũdius. Vtroq; tuſo extrahuntur aculei ex corpore: per ſe, illitũ ex aqua. Folia ex aceto impoſita, panos per ſe uel cum melle diſcutiunt. Item furunculos, priusq̃ capita faciant, omnesq; acrimonias. Quin & ipſe frugum peſtes in aliquo ſunt uſu. Infelix dictum eſt à Virgilio lolium. Hoc tamen molitum, ex aceto coctum, impoſitumq́; ſanat impetigines, celerius quo ſæpius mutatum eſt. Medetur & podagris, alijq́; doloribus cum oxymelite. Curatio hæc à cæteris differt. Aceti ſextario uno dilui mellis uncias duas iuſtum eſt: ita tẽperatis ſextarijs tribus, decocta farina lolij ſextarijs

duobus,

Georg. 1. hoc uerſu: Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ.

duobus, uſq; ad craſſitudinem, calidumq́; ipſum imponi dolẽtibus membris. Eadem farina extrahit oſſa fracta. Miliaria appellatur herba quæ necat milium. Hæc trita, & cornu cum uino infuſa, podagras iumentorum dicitur ſanare. Bromos ſemen eſt ſpicam ferentis herbæ, naſcitur inter uitia ſegetis auenæ græcæ: genere, & folio, et ſtipula triticũ imitatur. In cacuminibus dependẽtes, paruulas uelut locuſtas habet. Semen utile ad cataplaſmata atq; hordeum & ſimilia. Prodeſt tuſſiẽtibus ſuccus. Orobanchen appellauimus necantem eruum & legumina, alij cynomorion eam appellant, à ſimilitudine canini genitalis, cuius cauliculus eſt ſine folijs pinguis, rubens. Eſtur & per ſe, et in patinis, cum tenera eſt decocta. Et leguminibus innaſcuntur beſtiolæ uenenatæ, quæ manus pungunt, & periculum uitæ afferunt, ſoliſugarum generis. Aduerſus has omnia eadẽ medentur, quæ contra araneos et phalangia demonſtrantur. Et frugum quidem hæc ſunt in uſu medico. Ex iiſdem fiunt & potus, zythum in Aegypto, celia & ceria in Hiſpania, ceruiſia et plura genera in Gallia, alijsq́; prouincijs, quorum omnium ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit. Nam quod ad potũ ipſum attinet, præſtat ad uini tranſire mentionem, atque à uite ordiri medicinas arborum.

Recte ſic quidem ex Dioſ. καρπὸν δὲ ἔχει ἐπάκρῳ ὥσπερ ἀκρίδια

FINIS QVINARII. IIII.

C. Plinij

ARGVMENTVM QVINARII .V.

Etſi ſuperiori operis parte de plantarũ hiſtoria, medendi quoq; ex his partem attigit Plinius libris aliquot, utpote uno & altero & tertio item, et iiſdem non totis: huius tamen partis præcipuam curam agit ſequentibus quinq; libris, & id quidem ex inſtituto planè, ut uidere licet: cuius certe & cauſam ſi hanc reddidero, fortaſſe non oĩno fallar: Nam ut plãtæ inter ſe ꝓuentu diſtinguuntur, quemadmodũ & Plinius ipſe alibi docuit, id quod iã aliquoties repetitũ eſt à nobis, ita uiſum eſt ei, haud abſurdũ eſſe, ſi ſeorſim quoq; & ſeparatim ex his medicinas conſcriberet. Itaq; ut ſuperioris quinarij libris aliquot, hortenſium cum primis

herbarum, & earum inſuper plantarum potiſſimum, quæ humana arte fiunt uerius quàm naſcuntur, medicinas executus eſt, ita proximo deinde quinario earum plantarum nunc aggreditur medicinas, quæ peregrinæ prorſus & externæ olim Romanis habebantur, & hodieq; magna ex parte, & quæ naturæ maxime ſponte ꝓuenire ſolent. Interim autem locis aliquot huius quinarij de medicinæ inuentione, & qua ratione ueterem medicinam noua mutauerit, & de quibuſdam item nouis morbis, quo ſcilicet tempore ij primum per Italiam irrepſerint, & de magicæ artis uanitatibus, obiter commemorat: idq; ꝑfecto non tam uere & grauiter quàm iucunde & eleganter. Simulq; & hominum deſidiam ſugillat ac taxat: nec citra iuſtam occaſionẽ, ut aliâs frequenter, quod cum cætera animalia quæ ſibi ſalutaria ſint, noſſe potuerint, ſolus homo hæc ignoret. Quo etiam loco, nempe cap. 3. li. 27. caſum ipſum plurimarum rerum inuentorem facit, utpote qui nomen habeat, per quem intelligitur eadem & parens rerum omnium & magiſtra. Atq; hinc nunc ſatisfactum puto, cur ſequens proxime quinarius à ſuperiore ſeparatus ſit, licet in utroq; de plãtarum medicinis agatur, diuerſo tamẽ inſtituto.

FINIS.

NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XXIII.

PROOEMIVM.

PERACTA CEREALIŨ in medẽdo quoq; natura eſt, oĩmq; quæ ciborũ aut florũ odorũq; gratia ꝓueniunt ſupina tellure. Nõ ceſſit his Pomona, parteſq; medicas pendentibus quoque dedit, non contenta ꝓtegere, arborumq; alere umbra quæ diximus, imò uelut indignata plus auxilij ineſſe his quæ longius à cælo abeſſent, quæq; poſteà cœpiſſent. Primũ enim homini cibum fuiſſe inde, & ſic inductos cælũ ſpectare, paſciq; & nũc ex ſe poſſe ſine frugibus. Ergo Hercule artes ĩ primis dedit uitibus, non contenta delicias etiã & odores atq; unguenta omphacio & œnanthe ac maſſari (quæ ſuis locis diximus) nobiliter inſtruxiſſe: Plurimũ, inqt, hoĩ uoluptatis ex me eſt. Ego ſuccũ uini, liquorẽ olei gigno. Ego palmas & poma, totq; uarietates: neque (ut tellus) oĩa per labores, arãda tauris, terẽda areis, deinde ſaxis, ut quando quãtóue ope cibi fiant. At ex me parata oĩa, nec curuo adoranda aratro, nec cura laboranda, ſed ſeſe porrigẽtia ultro: & ſi pigeat attin ge-

gere, etiam cadētia. Certauit ipſa ſecū, pluſq; utilitatis cauſa genuit etiā q̃ uoluptatis. Folio uitium & pāpino capitis dolores, inflāmationeſq; corporū mitigātur cū polēta. Folia p ſe ardores ſtomachi ex aqua frigida: cum farina uero hordei, articularios morbos. Pampini triti & impoſiti, tumorē oēm ſiccant. Succus eorū dyſentericis infuſus medetur. Lachryma uitiū quæ ueluti gummi eſt, lepras & lichenas, & pſoras, nitro antè præparatas ſanat. Eadem cum oleo ſæpius pilis illitis, pſilothri effectū habet, maximeq; aqua quam uirides accēſæ uites exudant, qua & uerrucæ tolluntur. Pampini ſanguinē excreantibus, & mulierū conceptu defectioni diluti potu proſunt. Cortex uitiū & folia arida, uulnerū ſanguinem ſiſtunt, ipſumq; uulnus conglutinant. Vitis albæ uiridis tuſæ ſucco & thure impetigines tollūtur. Cinis ſarmentorū uitiūq; & uinaceorū, condylomatis & ſedis uitijs medetur ex aceto: Itē luxatis & ambuſtis, & lienis tumori, cum roſaceo & ruta & aceto. Itē igni ſacro, ex uino citra oleum aſpgitur, & in tertrigines & pilos abſumit. Dant & bibendū cinerem ſarmentorū ad lienis remedia aceto conſpſum, ita ut uini cyathi in tepida aqua bibantur, utq; q biberit, in lienē iaceat. Clauiculæ ipſæ quibus repūt uites tritæ, & ex aqua potæ ſiſtunt uomitionū conſuetudinē. Cinis uitiū cum axungia uetere cōtra tumores pficit, fiſtulas purgat, mox & pſanat neruorū

dolores frigore ortos, cõtractionesq́;, contuſas uero partes cum oleo, carnes excreſcentes in oſſibus cum aceto & nitro, ſcorpionũ & canũ plagas cum oleo. Corticis p ſe cinis cõbuſtus pilos reddit. *Ompha cium qua fieret ratione incipiẽtis uuæ pubertate, in unguentorũ loco docuimus. Nunc ad medicinã de eo pertinẽtia indicabimus. Sanat ea quæ ĩ humido ſunt ulcera, oris, tonſillarũ, genitaliũ. Oculorũ claritati plurimũ confert. Scabriciæ genarũ, ulceribusq́; angulorũ, nubeculis, ulceribus, quacunq; in parte manantibus, cicatricibus marcidis, oſſibus purulente li moſis. Frãgitur uehemẽtia eius melle aut paſſo. Pro deſt dyſentericis, ſanguinẽ excreãtibus, anginis. Omphacio cohæret œnanthe, quã uites ſylueſtres ferũt, dicta à nobis in unguenti ratione. Laudatiſſima ĩ Syria, maxime circa Antiochiæ & Laodiceæ montes: & ex alba uite refrigerat, aſtringit, uulneribus inſpergitur, ſtomacho illinitur, utilis urinæ, iocineri, capitis doloribus, dyſentericis, cœliacis, cholericis. Contra faſtidia obolo ex aceto pota. Siccat manantes capitis eruptiones, efficaciſſima ad uitia quæ ſunt in humidis. Ideoq́; & oris ulceribus, & uerendis ac ſedi. Cum melle & croco aluum ſiſtit. Genarum ſca biem emendat, oculorumq́; lachrymationes. Ex uino ſtomachi diſſolutionẽ. Ex aqua frigida pota ſanguinis excreationes. Cinis eius ad collyria, & ad ulcera purganda, & paronychia, & pterygia proba*

tur. Vritur in furno, donec panis pcoquatur. Maſſaris odoribus tantum gignitur, omniaq; ea auiditas humani ingenij nobilitauit, rapere feſtinando.

De medicinis uuarum recentium, & ſarmentis uuarum, & uinaceis, & de uua theriace, & de uua paſſa, et aſtaphide, et aſtaphiſagria, pituitaria, et labruſca, et de uite alba, & nigra, & de muſtis, et uini generibus, et aceto. Caput .I.

MAtureſcentium aũt uuæ uehementiores nigræ, ideoq; uinum ex his minus iucũdum: ſuauiores albæ, quoniam è tranſlucido facilius accipitur aër. Recentes *ſtomachum et ſpiritum inflant, aluumq; turbant.* Itaq; *in febri damnantur utiq; largiores. Grauedinem enim capiti, morbumq; lethargicum faciunt.* Innocentiores, *quæ decerptæ diu pependere, qua uentilatione etiã utiles fiunt ſtomacho ægriſq;.* Nam *& refrigerant leuiter, & faſtidiũ auferunt.* Quæ *autẽ in uino dulci conditæ fuere, caput tentant.* Proximæ *ſunt penſilibus in palea ſeruatæ.* Nam *& uinaceis ſeruatæ, & caput et ueſicã & ſtomachum infeſtant.* Siſtunt *tamen aluum, ſanguinem excreantibus utiliſſimæ.* Quæ *uero in muſto fuere, peiorem uim etiamnũ habent, q̃ quæ in uinaceis.* Sapa *quoq; ſtomacho inutiles facit: Saluberrimas putant medici in cæleſti aqua ſeruatas, etiam ſi minime iucundas, ſed uoluptatem earum in ſtomachi ardore ſentient, et in amaritudine iecoris felliſq; uomitiõe,*

in choleris,

in choleris, hydropicis, cum ardore febriũ ægrotantibus. At in ollis ſeruatæ, & os & ſtomachum & auiditatẽ excitant. Paulo tamen grauiores exiſtimantur fieri uinaceorum halitu. Vuæ florem in cibis ſi edere gallinacei, uuas non attingunt. Sarmenta earũ in quibus acini fuere, aſtringendi uim obtinẽt, efficaciora ex ollis. Nuclei acinorum eandem uim obtinent. Hi ſunt qui in uino capitis dolorem faciũt. Toſti tritiq; ſtomacho utiles ſunt. Inſpergitur farina eorum polentæ modo potionis dyſentericis, & cœliacis, & diſſolutis ſtomacho. Decocto etiam eorum fouere pſoras & pruritum, utile eſt. Vinacei per ſe, minus capiti aut ueſicæ nocent q̃ nuclei: Mammarum inflatiõi triti cum ſale utiles. Decoctura eorum ueteres dyſentericos et cœliacos iuuat, et potione et fotu. Vua theriace, de qua ſuo loco diximus, contra ſerpentiũ ictus ualet. Pampinos quoq; eius edendos cenſent imponendosq́;, uinumq́; & acetũ ex his factum auxiliarẽ contra eadem uim habent. Vua paſſa, quam aſtaphida uocant, ſtomachum, uentrẽ, interanea tentaret, niſi pro remedio in ipſis acinis nuclei eſſent: Iis exemptis ueſicæ utilis habetur, & tuſſi alba utilior. Vtilis & arteriæ & renibus, ſicut ex his paſſum, priuatim è ſerpentibus contra hæmorrhoiam potens. Teſtium inflammationi cum farina cumini aut coriandri imponũtur: Item carbunculis, articularibus morbis, ſine nucleis tritæ cum ruta: fo-

 uere

uere antè uino ulcera oportet. Sanant epinyctidas et dyſenteriā cum ſuis nucleis: Et in oleo coctæ gangrenis illinuntur cum cortice rhaphani & melle. Podagris & unguium mobilibus cum panace, et per ſe ad purgandum os caputq́;, cū pipere cōmanducantur.

*. Aſtaphiſagria ſiue ſtaphis, quam uuā taminiā aliqui uocant falsò, ſuū enim genus habet, cauliculis nigris rectis, folijs labruſcæ, fert folliclos uerius q̄ acinos, uirides, ſiles ciceri: in his nucleum triangulum. Matureſcit cum uindemia nigreſcitq́;, cum taminiæ rubentes norimus acinos: ſciamusq́; illā in apricis naſci, hanc non niſi in opacis. His nucleis ad purgationē uti nō cenſuerim ꝓpter ancipitē ſtrangulationē, nec ad pituitā oris ſiccandā: fauces enim lædūt. Phthiriaſi caput et reliquū corpus liberant triti. Facilius ad mixta ſandaracha: Item pruritu et pſoris. Ad dentiū dolores decoquūtur in aceto. Ad aurium uitia, rheumatiſmū, *gingiuarū, ulcerū manātia. Flos tritus in uino cōtra ſerpentes bibitur. Semen enim abdicauerim, ꝓpter nimiā uim ardoris. Quidā enim pituitariam uocant, et plagis ſerpentiū utiq; illinūt.* *Cicatricū. *Labruſca quoq; œnanthē fert, ſatis dictā, quæ à græcis ampelos agria appellatur, ſpiſſis et candicātibus folijs, geniculata, rimoſo cortice, fert uuas rubētes cocci modo, quæ cutē in facie mulierū purgant, et uarijs coxendicū et lumborū uitijs tuſæ cum folijs et ſucco ꝓſunt. Radix decocta in aqua & in uini Coi cyathis*

duobus

duobus, humorem alui ciet; ideo hydropicis datur. Hanc potius crediderĩ eſſe, quã uulgus uuã taminiã uocat. Vtuntur ea ꝑ amuleto, et ad expiationem ſan guinis quoq; adhibẽt, nõ ultra gargarizationes, & ne quid deuoretur, addito ſale, thymo, aceto, mulſo. Ideo et purgationibus ancipitẽ tẽperant. Eſt huic ſilis, ſed in ſalictis naſcẽs, ideo diſtinguitur nõie, cum eoſdẽ uſus habeat, & ſalicaſtrũ uocatur. Scabiẽ & pruriginẽ hominũ & quadrupedum, aceto mulſo tri ta hæc efficacius tollit. Vitis alba, quã græci am peloleucen, alij ophioſtaphylon, alij melothron, alij pſilothrum, alij archezoſtin, alij cedroſtin, alij ma don appellant. Huius ſarmenta longis & exilibus in ternodijs geniculata ſcandunt. Folia pampinoſa, ad magnitudinem ederæ diuiduntur ut uitiũ. Radix al ba, grandis, rhaphano ſilis initio: ex ea caules aſpa ragi ſilitudine exeunt. Hi decocti in cibo aluũ et uri nam ciẽt. Folia & caules exulcerant corpus: utiq; ulcerũ phagedænis, et gangrenis, tibiarumq; tædio, cũ ſale illinuntur. Semẽ in uua raris acinis depẽdet, ſucco rubente poſtea croci. Nouere id qui coria pfi ciunt, illo enim utuntur. Pſoris et lepris illinitur. La ctis abundantiã facit coctum cum tritico, potumq;. Radix numeroſis utilitatibus nobilis, contra ſerpen tium ictus trita drachmis duabus bibitur. Vitia cu tis in facie, uarosq; et lẽtigines, et ſugillata emẽdat, et cicatrices. Eadẽq; præſtat decocta in oleo. Datur

& in comi

Deeſt hic uerbum decocti, quare ita legẽdum ut ſit integra lectio. Decocti datur & in comitialibus potus etc.

et in comitialibus potus: Item mente cõmotis, et uertigine laborãtibus, drachmæ pondere quotidie anno toto. Et ipſa aũt largior aliquãto, purgat ſenſus. Illa uis præclara, q̃ oſſa infracta extrahit in aqua impoſita, ut bryonia: quare quidam hanc albã bryoniã uocant. Alia uero nigra efficacior in eodem uſu cũ melle & thure. Suppurationes incipientes diſcutit, ueteres maturat & purgat. Cit menſes & urinã. Ecligma ex ea fit ſuſpirioſis, & contra lateris dolores, uulſis, ruptis. Splenem ternis obolis pota. XXX. diebus conſumit. Illinitur eadem cum fico & pterygijs digitorum. Ex uino ſecundas fœminarum appoſita trahit: & pituitam, drachma pota ex aqua mulſa. Succus radicis colligi debet ante maturitatem ſeminis: qui illitus per ſe & cũ eruo, lætiore quodã colore & cutis teneritate, mangonizat corpora: ſerpentes fugat. Tunditur ipſa radix cum pingui fico, erugatq́; corpus ſi ſtatim bina ſtadia ambulentur: aliâs urit, niſi frigida ſtatim abluatur. Iucũdius hoc idem præſtat nigra uitis, quoniam alba pruritum affert.

Eſt ergo & nigra quam ꝓprie etiã bryoniam uocant, alij chironiã, alij gynecanthen, aut aproniam, ſimilem priori, præterq̃ colore. Huius enim colorem nigrum eſſe diximus, cuius aſparagos ſimiles Diocles prætulit ueris aſparagis in cibo urinæ ciendæ, lieniq́; minuendo. In frutetis & harundinetis maxĩe naſcitur. Radix foris nigra, intus buxeo colore, oſſa infracta

infracta efficacius extrahit q̃ ſupradicta. Cæterum eidem peculiare eſt, quod iumentorũ ceruicibus unice medetur. Aiunt, ſi quis in uilla eam extruxerit, fugere accipitres, tutaſq́; fieri aues uillaticas. Aliter eadem in iumento hoïeq́; flegma aut ſanguinem qui ſcreatur, talos circumligata ſanat. Et hactenus de uitium generibus. Muſta differentias habẽt naturales has, q̃ ſunt candida aut nigra, aut inter utrunq; alia ex alijs, ex q̃bus uinum fiat, alia ex q̃bus paſſum, curaq́; differentias innumerabiles facit. In plenum ergo hoc dixiſſe cõueniet: Muſtũ oẽ ſtomacho inutile, uenis iucundũ. A balneis raptim et ſine interſpiratione potum, necat: Cantharidũ naturæ aduerſatur: Item ſerpentibus, maxime hæmorrhoiæ & ſalamandræ. Capitis dolores facit, & gutturi inutile. Prodeſt renibus, iocineri, & interaneis ueſicæ: colleuat enim ea. Priuatim contra bupreſtin ualet. Contra meconium, lactis coagulationem, cicutam, toxica, dorycniũ, ex oleo potum, redditumq́; uomitionibus. Ad omnia infirmius album, iucundius paſſi muſtum, & q̃ minorem capitis dolorem afferat. Vini genera differentiaſq́; perquàm multas expoſuimus, & ferè cuiuſque proprietates. Neque eſt ulla pars difficilior tractatu, aut numeroſior: q̃ppe cum ſit tardũ dictu, pluribus proſit an noceat: præterea quàm ancipiti euentu potu ſtatim auxilium fit, aut uenenũ. Etenĩ de eius natura, quæ ad remedia tãtum

pertinẽt,

pertinent, nunc loqmur. Vnum de dando eo uolumen Aſclepiades cõdidit, ab eo cognominatum: qui uero poſtea de uolumĩe illo diſſeruere, innumeri. Nos iſta Romana grauitate, artiumq́; liberaliũ appetentia, non ut medici, ſed ut iudices ſalutis humanæ diligenter diſtinguemus. De generibus ſingulis diſſerere immenſum & inexplicabile eſt, diſcordibus medicorũ ſententijs. Surrentinum ueteres maxĩe ꝓbauere, ſequẽs ætas Albanum aut Falernum. Deinde alia alij, iniquiſſimo genere decreti, quod cuiq; gratiſſimũ cæteris omnibus ꝓnunciando. Quin ut conſtarent ſententiæ, quota portio tamen mortalium ijs generibus poſſet uti? Iam uero nec ꝓceres uſq̃ ſynceris. Eò uenere mores, ut nõia cellarũ modo ueneant, ſtatimq́; in lacubus uindemiæ adulterentur. Ergo hercle, mirum dictu, innocentius iam eſt quodcunq; & ignobilius. Hæc tamen facere conſtantiſſime uidentur ſententiæ uictoriam, quorum mẽtionem fecimus, ſi quis hoc quoq; diſcrimen exigat. Falernum nec in nouitate, nec in nimia uetuſtate corpori ſalubre eſt. Media eius ætas à quintodecimo anno incipit. Hoc non rigido potu ſtomacho utile, non item in calido. Et in diutina tuſſi ſorbetur merum utiliter à ieiunis: Item in quartanis. Nullo æque uenæ excitantur. Aluum ſiſtit, corpus alit. Creditum eſt obſcuritatẽ uiſus facere: nec ꝓdeſt neruis, aut ueſicæ. Albana neruis utiliora. Stomacho minus quæ ſunt dulcia, uel auſtera.

Falerna

Falerna utiliora. Concoctionem minus adiuuant, ſtomachum modice implent. At Surrentina nullo modo, nec caput tentãt, ſtomachi & inteſtinorum rheumatiſmos cohibent. Cæcubum iam non gignitur. At quæ ſuperſunt Setina, cibos cõcoqui cogunt. Virium plus Surrentino, auſteritatis Albano, uehemẽtiæ minus Falerno. Ab his Statana non longo interuallo abfuerunt. Aluo citæ Signinum maxime conducere indubitatum eſt. Reliqua in commune dicẽtur. *Vino aluntur uires, ſanguis colosq́; hominum. Hoc quoque diſtat orbis medius, & mitior plaga à circumiectis: quantum illis feritas facit roboris, tãtum nobis hic ſuccus. Lactis potus oſſa alit, frugũ neruos, aquæ, carnes. Ideo minus ruboris eſt in corporibus illis, & minus roboris, contráq; labores patientiæ. Vino modico nerui iuuantur, copioſiore læduntur, ſic & oculi: Stomachus recreatur, appetentia ciborum inuitatur, triſtitiæ cũra hebetatur, urina & algor expellitur, ſomnus conciliatur. Præterea uomitionem ſiſtit, collectiones extrà lanis humidis impoſitis mitigat. Aſclepiades utilitatem uini æquari uix deorum potentia poſſe pronunciauit. Vetus copioſiore aqua miſcetur. Magis nouum, urinam expellit: minus, ſiti reſiſtit. Dulce minus inebriat, ſed ſtomacho innatat. Auſterum facilius concoquitur. Leuiſſimum eſt, qđ celerrime inueteratur. Minus infeſtat neruos, quod uetuſtate dulceſcit. Stomacho minus utile eſt pin-*

gue,

gue, nigrum, ſed corpora magis alit. Tenue & auſte rum minus alit, magis ſtomachum nutrit. Celerius p urinam tranſit, tantoq; magis capita tentat: hoc & in omni alio ſucco ſemel dictum ſit. Vinum ſi ſit fu mo inueteratum, inſaluberrimum eſt. Mãgones iſta in apothecis excogitauere. Iam & patresfamiliâs ætatem ademere his, quæ per ſe cariẽ traxere. Quo certe uocabulo ſatis conſilij dedere priſci, quoniam & in materijs cariem fumus erodit. At nos è diuer ſo, fumi amaritudine uetuſtatem indui perſuaſum ha bemus. Quæ ſunt admodum exalbida, hæc uetuſta te inſalubria fiunt. Quo generoſius uinũ eſt, hoc ma gis uetuſtate craſſeſcit, & in amaritudinem corpo ri minime utilem coit. Condire eo aliud minus anno ſum, inſalubre eſt. Sua cuique uino ſaliua innocentiſ ſima, ſua cuique ætas gratiſſima, hoc eſt media. Cor pus augere uolentibus, aut mollire aluum, conducit inter cibos bibere. Contrà minuentibus, aluumq; co hibẽtibus, ſitire in edendo, poſtea parum bibere. Vi num ieiunos bibere nouitio inucto, inutiliſſimum eſt.

❀ De hoc ab Home. mentio fit l. Odyſſ. 4. De hoc & ſuprà Pli. li. 21. ca. itẽ. 21. & ĩfrà l. 25. c. 2.

*Curas uigorem'que animi impedit, ad procinctum tendentibus: ſomno accommodatum ac ſecurita tibus. Iamque dudum hoc fuit, qđ ❀ Homerica il la Helena ante cibum miniſtrauit. Sic quoque in pro uerbium ceſſit, ſapiẽtiam uino obumbrari, *uitio da mus homini, quod ſoli animalium non ſitientes bibi mus. Aquæ potum interponere utiliſſimum: Itemq;*

* Vino debemus hoĩes, ita nõnulli legere malũt loco, ui tio damus homini.

iugi

fugi ſuperbibere ebrietati, quam quidem frigidæ potus extemplo diſcutit. Meracis potionibus per uiginti dies ante canis ortum, totidémque poſtea, ſuadet Heſiodus uti. Merum quidem remedio eſt contra cicutas, coriandrum, aconita, uiſcum, meconium, argentum uiuum, apes, ueſpas, crabrones, phalãgia, ſerpentium ſcorpionúmque ictus, contráque omnia quæ refrigerando nocent. Priuatim contra hæmorrhoidas, preſteras, fungos. Item contra inflationes roſiones que præcordiornm, & quorum ſtomachus in uomitiones effunditur: & ſi uenter aut interanea rheumatiſmum ſentiant. Dyſentericis, ſudatoribus, in longa tuſſi, in epiphoris, meracum. At uero cardiacis, in mamma læua merum in ſpongia imponi prodeſt. Ad omnia autem maxime album inueteraſcens. Vtiliter etiam fouetur uino calido uirilitas iumentis: quo etiam infuſo cornu, laſſitudinem auferri aiunt. Simias quadrupedéſque quibus digiti ſunt, negant creſcere aſſuetas meri potu. Nunc circa ægritudines ſermo de uinis erit. Saluberrimum liberaliter genitis, Campaniæ quodcunque tenuiſſimum: uulgo uero, quod quenq; maxime iuuerit ualidum. Vtiliſſimum omnibus ſacco uiribus fractis. Meminerimus ſuccum eſſe, qui feruendo uires é muſto ſibi fecerit. Miſceri plura genera, omnibus inutile. Saluberrimum, cui nihil in muſto additum eſt: meliúſque, ſi nec uaſis pix affuit. Marmore enim & gypſo, aut

calcē

calce cōdita, quis non etiã ualidus expauerit? In primis igitur uinũ marina aqua factũ, inutile eſt ſtomacho, neruis, ueſicæ. Reſina cōdita, frigidis ſtomachis utilia exiſtimantur. Non expedire uomitionibus, ſicut neq; muſtũ, neq; ſapa, neq; paſſum. Nouitiũ reſinatũ nulli conducit. Capitis dolorẽ & uertigines facit, ab hoc dicta crapula eſt. Tußiẽtibus & in rheumatiſmo noĩata ꝓſunt. Item cœliacis & dyſentericis, mulierum mẽſibus. In hoc genere rubrũ nigrúm ue magis cōſtringit, magisq; calefacit. Innocẽtius pice ſola conditũ. Sed & picẽ meminiſſe debemus nō aliud eſſe, q̃ cōbuſtæ reſinæ fluxũ. Hoc genus uini excalefacit, concoqt, purgat: pectori, uẽtri utile. Item uuluarum dolori, ſi ſine febre ſint, ueteri rheumatiſmo, exulcerationi, ruptis, conuulſis, uomicis, neruorum infirmitati, inflationibus, tußi, anhelationibus, luxatis, in ſuccida lana impoſitũ. Ad oĩa hæc utilius id qđ ſponte naturæ ſuæ picẽ reſipit, picatũq; appellatur. Heluennaco quoq; tamen nimio caput tentari conueniet. Quod ad febriũ ualetudines attinet, certum eſt non dandũ in febre, niſi ueteribus, ægris, uinum: nec niſi declinãte morbo. In acutis uero periculis, nullis: niſi qui manifeſtas remiſſiones habeant, et has noctu potius: Dimidia enim pars periculi eſt, noctu: hoc eſt, ſpe ſomni bibentibus: Nec à partu abortúue, nec à libidine ægrotantibus, nec in capitis doloribus, nec quorũ acceßiones cum frigore extremitatum ſi-

tum fiant, nec ĩ febri tuſſientibus, nec ĩ tremore nervorumq́; doloribus uel faucium, aut ſi uis morbi circa illa intelligatur, nec in duritia præcordiorũ, uenarum uehementia, neque in opiſthotoco, tetano, nec ſingultiẽtibus, nec ſi cum febre diſpnoea ſit. Minime uero oculis rigentibus, & genis ſtantibus, aut defectis grauibusq́;: nec quorũ conniuentiũ perlucebunt oculi, neu palpebris non coẽuntibus, uel ſi dormientibus hoc idem eueniet: aut ſi cruore ſuffunduntur oculi, uel ſi lemæ in oculis erũt. Minime lingua fungoſa, nec graui, & ſubinde imperfecta loquentibus: nec ſi urina difficile reddetur, neq; expaueſcentibus repẽte, nec ſpaſticis, aut rurſus torpentibus: nec ſi per ſomnos genitura effundetur. Cardiacorũ morbo unicam ſpem in uino eſſe, certum eſt. Sed id dandum quidam non niſi in acceſſione cenſent, alij ĩ remiſſione. Illi ut ſudorem coerceant, hi quia tutius putant, minuente ſe morbo, quã pluriũ ſententiã eſſe uideo. Dari utiq; non niſi in cibo debet, nec à ſomno, nec præcedente alio potu, hoc eſt utiq; ſitienti, nec niſi in deſperatione ſumma, & uiro facilius q̃ fœminæ, ſeni q̃ iuueni, iuueni q̃ puero, hyeme q̃ æſtate, aſſuetis potius q̃ expertibus. Modus dandi pro uehementia uini. Item mixtura. Atq; uulgo ſatis putãt unum uini cyathum duobus aquæ miſceri. Si diſſolutio ſit ſtomachi, dandũ: & ſi cibus non deſcendat. Inter uini genera quæ fingi docuimus, nec fieri iam arbitror. Eſt & ſu

nn peruа-

peruacaneus eorum uſus, cum ipſis rebus ex quibus fingitur doceamus uti. Et aliâs modũ exceſſerat medicorum in his oſtentatio, ueluti è nap's uinum utile eſſe ab armorum equitatusue laßitudine præcipiẽti um: atque ut reliqua omittamus, etiam in iunipero. Et ſi quis ſatius cenſeat, abſinthite uino utendum potius quàm abſinthio ipſo. In reliquis omittatur. Et palmeum capiti noxium, uentríque tantum molliendo, & ſanguinem excreantibus non inutile. Fictitiũ non poteſt uideri, quod bięon appellauimus, cum ſit in eo ſola pro arte feſtinatio. Prodeſt ſtomacho diſſoluto, aut cibos non perficienti, prægnantibus, defectis, paralyticis, tremulis, uertigini, tormĩbus, iſchiaticis. In peſtilẽtia quoq; ac peregrinationibus, uim magnam auxiliandi habere dicitur. Vini etiam uitium tranſit in remedia. Aceto ſumma uis eſt in refrigerando, non tamen minor in diſcutiẽdo: ita fit, ut infuſum terræ ſpumet. Dictũ eſt ſæpius, diceturq́;, quotiens cum alijs proſit. Per ſe hauſtum faſtidia diſcutit, ſingultus cohibet, ſternutamenta olfactu. Vim in balneis æſtus arcet, ſi contineatur ore. Quin et cũ aqua bibitur. Multorum ſtomacho utiliter gargarizatur. Cum eadem conualeſcentium & à ſolis ardoribus. Oculis quoque illo modo ſaluberrimum. Plurimum fotu medetur poſt urcdines. Item lepris, furfuribus, ulceribus manantibus, canis morſibus, ſcorpionumq́; ictibus, ſcolopendrarum, muris araneíq́;.

Contra

Contra omnium aculeatorum uenena & pruritus. Item contra multipedum morſum. Calidum in ſpongia appoſitum, aut adiecto ſulphuris ſextante, ſextarijs tribus aceti, aut hyſſopi faſciculo, medetur ſedis uitijs. In ſanguinis fluxione poſt exciſos calculos, & omnes alias roſiones foris in ſpongia impoſitum, intus potum cyathis binis q̃ acerrime. Conglobatum utique ſanguinem diſcutit. Contra lichenas & bibitur & imponitur. Siſtit aluos, & rheumatiſmos interaneorum infuſum. Item procidentia ſedis uuluæq́;. Tuſsim ueterem inhibet, & gutturis rheumatiſmos, orthopnœam, dētium labefactionem. Veſicæ nocet, neruorum infirmitatibus. Neſciere medici quãtum contra aſpidas polleret. Nuper ab aſpide calcata ꝑcuſſus, utrem aceti ferens, quotiens depoſuiſſet ſentiebat ictum, aliâs illæſo ſimilis. Intellectum ibi remedium eſt, potuq́; ſuccurſum. Neque altero os colluunt uenena exugentes. In totum domitrix uis hæc non ciborum modo eſt, uerum & rerum plurimarum. Saxa rumpit infuſum, quæ non ruperit ignis antecedens. Cibos quidem & ſapores non alius magis ſuccus commendat aut excitat: in quo uſu mitigatur toſto pane aut uino, uel accenditur pipere ac laſere: utiq; ſale compeſcitur. Non eſt prætereundum ex eo exemplũ ingens. Siquidem M. Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatus graui morbo pedum, cum dolorem eum perpeti nequiret, unius medicorum

portẽtoſa ſcientia, ignorante diuo Auguſto, tanti pu tauit uſu pedum ſenſuq; omni carere, dummodo & dolore illo careret, demerſis in acetum calidum cru ribus, in acerrimo impetu morbi euaſit.

De *aceto ſcillino, et oxymelle, & ſapa: & fæ ce uini, aceti, & ſapæ.* Ca. .II.

ACetũ *ſcillinũ inueteratũ magis ꝓbatur.* Pro *deſtq; ſuper ea quæ diximus aceſcentibus ci bis.* Guſtatum *enim diſcutit pœnã eam, & his qui ie iuni uomunt.* Callum *enim fauciũ facit, ac ſtomachi, odorem oris tollit, gingiuas aſtringit, dentes firmat, colorem meliorem præſtat.* Tarditatem *quoq; auri um gargarizatione purgat, & tranſitum auditus aperit.* Oculornm *aciem obiter exacuit.* Comitiali*bus, melancholicis, uertiginoſis, uuluarum ſtrangula tionibus, percuſsis aut præcipitatis, & ob id ſangui ne conglobato, neruis infirmis, renũ uitijs perquàm utile.* Cauẽdum *exulceratis.* Oxymel *antiqui(ut* Dieuces *tradit)hoc modo temperabant:* Mellis *mi nas decem, aceti ueteris heminas quinque, ſalis mari ni põdo, thymbræ quadrantem, aquæ marinæ ſexta rios quinq; pariter coquebant, decies deferueſcente cortina, atque diffundebant inueterabantq;.* Suſtu*lit totum id* Aſclepiades, *coarguitq;.* Nam *etiam in febribus dabãt.* Proſuiſſe *tamen fatẽtur contra ſer pentes quos ſepas uocant, & contra meconium, ac ui ſcum, & anginas, calidum gargarizatum, & auri-*

bus, et

bus, & oris gutturiſq; deſiderijs, quæ nunc oĩa ox al me cõtingunt: id ſale & aceto recente efficacius eſt.

Vino cognata res ſapa eſt, muſto decocto donec tertia pars ſuperſit. Ex albo hoc melius. Vſus cõtra cantharidas, bupreſtin, pinorum erucas, quas pityocampas uocant, ſalamandras, & contra mordentia uenenata. Secundas partusq́; emortuos trahit cum bulbis potum. Fabianus autor eſt, uenenum eſſe ſi qs ieiunus à balneis id bibat. Conſequens horum eſt fæx uini, ſui cuiuſq; generis. Ergo uini fæci tanta uis eſt, ut deſcendentes in cupas enecet. Experimentum demiſſa præbet lucerna, quàmdiu extiguatur deſcẽſionis periculum denuncians. Illota miſcetur medicamentis. Cum iridis uero pari pondere, eruptionibus pituitæ illinitur. Et ſicca uel madida contra phalangia, & teſtium mammarumq́; inflammationes, uel in quacunque parte corporis. Item cum hordeacea farina, & thuris polline in uino decocta crematur, & ſiccatur. Indeq́; experimentum eſt legitimæ coctæ, ut refrigerata linguam tactu uideatur urere. Celerrime exanimatur loco non incluſo cõdita. Crematio ei multum uirium adijcit. Vtiliſsima eſt ad cõpeſcendas lichenas furfureſq́;, cum fico decocta. Sic & lepris & ulceribus manantibus imponitur. Fungorum naturæ contraria eſt pota, ſed magis cruda. Oculorum medicamẽtis cocta & lota miſcetur. Medetur illita & teſtibus & genitalibus. In uino autẽ

aduerſus ſtrangurias bibitur. Cum expirauerit quoque, lauandis corporibus & ueſtibus utilis, túncque uſum acaciæ habet. Fæx aceti pro materia acrior ſit neceſſe eſt, multóque magis exulceret. Reſiſtit ſuppurationũ incremẽtis, ſtomachũ, interanea, uentrẽ illita adiuuat. Siſtit earũ partiũ rheumatiſmos, & mulierũ menſes. Panos diſcutit nondũ exulceratos, & anginas. Sacros ignes cum cera. Mammas lactis ſui impatiẽtes eadem extinguit. Vngues ſcabros aufert. E ſerpentibus contra ceraſtas ualidiſſima cũ polenta: Cum melanthio aũt contra crocodili morſus, & canis. Et hæc cremata ampliat uires. Tunc addito lentiſcino oleo, illita una nocte ruffat capillum. Eadem ex aqua in linteolo appoſita, uuluas purgat. Sapæ fæce ambuſta ſanantur, melius addita lanugine harũdinis. Eadẽ quoq; fæce decocta potáq;, tuſſes ueteres. Decoquitur in patinis cum ſale & adipe ad tumorem quoque maxillarum & ceruicum.

De oleis, & folijs oleæ, & flore, & cinere, & de oliua alba & nigra, & de amurca. Ca. .III.

OLearum proxima autoritas intelligitur. Folia earũ uehementiſſime aſtringunt, purgãt, ſiſtunt. Itaq; manducata impoſita ulceribus medentur, & capitis doloribus illita cum oleo. Decoctum eorum cum melle his quæ medici uſſerint, gingiuarum inflammationibus, paronychijs, ſordidisq; ulceribus excreſcentibus. Cum melle profluuium ſanguinis è ner-

nis è neruoſis partibus cohibet. Succus corũ carbunculantibus, excreſcẽtibus circa oculos ulceribus, & puſtulis, procidẽtiq́; pupillæ efficax, quapropter in collyria additur. Nam & ueteres lachrymationes ſanat, & genarum eroſiones. Exprimitur autem ſuccus tuſis, affuſo uino ex aqua cæleſti. Siccatúsque in paſtillos digeritur. Siſtit menſes in lana admotus uuluæ. Vtilis & ſaniem emanantibus. Item condylomatis, ignibus ſacris, quæq́; ſerpunt ulcera, epinyctidi. Eoſdem & flos earum habet effectus. Vruntur & cauliculi floreſcentes, ut ſpodij uicem cinis præſtet, uinoq́; infuſo iterum uritur. Suppurationes & panos illinunt cinere eo, uel folijs tuſis cum melle, oculos uero cum polenta. Succus fruticis recentis accenſi diſtillans ſanat lichenas, furfures, manantia ulcera. Nam lachrymam quæ ex arbore ipſa diſtillat, Aethiopicæ maximè oleæ, mirari ſatis non eſt. Reperti ſunt qui dentium dolores illinendos cenſerent, uenenum eſſe prædicantes, atque etiam in oleaſtro quærendam. E radice oleæ q̃ tenerrimæ cortice deraſus, in melle crebro guſtatu medetur ſanguinem reijcientibus, & ſuppurata tuſſientibus. Ipſius oleæ cinis cum axungia tumores ſanat, extrahitque fiſtulis uitia, & ipſas ſanat. Oliuæ albæ ſtomacho utiliores, uentri minus. Præclarum habent antequam condiantur uſum, recentes per ſe cibi modo deuoratæ. Medentur enim harenoſæ urinæ, item dentibus, aut

attritis, aut conuulſis. Nigra oliua ſtomacho inutilior, uentri facilior, capiti & oculis nō cōuenit. Vtraq; ambuſtis pdeſt trita et illita. Sed nigra cōmanducatur: et ptinus ex ore impoſita, puſtulas gigni phibet. Colymbades ſordida ulcera purgāt, inutiles difficultatibus urinæ. De amurca poteramus uideri ſatis dixiſſe, Catonem ſecuti, ſed reddenda quoq; medicinæ ratio eſt. Gingiuis & oris ulceribus, dentium ſtabilitati efficaciſſime ſubuenit. Item ignibus ſacris infuſa, & his quæ ſerpunt: pernionibus nigræ oliuæ amurca utilior. Item infantibus fouendis. Albæ uero mulierū uuluæ in lana admouetur. Multo aūt omnis amurca decocta efficacior. Coquitur in cupreo uaſe ad craßitudinē mellis. Vſus eius cum aceto, aut uino uetere, aut mulſo, ut quæq; cauſa exigat in curatione, oris, dentiū, auriū, ulcerū manantiū, genitaliū, rhagadū. Vulneribus in linteolis imponitur, luxatis in lana: ingens hic uſus, utiq; inueterato medicamento. Tale enim fiſtulas ſanat. Infunditur ſedis genitalium, uuluæ exulcerationi. Illinitur uero podagris incipientibus. Item articularibus morbis. Si uero cū omphacio recoquatur ad mellis craſſitudinem, caſuros dentes extrahit. Item iumentorum ſcabiem, cum decocto lupino & chamæleonte herba, mire ſanat. Cruda amurca podagris foueri utiliſſimum.

De folijs oleaſtri, et œnanthino oleo, et cicino, & amygdalīo, et laurīo, & myrteo, chamæmyrſino, & cupreſſi

no, et cupreßino, et citreo et caryno. Ca. .IIII.

OLeaſtri foliorum eadem natura. Spodiumq́; è cauliculis uehementius inhibet rheumatiſmos. Sedat inflammationes oculorũ, purgat ulcera, alienata explet, excreſcentia leniter erodit, ſiccat, & ad cicatricem perducit: cætera ut in oleis. In hoc aũt peculiare, q folia decoquuntur ex melle, dantúr q; cochlearibus cõtra ſanguinis excreationes. Oleũ tamen acrius atq; efficacius: & os quoq; colluitur illo. Ad dentiũ infirmitatẽ imponuntur folia, & paronychijs, & carbunculis, et contra omnẽ collectionem cũ uino. Iis uero quæ purgãda ſunt, cũ melle. Miſcentur oculorũ medicamẽtis, et coctũ foliorũ, et ſuccus oleaſtri. Vtiliter etiã auribus inſtillatur cũ melle, uel ſi pus effluat. Flore oleaſtri cõdylomata illinũtur et epinyctides. Item farina hordeacea uenter, in rheumatiſmo cũ oleo capitis doloribus. Cutem in capite ab oſſibus recedentẽ, cauliculi decocti, & cum melle impoſiti comprimunt. Ex oleaſtro maturi in cibo ſumpti ſiſtũt aluũ. Toſti aũt et cũ melle triti, nomas repurgant, carbunculos rumpunt. Olei naturam cauſasq́; abunde diximus. Ad medicinã ex olei generibus hæc pertinent. Vtilißimũ eſt omphacinũ, ꝓxime uiride. Præterea q̃maxime recens, niſi cum uetuſtiſſimum quæritur, tenue, odoratũ, quodq́; non mordeat, è diuerſo q̃ in cibos eligitur. Omphacinum prodeſt gingiuis. Si cõtineatur in ore, colorem dentium

tionibus, item pſoræ. Colorem cutis commendat, ca pillum'que fertili natura euocat. Semen ex quo fit, nulla animans attingit. Ellychnia ex uua fiunt, claritatis præcipue. Ex oleo lumen obſcurũ ꝓpter nimiam pinguitudinem. Folia igni ſacro illinuntur ex aceto. Per ſe aũt recentia mãmis et epiphoris: Eadẽ decocta in uino inflãmationibus cum polenta & croco: Per ſe aũt triduo impoſita faciẽ purgant. Oleũ amygdalinum purgat, mollit corpora, cutẽ erugat, nitorem commendat, uaros cum melle tollit à facie. Prodeſt & auribus, cũ roſaceo & melle & mali punici germine decoctum, uermiculosq; in his necat, et grauitatem auditus diſcutit, ſonos incertos & tinnitus, obiter capitis dolores et oculorum. Medetur furunculis, & à ſole uſtis cum cera. Vlcera manantia & furfures cum uino expurgat, condylomata cum meliloto. Per ſe uero capiti illitum, ſomnum allicit.

Oleum laurinum utilius quo recentius, quoq; uiridius colore. Vis eius excalfactoria, & ideo paralyticis, ſpaſticis, iſchiaticis, ſugillatis, capitis doloribus, inueteratis diſtillatiõibus, auribus, in calyce punici calfactum illinitur. Similis & myrtei olei ratio, aſtringit, indurat, medetur gingiuis, dentium dolori, dyſenteriæ, uuluæ exulceratæ, ueſicis, ulceribus uetuſtis uel manantibus, cum ſquama æris & cera. Item eruptionibus, ambuſtionibus. Attrita ſanat & furfures, rhagadas, condylomata, articulos

luxatos, odorem grauẽ corporis. Aduerſatur cantha ridi, bupreſti, alijsq; malis medicamẽtis, quæ exulce rando nocẽt. Chamæmyrſinæ ſiue oxymyrſinæ eadẽ natura. Cupreſſinũ oleũ eoſdẽ effectus habet quos myrteũ: item citreũ. E nuce uero iuglandiũ quod carynũ appellauimus, alopecijs utile eſt, & tardita ti auriũ infuſum. Item capitis doloribus illitũ. Cæte rum iners et graue ſapore corpori. Enimuero ſi quid in nucleo putridi fuerit, totus modus deperit. Ex cnidio grano factum, eandem uim habet quam cici num. Ex lẽtiſco factum, utiliſſimũ acopo eſt. Idemq; ꝑficeret æque ut roſaceum, ni durius paulo intellige retur. Vtuntur eo & contra nimios ſudores, papu laſq; ſudorum. Scabiem iumentorũ efficaciſsime ſa nat. Balaninum oleũ repurgat uaros, furunculos, lentigines, gingiuas. Cypros qualis eſſet, & quẽad modum ex ea fieret oleũ, docuimus. Natura eius ex calfacit, mollit neruos. Folia ſtomacho illinuntur, et uuluæ concitatæ ſuccus quoq; eorum apponitur. Fo lia recentia commanducata, ulceribus in capite ma nantibus. Item oris medentur collectionibus, condy lamatis. Decoctum foliorum ambuſtis & luxatis ꝓ deſt. Ipſa ruffant capillum tuſa, adiecta ſtruthei ma li ſucco. Flos capitis dolores ſedat cum aceto illitus. Idem cõbuſtus in cruda olla nomas ſanat, & putre ſcentia ulcera per ſe, uel cum melle. Odor floris olet, qui ſomnum facit. Aſtringit gleucinium, & refri

gerat,

gerat, eadem ratione qua & œnanthinum. Balſaminum lõge pretioſiſſimum omnium, ut in unguentis diximus, contra omnes ſerpentes efficax. Oculorum claritati plurimum confert, caliginem diſcutit. Item dyſpnoeas collectiones omnes duritiasq; lenit. Sanguinem denſari ꝓhibet, ulcera purgat: auribus, capitis doloribus, tremulis ſpaſticis, ruptis perquàm utile. Aduerſatur aconito ex lacte potum. Febres cũ horrore uenie͂tes perunctis leuiores facit. Vtendum tamen modice, quoniam adurit, augetq; uitia nõ ſeruato temperamento. Malabathri quoq; naturam & genera expoſuimus. Vrinam cit. Oculorum epiphoris uino expreſſum, utiliſſime imponitur: Item frontibus dormire uolentibus. Efficacius ſi & nares illinantur, aut ſi ex aqua bibatur. Oris halitus & ſuauitatem commendat, linguæ ſubditum folium, ſicut & ueſtium odorem interpoſitum. Hyoſcyaminum emolliendo utilius eſt, neruis inutile. Potum quidem cerebri motus facit. Therminum è lupinis emollit, ꝓximum roſaceo effectum habens. Narciſſinum dictum eſt cum ſuo flore. Rhaphaninum phthiriaſes longa ualetudine contractas tollit, ſcabritiasq; cutis in facie emendat. Seſaminum auriũ dolores ſanat, & ulcerum quæ ſerpunt, & quæ cacoëthe uocant. Lirinon quod et phaſelinũ & Syrium uocauimus, renibus utiliſſimum eſt, ſudoribusq; euocandis, uuluæ molliendæ, concoquendoq; intus.

Suprà li. 21. c. 5. A Phaſelide urbe & à Syria regiõe, de qbus inibi mentionem facit in deſcriptione li Seleucicũ lij.

Seleucicum neruis utile eſſe diximus, ſicut herbaceũ quoque, quod Enguini circa Flaminiam uiam uendunt. Eleomeli, quod in Syria ex ipſis oleis manare diximus, ſapore melleo non ſine nauſea, aluum emollit: bilem præcipue detrahit, duobus cyathis in hemina aquæ datis: qui bibêre torpeſcunt, excitantúrq; crebro. Pugnatores certaturi præſumunt ex eo cyathum unũ. Piſſino oleo uſus eſt paſſim ad quadrupedum ſcabiem. Eſt autem uitibus oleiſq; ꝑxima nobilitas palmis: inebriant recentes, capitis dolorem afferunt minus ſiccæ. Nec quantum uidetur utiles ſtomacho, tuſſim exaſperant, corpus augent. Succum decoctarum antiqui pro hydromelite dabant ægris ad uires recreandas, ſitim ſedandam, in quem uſum præferebant Thebaicas. Sanguinem quoq; excreantibus utiles, in cibo maxime. Illinuntur caryotæ ſtomacho, ueſicæ, uentri, inteſtinis. Cum cotoneis, & cera, & croco ſugillata emendant. Nuclei palmarum cremati in fictili nouo, cinere loto ſpodij uicem efficiunt, miſcenturq; collyrijs, & calliblephara faciunt addito nardo.

Hunc locũ ita arbitror legẽdũ: Eſt autẽ à uitibus oleiſq; ꝑxima nobilitas palmis.

De myrobalano palma, et de palma elata. Ca. V.

Palma quæ fert myrobalanũ, ꝓbatiſſima in Aegypto, oſſa non habet reliquarũ modo in balanis. Aluum & menſes ſiſtit in uino auſtero, & uulnera cõglutinat. Palma, ſiue elate, ſiue ſpathe, medicinæ cõfert germina, folia, corticem. Folia imponuntur præcor-

tur præcordijs, ſtomacho, iocineri, ulceribus quæ ſerpũt, cicatrici repugnãtia. Pſoras cortex eius tener cũ reſina et cera ſanat diebus. XX. Decoqtur et ad teſtiũ uitia. Capillũ denigrat ſuffitu, partus extrahit. Datur bibendus renũ uitijs et ueſicæ, et præcordiorũ, capiti et neruis inimicus. Vuluæ ac uẽtris fluxionẽ ſiſtit decoctũ eius. Itẽ cinis ad tormina potus in uino albo, in uuluarum uitijs efficaciſſimus.

Medicinæ ex ſingulorum generum flore, folijs, fructu, ramis, cortice, ligno, ſucco, radice, cinere. Caput .VI.

PRoximæ uarietates generũ medicinarumq́; , quæ mala habent. Ex his uerna, acerba, ſtomacho inutilia ſunt: aluum, ueſicam circumagunt: neruos lædunt. Cocta meliora. Cotonea cocta ſuauiora. Cruda tamen duntaxat matura, proſunt ſanguinem excreantibus, ac dyſentericis, cholericis, cœliacis. Non idem poſſunt decocta, quoniam amittunt conſtringentem illam uim ſucci. Imponuntur & pectori in febris ardoribus, & tum decoquuntur in aqua cæleſti, ad eadem quæ ſupraſcripta ſunt. Ad ſtomachi autem dolores cruda decoctáue cerati modo imponuntur. Lanugo eorum carbunculos ſanat, cocta in uino, & illita cum cera. Alopecijs capillum reddunt. Quæ ex his cruda in melle condiũtur, urinam mouent. Mellis autem ſuauitati multum adijciunt, ſtomachoq́; id utilius faciunt. Quæ uero

in melle cõdiuntur cocta, quidam ad ſtomachi uitia trita cum roſaceo folijs decoctis dant pro cibo. Succus crudorũ lienibus, orthopnoicis, hydropicis prodeſt: Item mammis, cõdylomatis, uaricibus. Flos & uiridis & ſiccus imflãmationibus oculorum, excreationibus ſanguinis, mẽſibus mulierum. Fit & ſuccus ex his mitis, cum uino dulci tuſus, utilis & cœliacis & iocineri. Decocto quoq; eorũ fouentur, ſi ꝓcidãt uuluæ & interanea. Fit & oleum ex his, quod melinum uocauimus, quotiens non fuerint in humidis nata. Ideo utiliſsima quæ ex Sicilia ueniunt. Minus utilia ſtruthia, q̃uis cognata. Radix eorũ circunſcripta terra manu ſiniſtra capitur, ita ut q facit dicat quæ capiat, & cuius cauſa: ſic adalligata ſtrumis medetur. Melimela & reliqua dulcia, ſtomachum & uentrem ſoluunt, ſiticuloſa, æſtuoſa, ſed neruos nõ lædunt. Orbiculata ſiſtunt aluũ, & uomitiones & urinas ciunt. Syluestria mala ſimilia ſunt uernis acerbis, aluúmque ſiſtunt. Sanè in hunc uſum immatura opus ſunt. Citrea contra uenenum in uino bibuntur, uel ipſa uel ſemen. Faciunt oris ſuauitatẽ, decocto eorum colluto, aut ſucco expreſſo. Horum ſemen edendũ præcipiunt in malacia prægnãtibus: ipſa uero contra infirmitatẽ ſtomachi, & non niſi ex aceto facillime manduntur. Punici mali nouem genera nunc iterare ſupuacuum. Ex his dulcia, quæ apyrina alio noĩe appellauimus, ſtomacho inutilia habentur, infla-

tur, inflationes pariunt, dentes gingiuasq; lædunt. Quæ uero ſapore maxime uinoſa diximus, paruum nucleũ habentia, utiliora paulo intelligũtur. Aluum ſiſtunt, & ſtomacho ꝓſunt, duntaxat pauca, citraq; ſatietatẽ. Sed hæc minime danda: quanq̃ oĩno nulla in febri, nec carne acinorũ utili nec ſucco. Cauentur aquæ uomitionibus, ac bilem reijcientibus. Vuam in his, ac ne muſtũ quidem, ſed protinus uinum aperuit natura. Vtrũq; uero aſperiore cortice. Hic ex acer bis in magno uſu. Vulgus coria maxime ꝑficere illo nouit, ob id malicorium appellant medici. Vrinã cie ri eodem monſtrant: mixtaq; galla ĩ aceto decocto, mobiles dentes ſtabilire. Expetitur in grauidarum malacia, & quoniam guſtatu moueat infantem. Diuiditur malũ, cæleſtiq; aqua madeſcit ternis ferè die bus. Hæc bibitur frigida cœliacis, et ſanguinẽ excre antibus. Ex acerbo fit medicamẽtum: ſtomatice uo catur, utiliſſimum oris uitijs, narium, aurium, oculo rum caligini, pterygijs, genitalibus, & his quas no mas uocãt, & quæ in ulceribus excreſcunt. Cõtra le porẽ marinũ hoc modo: Acinis detracto cortice tuſis, ſuccoq; decocto ad tertias: dein cũ croci, & aluminis ſciſſi, myrrhæ, mellis Attici ſelibris. Alij hoc modo faciũt: Punica acida multa tundũtur, ſuccus in cacabo nouo coquitur mellis craſſitudine, ad uirilitatis & ſedis uitia, & oĩa quæ lycio curãtur, aures purulẽtas, epiphoras incipiẽtes, rubras maculas. In

oo mani-

manibus rami punicorũ ſerpētes fugāt. Cortice pu nici ex uino decocti & impoſiti, perniones ſanātur. Cōtuſum malũ ex tribus heminis uini, decoctũ ad heminã, tormina & tineas pellit. Punicũ in olla noua, opculo indito, in furno toſtũ & contritũ, potumq́; in uino, ſiſtit aluũ, diſcutit tormina. Primus pomi huius partus florere incipiētis, cytinus uocatur à Græcis, miræ obſeruationis multorũ experimento. Siquis unũ ex his ſolutus uinculo oī cinctus & calceatus, atque etiam annuli, decerpſerit duobus digitis, pollice, & quarto ſiniſtræ manus, atque ita luſtratis leui tactu oculis, mox in os additũ deuorauerit ne dēte contingat, affirmatur nullã oculorũ imbecillitatē paſſurũ eo anno. Idem cytini ſiccati tritiq́;, carnes excreſcētes cohibent: gingiuis & dentibus medentur: uel ſi mobiles ſint, decocto ſucco. Ipſa corpuſcula trita, ulceribus quæ ſerpunt putreſcũtue illinũtur. Itē oculorũ inflāmationi inteſtinorũq́; : & ferè ad oĩa quæ cortices malorũ. Aduerſatur ſcorpionibus. Non eſt ſatis mirari curã diligentiamq́; priſcorũ, qui omnia ſcrutati, nihil intentatũ reliquere. In hoc ipſo cytino floſculi ſunt, anteq̃ ſcilicet malum ipſum prodeat, erũpentes, quos balauſtiũ uocari diximus. Hos quoq́; ergo experti inuenerunt ſcorpionibus aduerſari: Si ſtunt potu menſes fœiarum, ſanant oris ulcera, tonſillas, uuã, ſanguinis excreationes, uentris & ſtomachi ſolutiones, genitalia, ulcera quacunque in parte

manan-

manantia. Siccauere etiam, ut ſic quoq; expirentur: Inueneruntq; tuſorũ farina dyſentericos à morte re uocari, aluũ ſiſti. Quin & nucleos ipſos acinorũ ex periri non piguit. Toſti tuſiq; ſtomachum iuuant. Ci bo aut potione inſperſi bibuntur ex aqua cæleſti, ad ſiſtendum aluũ. Radix decocta ſuccum emittit, qui ti neas necat, uictoriati põdere. Eadẽ diſcocta in aqua, quas lycium præſtat utilitates. Eſt & ſylueſtre punicum, à ſimilitudine appellatum. Eius radices rubro cortice denarij pondere ex uino potæ ſomnos fa ciunt. Semine poto, aquam quæ ſubierit cutẽ ſiccat. Mali punici corticis fumo culices fugantur.

De piris et eorum obſeruationibus, & de ficorum obſeruatione, & caprifico, & irino, & aliorum generibus medicinæ.

Caput .VII.

Pirorum omnium cibus etiam ualentibus oneroſus, ægris quoque uini modo negatur. Decocta eadem mire ſalubria & grata, præcipue cruſtumina. Quæcũq; uero cùm melle decocta, ſtomachũ ad iuuãt. Fiunt cataplaſmata è piris, ad diſcutiẽda cor porũ uitia: & decocto eorũ ad duritias utũtur. Ipſa aduerſantur boletis atq; fungis, pelluntq; põdere & pugnante ſucco. Pirum ſylueſtre tardiſſime matureſcit. Conciditur, ſuſpenſumq; ſiccatur ad ſiſtendum aluum, quod & decoctum eius potum præſtat. Decoquuntur & folia cum pomo ad eoſdem uſus.

Pirorum ligni cinis, contra fungos etiamnum efficacius proficit. Mala piraq; portatu iumẽtis mire grauia ſunt uel pauca. Remedio aiunt eſſe, ſi prius edenda dentur aliqua, aut utiq; oſtendantur. Fici ſuccus lacteus, aceti naturam habet. Itaque coaguli modo lac cõtrahit. Excipitur ante maturitatem pomi, & in umbra ſiccatur ad apienda ulcera, cienda mẽſtrua appoſitus cum luteo oui, aut potius cum amylo. Podagris illinitur cum farina fœnigræci & aceto. Pilos quoque detrahit, palpebrarumq; ſcabiem emendat: Item lichenas & pſoras. Aluum ſoluit. Lactis ficulni natura aduerſatur crabronũ, ueſparũq; & ſimilium uenenis, priuatim ſcorpionum. Idẽ cum axungia uerrucas tollit. Folia & quæ non maturuere fici ſtrumis illinuntur, omnibusq; quæ emolliẽda ſunt diſcutiendáue. Præſtant hæc & per ſe folia: Et alij uſus eorũ, tanq̃ in fricando lichene & alopecijs, & quæcunq; exulcerari opus ſit, & aduerſus canis morſus. Ramorum teneri cauliculi cuti imponũtur: Iidem cum melle ulceribus quæ ceria uocantur, illinuntur. Extrahunt infracta oſſa cum papaueris folijs ſylueſtris. Canum rabioſorum morſus, folio trito ex aceto reſtringunt. E nigra ficu candidi cauliculi illinuntur furunculis, muris aranei morſibus cũ cera. Cinis earum è folijs gangrenis, conſumendisq; quæ excreſcunt. Fici maturæ urinã ciunt, aluum ſoluunt, ſudorem mouent, papulasq; . Ob id autumno inſalu-

inſalubres, quoniam ſudantia huius cibi opera corpora refrigeſcũt: Nec ſtomacho utiles, ſed ad breue tempus. Nec uoci contrariæ intelliguntur. Nouiſſimæ ſalubriores q̃ primæ. Medicatæ uero nõnunq̃ iuuenum uires augent. Senibus meliorẽ ualetudinẽ faciunt, minusq́; rugarum. Sitim ſedant, calorem refrigerant. Ob id non negandæ in febribus conſtrictis, quas ſtegnas uocant. Siccæ fici ſtomachum lædunt, gutturi & faucibus magnifice utiles. Natura his excalfaciendi. Sitim afferunt. Aluum molliunt. Rheumatiſmis eius & ſtomacho contrariæ. Veſicæ ſemꝑ utiles, & anhelatoribus, ac ſuſpirioſis. Item iocinerum, renum, lienũ uitijs. Corpus & uires adiuuant, ob id antè athletæ hoc cibo paſcebantur. Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos tranſtulit. Recolligentibus ſe à longa ualetudine utiliſſimæ. Item comitialibus & hydropicis, oĩbusq́; quæ maturãda aut diſcutiẽda ſunt, imponũtur. Efficacius calce aut nitro admixto. At coctæ cũ hyſſopo pectus purgãt, pituitam, tuſſim ueterem. Cum uino autem ad ſedẽ, & tumorem maxillarum, & furunculos, panos, parotidas decoctæ illinuntur. Vtile & decocto earum fouere fœminas. Decoctæ quoque eædem cum fœno græco utiles ſunt pleureticis, & peripneumonicis. Cum ruta coctæ torminibus proſunt. Tibiarum ulceribus cum æris flore. Pterygijs cum punico malo. Ambuſtis, pernionibus cum cera. Hydropicis coctæ

in uino, & cum abſinthio & farina hordeacea, ni-tro addito. Aluum ſiſtunt manducatæ. Scorpionum ictibus cum ſale tritæ illinũtur. Carbunculos extra-hunt in uino coctæ & impoſitæ. Carcinomati, ſi ſine ulcere eſt, quàmpinguiſſimã ficum imponi, penè ſin gulare remedium eſt: item phagedæne. Cinis non ex alia arbore aciẽ purgat acrior, conglutinat, replet, aſtringit. Bibitur & ad diſcutiẽdum ſanguinem con cretum: Item percuſsis, præcipitatis, conuulſis, rũ-ptis, cyathis ſingulis aquæ & olei. Datur teta-nicis & ſpaſticis. Item potus uel infuſus cœliacis, dyſentericis. Et ſi quis eo cum oleo perungatur, ex-calfacit. Item cum cera & roſaceo ſubactus, ambu-ſtis cicatricem tenuiſsimam obducit. Luſcioſos ex oleo illitus emendat, dentiumq́; uitia, crebro frica-tu. Prodũt etiam, ſi quis inclinata arbore, ſupino ore aliquem nodum eius morſu abſtulerit nullo uidente, atque in aluta illigatum licio è collo ſuſpẽderit, ſtru mas & parotidas diſcuti. Cortex tritus cum oleo, uentris ulcera ſanat. Crudæ groſsi uerrucas & thy-mos nitro farinaq́; additis tollunt, ſpodij quę uicem exhibet fruticum à radice exeuntium cinis. Bis to-ſtus adiecto pſimmythio digeritur in paſtillos, ad ul-cera oculorum & ſcabritiam. Caprificus etiam num multo efficacior fico. Lactis minus habet: ſur-culo quoque eius lac coagulatur in caſeũ. Exceptum id coactumq́; in duritiam, ſuauitatem carnibus af-fert.

*fert. Fricatur diluto ex aceto. Miſcetur exulcerato-
rijs medicamentis. Aluum ſoluit, uuluam cum amy-
lo aperit. Pota menſes cit cum luteo oui. Podagris cũ
farina fœnigræci illinitur. Lepras, pſoras, lichenas,
lentigines expurgat. Item uenenatorum ictus, & ca
nis morſus. Dentium quoque dolori hic ſuccus appo-
ſitus in lana prodeſt, aut in cauis eorũ additis. Cauli
culi & folia, admixto eruo, contra marinorũ uene-
na proſunt. Adijciunt & uinũ. Bubulas carnes addi
ti caules magno ligni compendio percoquũt. Groſsi
illitæ ſtrumas, & omnium collectionẽ emolliunt &
diſcutiũt: Aliquatenus et folia. Quæ molliſſima ſunt
ex his, cum aceto ulcera manãtia & epinyctidas &
furfures ſanant. Cum melle item & folijs, ceria ſa-
nant, & canis morſus. Recentes cum uino, phagedæ
nas. Cum papaueris folijs oſſa extrahunt. Groſsi ca-
prifici inflammationes diſcutiunt ſuffitu. Reſiſtũt et
ſanguini taurino poto, & pſimmythio, & lacti coa-
gulato potæ. Itẽ aqua decoctæ atq; illitæ parotidas
ſanãt. Cauliculi aut groſſi eius q̃minutiſſimæ, ad ſcor
pionum ictus è uino bibuntur. Lac quoque inſtillatur
plagæ, & folia imponuntur: Item aduerſus murem
araneum. Cauliculorum cinis uuam faucium ſedat.
Arboris ipſius cinis ex melle, rhagadia. Radix de-
feruefacta in uino, dentium dolores. Hyberna ca-
prificus ĩ aceto cocta & trita, impetigines tollit. Il
linuntur ramenta rami ſine cortice q̃minutiſſima ad*

ſcobis modũ. Caprifico quoq; medicinæ unius miraculum additur: Corticem eius impubeſcentẽ puer impubis, ſi defracto ramo detrahat dẽtibus, medullam ipſam adalligatam ante ſolis ortũ, ꝓhibere ſtrumas. Caprificus tauros q̃libet feroces, collo eorũ circũdata, in tantũ mirabili natura compeſcit, ut immobiles præſtet. Herba quoq; quã græci irinon uocant, reddenda in hoc loco ꝑpter gentilitatẽ. Palmo alta eſt, cauliculis qnis ferè, ocimi ſĩlitudĩe, flos cãdidus, ſemẽ nigrũ, paruũ: tritum cum melle Attico, oculorũ epiphoris medetur, duabus drachmis cũ cyathis Attici quatuor. Manat lacte multo et dulci, herba ꝑ quã utilis auriũ dolori, nitri exiguo addito. Folia reſiſtũt uenenis. Pruni folia decocta tõſillis, gingiuis, uuæ, ꝓſunt in uino decoctæ, & ſubinde ore colluto. Ipſa pruna aluũ molliunt, ſtomacho uero utiliſſima, ſed breui momento. Vtiliora perſica, ſuccusq; eorũ, etiamnũ in uino aut in aceto expreſſus. Nec eſt alius eis pomis innocentior cibus. Nuſq̃ minus odoris. Sueci plus, qui tamen ſitim ſtimulet. Folia eius trita illita, hæmorrhoiã ſiſtunt. Nuclei perſicorũ cũ aceto et oleo capitis doloribus illinuntur. Sylueſtriũ quidem prunorũ baccæ, uel è radice cortex, in uino auſtero ſi decoquantur, ita ut triẽs ex hemina ſuperſit, aluũ & tormina ſiſtunt. Satis eſt ſingulos cyathos decocti ſumi. Et in ijs & ſatiuis prunis eſt limus arborum, quẽ græci lichena appellant, rhagadijs et condylo-

matis

*matis mire utilis. Mora in Aegypto et Cypro ſui generis (ut diximus) largo ſucco abundant. Summo cortice deſquamato, altiore plaga, ſiccantur mirabili natura. Succus aduerſatur uenenis ſerpentiũ, prodeſt dyſentericis, diſcutit panos oẽsq; collectiões: uulnera cõglutinat, capitis dolores ſedat, itẽ auriũ: ſpleneticis bibitur. Illinitur & cõtra perfrictiones. Celerrime teredinẽ ſentit. Nec apud nos ſucco uſus minor. Aduerſatur aconito & araneis, in uino potus. Aluũ ſoluit, pituitasq; ac tineas et ſimilia uẽtris aĩalia extrahit: Hoc idẽ præſtat & cortex tritus. Folia tĩgũt capillũ cũ fici nigræ et uitis *corticibus ſimul coctis in aqua cæleſti. Pomi ipſius ſuccus aluũ ſoluit ꝓtinus. Ipſa poma ad præſens ſtomacho utilia, refrigerant, ſitim faciunt: Si non ſuperueniat alius cibus, intumeſcunt. Ex immaturis ſuccus ſiſtit aluũ: ueluti aĩalis alicuius, in hac arbore obſeruandis miraculis, quæ in natura eius diximus. Fit ex pomo pãchreſtos, ſtomatice, eadẽ arteriace appellata, hoc modo: Sextarij tres ſucci è pomo, leui uapore ad craſſitudinem mellis rediguntur. Poſt additur omphacij aridi pondus ſextariorũ duorũ aut myrrhæ ſextarij unius croci unius. Sed hæc ſimul mixta uel trita, miſcẽtur decocto. Neq; eſt aliud oris, arteriæ, uuæ, ſtomachi, iucundius remedium. Fit et alio modo: Succi ſextarij duo mellis Attici decoquuntur, ut ſupra diximus. Mira ſunt præterea quæ ꝓduntur: Mora germinatione prius*

*Folijs. Sic quidem nõnulli legendũ cenſent ex Dioſco. ubi legitur de medicĩa ex moris ἑψηθέντα δὲ σὺν ὀμβρίῳ ὕδατι σὺν ἀμπέλου καὶ συκῆς φύλλοις βάπτει τρίχας. Atq Plinius uidetur legiſſe φλοιοῖς nõ φύλλοις.

apud Dioſco-
ridē in uerbo
μορέα. *
Cytinos quidā
legūt, quam le
ctionē et Her-
mo. nō impro-
bat, q̄uis rici-
nos etiam græ
cos uocare ea
in corollario
ſuo dicat.

ne prius q̄ in folia exeāt, ſiniſtra decerpi iubētur. Fu
tura poma, *ricinos græci uocāt. Hi terrā ſi nō atti-
gere, ſanguinē ſiſtunt adalligati, ſiue ex uulnere flu-
at, ſiue ore, ſiue naribus, ſiue hæmorrhoidis: ad hoc
ſeruantur repoſiti. Idē præſtare et ramus dicitur, lu
na plena defractus, incipiens fructū habere. Si terrā
non attigerit, priuatim mulieribus alligatus lacerto
cōtra abundantiā menſiū. Hoc et quocūq; tēpore ab
ipſis decerptū ita ut terrā nō attingat, adalligatūq;
exiſtimāt præſtare. Folia mori trita, aut arida deco
cta ſerpentiū ictibus īponuntur. Ad idēq; potu ꝓfi-
cit. Scorpionibus aduerſatur è radice corticis ſuccus
ex uino aut poſca potus. Reddēda eſt antiquorū com
poſitio. Succū expreſſum pomi maturi īmaturiq; mi
xtum, coquebāt in uaſe æreo ad mellis craſſitudinē.
Aliqui myrrha adiecta et cupreſſo præduratū uas ſo
le torrebant, permiſcentes ſpatha ter die. Hæc erat
ſtomatice, quæ uulnera ad cicatricem perducebat.
Alia ratio, ſuccum ſiccato exprimebant pomo, mul-
tum ſapori obſoniorum conferente. In medicina ue-
ro contra nomas & pectoris pituitas, & ubicunq;
opus eſſet aſtringi uiſcera. Dentes quoq; colluebant
eo. Tertium genus ſucci, folijs & radice decoctis ad
ambuſta ex oleo illinenda. Imponuntur & per ſe fo
lia. Radix per meſſes inciſa, ſuccum aptiſſimum den
tium dolori, collectionibusq;, et ſuppurationibus ha
bet. Aluum purgat. Folia mori in urina madefacta

pilum

pilum corijs detrahunt. Ceraſia et aluũ molliunt, & ſtomacho utilia. Eadẽ ſiccata aluũ ſiſtunt, urinam ciunt. Inuenio apud autores, ſi quis matutino roſcida deuoret cũ ſuis nucleis, in tantũ leuari aluum, ut pedes morbo liberẽtur. Meſpila, exceptis ſetanijs, quæ malo propiorem uim habent, aliqua aſtringunt ſtomachum ſiſtuntq; aluum. Item ſorba ſicca, nam recentia ſtomacho & aluo citæ proſunt.

Hoc Dioſcorides uno uerbo ſῦ κοιλίαν.

De pineis & amygdalis, & nuce auellana, et de nuce iuglãde, et de piſtacijs, et caſtaneis, et ſiliqs, cornu, & unedone, & lauro. Ca. .VIII.

NVces pineæ, quæ reſinã habent, contuſæ leuiter additis in ſingulis ſextarijs aquæ ad dimidium decoctæ, ſanguinis excreationi medẽtur, ita ut cyathi bini bibantur ex eo. Cortex è pino in uino decoctus contra tormina datur. Nuclei nucis pineæ ſitim ſedant, & acrimoniam ſtomachi roſionesq;, & contrarios humores conſiſtentes ibi, & infirmitatem uirium roborant, renibus & ueſicæ utiles. Fauces uidentur exaſperare & tuſsim. Bilem pellunt poti ex aqua, aut uino aut paſſo, aut balanorum decocto. Miſcetur his contra uehementiores ſtomachi roſiones cucumeris ſemen et ſuccus portulacæ. Item ad ueſicæ ulcera & renum, quoniam & urinam cient. Amygdalæ amaræ radicum decoctum cutem in facie corrigit, coloremq; hilariorem facit. Nuces ipſæ ſomnum faciunt & auiditatẽ. Vrinam et menſes ciunt.

ſes ciunt. Capitis dolori illinuntur, maximeq; in febri: ſi ab ebrietate, ex aceto et roſaceo et aquæ ſextario. Et ſanguinẽ ſiſtunt. Cum amylo et menta lethargicis comitialibusq; ꝓſunt. Capite peruncto epinyctidas ſanant, è uino ueteri ulcera putreſcentia. Canum morſus cũ melle. Et furfures ex facie antè fotu præparata. Itẽ iocineris & renum dolores ex aqua potæ. Et ſæpe ex ecligmate cũ reſina terebinthina. Calculoſis & difficili urinæ in paſſo, & ad purgandam cutem in aqua mulſa tritæ ſunt efficaces. Proſunt ecligmate iocineri, tuſſi & colo cũ eleliſphaco modice addito. In melle ſumitur nucis auellanæ magnitudine. Aiunt quoq; quinis ferè præſumptis ebrietatem non ſentire potores: Vulpes quę ſi ederint eas, nec contingat è uicino aquã lambere, mori. Minus ualent in remedijs dulces, et eæ tamen purgãt, et urinã ciunt. Recentes ſtomachũ implẽt. Nucibus græcis cũ abſinthij ſemine ex aceto ſumptis, morbus regius ſanari dicitur: Itẽ illitis per ſe, uitia ſedis, & priuatim condylomata. Item tuſſi & ſanguinis reiectioni ꝓdeſt. Nuces iuglandes græci à capitis grauedine appellauere. Etenĩ arborũ ipſarũ foliorũq; uires, in cerebrũ penetrant: Hocq; minore momento, ſed in cibis nuclei faciunt. Sunt autẽ recentes iucundiores, ſiccæ unguinoſiores, et ſtomacho inutiles, difficiles concoctu, dolorem capitis inferentes, tußientibus inimicæ, & uomituris ieiunis aptæ in tenaſmo

ſolo, tra-

ſolo, trahunt enim pituitam. Eædem præſumptæ uenena hebetant: Item anginam cum ruta & oleo. Itē aduerſantur cepis, leniuntq; earum ſaporem. Auriū inflammationi imponuntur cum mellis exiguo. Item cum ruta mammis & luxatis. Cum cepa autē & ſale & melle, canis hominisq; morſui. Putamine nucis iuglandis, dens cauus inuritur. Putamē combuſtum tritumq; in oleo aut uino, infantium capite perunćto, nutrit capillum: & ad alopecias eo ſic utuntur. Quo plures quis nuces ederit, hoc facilius tineas pellit. Et quæ peruęteres ſunt nuces, gangrenis & carbunculis medentur: Item ſugillatis. Cortex iuglandium, lichenum uitio & dyſentericis prodeſt. Folia trita cum aceto, aurium dolori. In ſanctuarijs Mithridatis maximi regis deuicti, Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipſius manu cōpoſitionem antidoti, duabus nucibus ſiccis, item ficis totidem, & rutæ folijs uiginti ſimul tritis, addito ſalis grano: & qui hoc ieiunus ſumat, nullum uenenū nociturum illo die. Contra rabioſi quoq; canis morſus, nuclei à ieiuno homine commanducati illitiq;, præſenti remedio eſſe dicūtur. Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt, inflationem ſtomachi, & unguedini corporis cōferunt plusquàm ſit uerisimile. Toſtæ & diſtillationi medentur. Tuſſi quoq; ueteri tritæ, & in aqua mulſa potæ. Quidam adijciunt grana piperis, alij è paſſo bibunt. Piſtacia eoſdem uſus & effectus

effectus habẽt, quos pinei nuclei, præterq; ad ſerpentium ictus, ſiue edantur, ſiue bibantur. Caſtaneæ uehementer ſiſtunt ſtomachi & uentris fluxiones, aluum ciunt, ſanguinem excreantibus proſunt, carnes alunt. Siliquæ recentes, ſtomacho inutiles, aluum ſoluunt. Eædem ſiccatæ ſiſtunt, ſtomachoq; utiliores fiunt. Vrinam ciunt. Syriacas in dolore ſtomachi ternas in aquæ ſextarijs decoquunt, quidam ad dimidium, eumq; ſuccũ bibunt. Sudor uirgæ corni arboris lamina ferrea candẽte exceptus, non contingente ligno, illitaq; inde ferrugo, incipientes lichenas ſanat. Arbutus ſiue unedo, fructum fert difficilẽ concoctioni, & ſtomacho inutilem. Laurus excalfactoriam naturã habet, & folijs, et cortice, & baccis. Itaq; decoctũ ex his, maxime è folijs, prodeſſe uuluis & ueſicis conuenit. Illita uero ueſparum crabronumq; & apium: Item ſerpentium uenenis reſiſtunt, maxime ſepis, dipſadis & uiperæ. Proſunt & menſibus fœminarum cum oleo cocta. Cum polenta autẽ quæ tenera ſunt trita, inflammationes oculorum, cum ruta teſtium, cum roſaceo capitis dolores, aut cum irino. Quin manducata atq; deuorata per triduum terna, liberant à tuſſi. Eadem ꝓſunt ſuſpirijs trita cum melle. Cortex radicis cauendus grauidis. Ipſa radix calculos rũpit, iocineri prodeſt, tribus obolis in uino odorato pota. Folia pota uomitiones mouent. Baccæ menſes trahunt appoſitæ, tritæ uel potæ.

uel potæ. Tuſſim ueterē et ortopnœam ſanant binæ, detracto cortice in uino potæ. Si et febris ſit, ex aqua aut ecligmate ex aqua mulſa, aut ex paſſo decoctæ. Proſunt et phthiſicis eodem modo, et oĩbus thoracis rheumatiſmis. Nam et excoquunt pituitā, & extrahunt. Aduerſus ſcorpiones quaternæ ex uino bibuntur. Epinyctidas ex oleo illitæ & lentigines. Et ulcera manantia, & ulcera oris, & furfures. Cutis pruriginem ſuccus baccarum emendat, & phthiriaſin. Aurium dolori & grauitati inſtillantur cū uino uetere et roſaceo. Perunctos eo fugiunt uenenata oĩa. Prodeſt & contra uenenatorum ictus potus, maxime autem eius laurus, quæ tenuiora habet folia. Baccæ cum uino ſerpētibus, & ſcorpionibus, & araneis reſiſtunt. Ex oleo & aceto illinuntur & lieni & iocineri. Gangrenis cum melle, & in fatigatione etiā aut perfrictione ſucco eo perungi, nitro adiecto ꝓdeſt. Sunt qui celeritati partus multum conferre putent, radice acetabuli mēſura pota in aqua: efficacius recentē q̃ aridam. Quidam aduerſus ſcorpionum ictus, decē baccas dari iubent potui. Item & in remedio uuæ iacentis, quadrantē pondo baccarū foliorúmue decoqui in aquæ ſextarijs tribus ad tertias, eamq́; calidam gargarizare: Et in capitis dolore, impari numero baccas cum oleo contercre, & calefacere. Laurus delphicæ folia trita olfactaq́;, ſubinde peſtilentiæ contagia probibent, tanto magis ſi & urantur.

urantur. Oleũ ex Delphica ad cerata acopumq́;, ad perfrictiones diſcutiendas, neruos laxandos, lateris dolores, febresq́; frigidas utile eſt. Item ad auriũ dolorem, in mali punici cortice tepefactum. Folia decocta ad tertias partes aquæ, uuam cohibent gargarizatione: pota alui dolores, inteſtinorumq́;. Tenerrima ex his trita in uino, papulas pruritusq́;, illita noctibus. Proxime ualent cætera lauri genera. Laurus Alexandrina ſiue Idæa, partus celeres facit, radice pota trium denariorum pondere, in uini dulcis cyathis tribus. Secundas etiam pellit, menſesq́; eodem modo pota. Daphnoides (ſiue his nominibus quæ diximus) ſylueſtris laurus prodeſt, aluum ſoluit, recenti folio uel arido drachmis tribus cum ſale & hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium & uomitus, ſtomacho inutile. Sic & baccæ quinædenæue, purgationis cauſa ſumuntur.

De myrto ſatiua, & myrtidano, & de myrto ſylueſtri. Caput .IX.

MYrtus ſatiua candida, minus utilis eſt medicinæ q̃ nigra. Semen eius medetur ſanguinẽ excreantibus. Itẽ contra fungos in uino potum. Odorem oris cõmendat uel pridie cõmanducatum. Item apud Menãdrum ſynariſtuſin hoc edunt. Datur & dyſentericis denarij pondere in uino. Vlcera difficilia in extremitatibus corporis ſanat, cũ uino ſubferuefactũ. Imponitur lippitudini cum polenta, & car

diacis in

diacis in mãma ſiniſtra: Et contra ſcorpionis ictus in mero, & ad ueſicæ uitia, capitis dolores, & ægilopas anteq̃ ſuppurẽt: Itẽ tumoribus, exẽptisq́; nucleis ĩ uino uetere tritũ eruptiõibus pituitæ. Succus ſeminis aluũ ſiſtit, urinas cit. Ad eruptiones puſtularũ pituitæq́; cũ cerato illinitur, & contra phalangia. Capillũ denigrat. Lenius ſucco oleũ eſt ex eadẽ myrto, & uinũ quo nunq̃ inebriatur. Inueteratũq́; ſiſtit aluum & ſtomachũ, tormina ſanat, faſtidiũ abigit. Foliorũ arentiũ farina ſudores cohibet inſpſa, uel in febri. Vtilis & cœliacis & ꝓcidentiæ uuluarũ, ſedis uitijs, ulceribus manantibus, igni ſacro fotu, capillis fluentibus, furfuribus: Itẽ alijs eruptionibus, ambuſtis. Additur quoq; in medicamento qđ liparas uocant, eadẽ de cauſa qua oleũ ex his, efficaciſſimũ ad ea quæ in humore ſunt, tanquã in ore & uulua. Folia ipſa fungis aduerſantur trita ex uino, cũ cera uero articularibus morbis & collectionibus. Eadẽ in uino decocta dyſentericis & hydropicis potui dãtur. Siccãtur in farina quæ inſpergitur ulceribus, aut hæmorrhoidæ. Purgant & lentigines, pterygia & paronychia & epinyctidas, condylomata, teſtes, tetra ulcera: Itẽ ambuſta cum cerato. Ad aures purulentas & folijs crematis utũtur & ſucco decocto. Comburũtur & in antidota: Itẽ cauliculi flore decerpti, in nouo fictili opto cremati in furno, dein triti ex uino. Et ambuſtis foliorũ cinis medetur. Inguen ne in-

pp tume-

tumeſcat ex ulcere, ſatis eſt ſurculum tantum myrti habere ſecũ, non ferro nec terra contactũ. Myrtidanũ diximus quomodo fieret. Vuluæ ꝓdeſt appoſitum fotu, & illitu. Multo efficacius & cortice & folio, & ſemine. Exprimitur & folijs ſuccus molliſſimis in pila tuſis, affuſo paulatim uino auſtero. Aliâs aqua cæleſti, atq; etiã expreſſo utuntur ad oris ſedisq; ulcera, uuluæ & uẽtris: Capillorũ nigritiam, malarũ pfuſiones, purgationes lentiginũ, & ubi conſtringendũ aliqd eſt. Myrtus ſylueſtris, ſiue oxymyrſine, ſiue chamæmyrſine, baccis rubẽtibus et breuitate à ſatiua diſtat. Radix eius ĩ honore eſt, decocta uino, ad renũ dolores pota, et difficili urinæ, præcipuéq; craſſæ & grauiter olenti: Morbo regio, & uuluarum purgationi trita cum uino. Cauliculi quoque incipientes aſparagorum modo in cibo ſumpti, & in cinere cocti. Semen cum uino potũ, aut oleo aut aceto, calculos frangit. Item in aceto & roſaceo tritum, capitis dolores ſedat, & potũ, morbum regium. Caſtor oxymyrſinẽ myrti folijs acutis, ex qua fiunt ruri ſcopæ, ruſcum uocauit, ad eoſdẽ uſus. Et hactenus habent ſe medicinæ urbanarum arborũ. Tranſeamus ad ſylueſtres.

C. Plinij

NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XXIIII.

PROOEMIVM.

Medicinæ ex arboribus ſylueſtribus. Caput .I.

NE SYLVAE QVIdem, *horridiorq; naturæ facies, medicinis carent, ſacra illa parente rerum oĩm, nuſq̃ non remedia diſponẽte hoĩ, ut medicina fieret etiam ſolitudo ipſa, ſed ad ſingula illius diſcordiæ atq; concordiæ miraculis occurſantibus. Quercus & olea tam pertinaci odio diſsident, ut altera in alterius ſcrobe depactæ moriantur: Quercus uero & iuxta nucem iuglandem. Pernicialia & braſſicæ cum uite odia: ipſumq; olus, quo uitis fugatur, aduerſum cyclamino & origano areſcit. Quin & annoſas iã, & quæ ſternantur arbores, difficilius cædi, ac celerius inareſcere tradũt, ſi prius manu q̃ ferro attingãtur. Pomorũ onera à iumẽtis ſtatĩ ſentiri: ac niſi prius oſtendantur his, q̃uis pauca portent, ſudare ilico. Ferulæ aſinis gratiſſimæ ſunt in pabulo, cæteris uero iumentis præſentaneo ueneno: qua de cauſa id aĩal Libero patri aſsignatur, cui & ferula. Surdis etiam rerum ſua cuiq; ſunt uenena, ac minimis quoq;. Philyra co-*

ci & polline nimiũ ſalem cibis eximunt. Prædulciũ faſtidiũ ſal temperat. Nitroſæ aut amaræ aquæ, polenta addita mitigãtur, ut intra duas horas bibi poſſint: Qua de cauſa & in ſaccos uinarios additur polenta. Similis uis Rhodiæ cretæ, et argillæ noſtratis cõcordia ualentiũ. Pix oleo extrahitur, quãdo utrũq; pinguis naturæ eſt. Oleũ ſolũ calci miſcetur, quã do utrũq; aquas odit. Gummi aceto facilius eluitur, atramentũ aqua. Innumera prætereà alia, quæ ſuis locis dicentur aſſidue. Hinc nata medicina. Hæc ſola naturæ placuerat eſſe remedia parata uulgo, inuẽtu facilia, ac ſine impẽdio ex qbus uiuimus. Poſteà fraudes hominum & ingeniorum, capturæ officinas inuenere iſtas, in qbus ſua cuiq; homini uenalis ꝓmittitur uita. Statim compoſitiones & mixturæ inexplicabiles decantãtur, Arabia atq; India in medio æſtimantur, ulceriq; paruo medicina à rubro mari imputatur, cũ remedia uera quotidie pauperrimus qſque cœnet. Nam ſi ex horto aut petatur herba, uel frutex quæratur, nulla artiũ uilior fiet. Ita eſt ꝑfecto, magnitudo populi Romani ꝑdidit ritus, uincendoq; uicti ſumus. Paremus externis, & una artium imperatoribus quoq; imperat. Verum de his aliâs plura.

Lotos. Caput .II.

Li. 13. c. 16. Loton herbam, itemq; Aegyptiam eodem nomine, aliâs & Syrticam arborem, diximus ſuis locis. Hæc lotos, quæ faba græca appellatur à no-

ſtris, al-

ſtris, aluum baccis ſiſtit. Ramēta ligni decocta in uino proſunt dyſentericis, menſtruis, uertigini, comitialibus. Cohibent & capillum. Mirum, his ramentis nihil eſſe amarius, fructuq; dulcius. Fit & è ſcobe eius medicamentum, ex aqua myrti decocta, ſubacta, & diuiſa in paſtillos, dyſentericis utiliſſimum, pondere uictoriati cum aquæ cyathis tribus.

Glans. Caput .III.

GLans intrita duritias quas cacoëthes uocant, cum ſalſa axungia ſanat, uehementioresq; lichenas in omnibus cortex ipſe, corticiq; tunica ſubiecta. Hæc decocta iuuat cœliacos. Dyſentericis etiam illinitur, uel ipſa glans. Eademq; reſiſtit ſerpentium ictibus, rheumatiſmis, ſuppuratiōibus. Folia & baccæ, uel cortex, uel ſuccus decocti ꝓſunt contra toxica. Cortex illinitur, decoctus lacte uaccino, ſerpentis plagæ. Datur ex uino dyſentericis. Eadē et ilici uis.

De cocco ilicis, & galla, & uiſco, pilulis, glande, & de cerri radice, & ſubere.

Caput .IIII.

COccum autē ilicis, uulneribus ex aceto recentibus imponitur. Epiphoris ex aqua, & oculis ſuffuſis ſanguine inſtillatur. Eſt aūt genus ex eo in Attica ferè & Aſia naſcens, celerrime in uermiculum ſe mutans, qđ ideo ſcolecion uocāt, improbātq;. Principalia eius genera diximus. Nec pauciora genera gallæ fecimus, ſolidam, perforatam: Item albā, ni-

nigrã, maiorẽ, minorẽ: uis oĩm ſimilis. Optima Comagena. Excreſcẽtia in corpore tollit. Proſunt gingiuis, uuæ, oris exulcerationi. Crematæ et ĩ uino extinctæ, cœliacis. Dyſentericis illinũtur. Paronychijs ex melle, & unguibus ſcabris, pterygijs, ulceribus manãtibus, cõdylomatis, uulneribus quæ phagedænica uocãtur. In uino aũt decoctæ auribus inſtillãtur, oculis illinũtur. Aduerſus eruptiones & panos cum aceto. Nucleos cõmanducatus dentiũ dolorẽ ſedat: Itẽ intertrigines, & ambuſta. Immaturæ ex his ex aceto potæ, lienẽ conſumunt. Eædẽ crematæ, & aceto ſalſo extinctæ, menſes ſiſtunt, uuluasq; pcidentes fotu. Omnes capillos denigrant. Viſcũ è robore præcipuũ diximus haberi, et quo cõficeretur modo. Quidã in aqua cõtuſum decoquunt, donec nihil innatet. Quidã cõmanducãtes acinos, expuunt cortices. Optimum eſt, qđ ſine cortice eſt, quodq́; leuiſſimum, extrà fuluum, intus porraceum, quo nihil eſt glutinoſius. Emollit, diſcutit, *humore ſiccat ſtrumas. Cum reſina & cera panos mitigat omnis generis. Quidã & galbanum adijciunt, pari pondere ſingulorum, eoq́; modo & ad uulnera utuntur. Vnguium ſcabricias expolit, ſi ſeptenis diebus ſoluantur, nitroq́; colluantur. Quidam ad religionem efficacius fieri putant, prima luna collectũ è robore ſine ferro. Si terram non attigerit, comitialibus mederi. Conceptum fœminarum adiuuare, ſi omnino ſecum habeant. Vl

* Prior lectio ita habet: Humore ſiccat. Strumas cũ reſina &c. Poteſt legi: Humores ſiccat; ſtrumas cũ reſina & cera, et panos. &c.

cera com-

cera commanducatu impoſituq́; efficaciſſime ſanari. Roboris pilulæ ex adipe urſino alopecias capillo replent. Cerri folia & cortex, & glans, ſiccat collectiones ſuppurationesq́; : Fluxiones ſiſtit. Torpẽtes mẽbrorum partes corroborat decoctũ eius fotu: cui & inſidere expedit, ſiccãdis aſtringendiſue partibus. Radix cerri aduerſatur ſcorpionibus. Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, ſanguinem fluentẽ ex utralibet parte ſiſtit. Eiuſdẽ cinis ex uino calido, ſanguinẽ excreantibus magnopere laudatur.

De fago, & cupreſſo, & cedro magna, et de cedride, galbano. Caput .V.

FAgi folia manducantur in gingiuarum labiorumq́; uitijs. Calculis glandis fagineæ cinis illinitur: Item cum melle alopecijs. Cupreſſi folia trita, ſerpentium ictibus imponuntur: & capiti cum polenta, ſi à ſole doleat: Item ramici, qua de cauſa & bibuntur. Teſtium quoq; tumori cum cerato illinuntur. Capillum denigrant ex aceto. Eadem trita cum duabus partibus panis mollis, & è uino aminæo ſubacta, pedum ac neruorum dolores ſedant. Pilulæ aduerſus ſerpentium ictus bibuntur, aut ſi eijciatur ſanguis. Collectionibus illinuntur. Ramici quoque, teneræ tuſæ cum axungia & lomento, proſunt. Bibuntur ex eadem cauſa. Parotidi & ſtrumæ cum farina imponuntur. Exprimitur ſuccus tuſus cum ſemine, q mixto oleo, caliginẽ oculorũ aufert. Item uictoriati

pondere in uino potus illitusq́; , cum fico ſicca pingui, exemptis granis, uitia teſtiũ ſanat, tumores diſcutit, & cũ fermento ſtrumas. Radix cũ folijs trita potaq́; , ueſicæ et ſtranguriæ medetur: & cõtra phalangia. Ramenta pota menſes ciunt, ſcorpionum icti bus aduerſantur. Cedrus magna, quã cedrelaten uocant, dat picem quæ cedria uocatur, dentiũ dolori bus utiliſſimã. Frangit enim eos et extrahit: dolores ſedat. Cedri ſuccus, ex ea quõ fieret diximus, magni ad lumina uſus, ni capitis dolorẽ inferret. Defuncta corpora incorrupta cõſeruat, uiuentia corrũpit: mira differentia, cũ uitã auferat ſpirantibus, defunctis q́; ꝓ uita ſit. Veſtes quoq; corrũpit, et aĩalia necat. Ob hoc non cenſeã in anginis hoc remedio utendum, neq; in cruditatibus, quod ſuaſere aliq. Guſtu dentes quoq; colluere ex aceto in dolore timuerim, uel grauitati aut uermibus auriũ inſtillare. Portentũ eſt q̃d tradunt, abortiuũ fieri in Venere antè pfuſa uirilitate. Phthiriaſes perungere eo non dubitauerim, itẽq́; porrigines. Suadent & contra uenenũ leporis marini bibere in paſſo. Facilius in elephantia, ſi illinantur & ulcera ſordida & excreſcẽtia in ijs. Autores quidã & oculorum albugines caligineſq́; inunxere eo: Et contra pulmonis ulcera, cyathum eius ſorbere iuſſerũt: Itẽ aduerſus tineas. Fit & ex ea oleũ, quod piſſeleon uocant, uehemẽtioris ad oĩa eadẽ uſus. Cedri ſcobe ſerpẽtes fugari certum eſt: Itẽ baccis tritis

cum oleo,

cū oleo,ſi qui pungantur. Cedrides,*hoc eſt fructus cedri,tuſſim ſanant,urinā ciunt,aluum ſiſtunt,utiles ruptis,conuulſis,ſpaſticis,ſtranguriæ,uuluis,admoti.*Contra *lepores marinos,eademq́; quæ ſupra collectionibus inflammationibusq́;.* De *galbano diximus*. Neq; *humidum neq; aridū ꝓbatur,ſed quale docuimus*.Per *ſe bibitur ad tuſsim ueterē,ſuſpiria, rupta,conuulſa*.Imponitur *iſchiaticis,lateris dolori bus,panis,furunculis,corpori ab oſſibus recedenti, ſtrumis,articulorū nodis, dentiū quoq; doloribus*.Illinitur *& cū melle capitis ulceribus*.Purulentis *infunditur auribus cū roſaceo,aut nardo*.Odore *comi tialibus ſubuenit,& uuluæ in ſtrangulatu,& ſtoma chi defectu*. Abortus *non exeuntes trahit appoſitu uel ſuffitu*:Item *ramis ellebori circumlitū atq; ſubiectum*.Serpentes *nidore urentium fugari diximus*. Fugiunt *& perunctos galbano*.Medetur *& à ſcorpione percuſsis*.Bibitur *et in difficili partu fabæ magnitudine in uini cyatho,uuluasq́; conuerſas corrigit*.In *myrrha autem & in uino mortuos partus extrahit*. Aduerſatur *& uenenis, maxime toxicis,cū myrrha & uino*.Serpentes *oleo et ſpondylio mixto tactu necat*.Nocere *urinæ exiſtimatur*.

De *ammoniaco,& ſtyrace,et ſpondylio,et ſphano,& terebintho,& chamæpity,& pityuſa,et reſinis,et picea,et lentiſco.* Caput .VI.

SImilis *ammoniaci natura atq; lachrymæ ꝓbandæ, ut di-*

*dæ,ut diximus, mollit, calefacit, diſcutit, diſſoluit.
Claritati uiſus in collyrijs cõuenit. Prurituũ,cicatri
ces,albugines oculorũ tollit. Dentiũ dolores ſedat,
efficacius accẽſum. Prodeſt dyſpnoicis, pleureticis,
pulmonibus,ueſicis,urinæ cruentæ,lieni, iſchiaticis
potũ. Sic et aluũ ſoluit. Articulis & podagræ cũ pa
ri pondere picis aut ceræ et roſaceo coctũ. Maturat
panos,extrahit clauos cũ melle. Sic et duritias emol
lit. Lieni cũ aceto et cera cypria,uel roſaceo effica
ciſſime ĩponitur. Laßitudĩes pungi cũ aceto et oleo
5. exiguoq́; nitro utile. Et ſtyracis naturã in peregri
nis arboribus diximus. Placet præter illa quæ dixi-
mus,maxĩe pinguis,purus,albicãtibus fragmentis.
Medetur tußi,faucibus,pectoris uitijs, uuluæ præ-
cluſæ,duritiéue laborãti. Cit mẽſes potu, appoſitú-
q́; aluũ mollit. Inuenio potu modico triſtitiam animi
reſolui,largiore cõtrahi. Sonitus auriũ emẽdat infu
ſu,ſtrumas illitu neruorũq́; nodos. Aduerſatur uene
nis,quæ frigore nocẽt,ideo et cicutæ. Spondylion
unà demonſtratũ, infunditur capitibus phrenetico-
rum,& lethargicorum: Item capitis doloribus lon-
gis. Cum uetere oleo bibitur,& in iocinerum uitijs,
morbo regio,comitialibus,orthopnoicis, uuluarum
ſtrangulatione,quibus et ſuffitu ꝓdeſt. Aluum mol-
lit. Illinitur ulceribus ſerpentibus cum ruta. Flos au
ribus purulẽtis efficaciter infunditur. Sed ſuccus cũ
exprimitur integendus eſt,quoniam mire appetitur*

à muſcis

à muſcis & ſimilibus. Radix deraſa, & in fiſtulas coniecta, callum earũ derodit. Auribus quoq; inſtillatur cum ſucco. Datur et ipſa contra morbũ regiũ, ut iocineris uitio et uuluarũ. Capillos criſpos facit puncto capite. Spaghnon, ſiue ſphacos, ſiue bryon, et in Gallia ut indicauimus naſcitur, uuluis decocto inſidentiũ utilis. Itẽ genibus & fœminum tumoribus, mixtus naſturtio, et aqua ſalſa tritus. Cum uino aut reſina ſuccus potus, urinam pellit celerrime. Hydropicos inanit, cũ uino & iunipero tritus et potus. Terebinthi folia & radix collectionibus imponuntur. Decoctum eorum ſtomachũ firmat. Semẽ in capitis dolore bibitur in uino, & contra difficultatem urinæ. Ventrem leniter emollit. Venerem excitat. Piceæ et laricis folia trita et decocta in aceto, dentiũ dolori ꝓſunt. Cinis corticũ intertrigini et ambuſtis. Potus aluũ ſiſtit, urinã mouet. Suffitu uuluas corrigit. Piceæ folia priuatim & iocineri utilia ſunt, drachmæ pondere in aqua mulſa pota. Syluas eas dũtaxat, quæ picis reſinæq; gratia raduntur, utiliſſimas eſſe phthiſicis, aut qui longa ægritudine non recolligunt uires, ſatis conſtat: Et illũ cæli aëra plus ita q̃ nauigationem Aegyptiã ꝓficere, plus q̃ lactis herbidos ꝑ montiũ æſtiua potus. Chamæpitys latine aiuga appellatur, diciturq; ꝓpter abortus ab aliis thus terræ: cubitalibus ramis, flore pinus et odore. Altera breuior et incuruæ ſiliis. Tertia eodẽ odore,

& ideo nomine quoq;, paruulo cauliculo, craſſitudine digitali, folijs ſcabris, exilibus, albis, in petris naſcens. Omnes herbæ, ſed ꝓpter cognationē nōis non differendæ. Proſunt aduerſus ſcorpionū ictus: Item iocineri illitæ cū palmis aut cotoneis: Renibus et ueſicæ, decoctū earū cū farina hordeacea. Morbo quoq; regio, & urinæ difficultatibus, ex aqua decoctæ bibuntur. Nouiſſima contra ſerpentes ualet cū melle. Sic & appoſita uuluas purgat. Sanguinē denſatū extrahit pota. Sudores facit perunctis ea. Peculiariter renibus utilis eſt. Fiunt ex ea & hydropicis pilulæ, cū ficu aluū trahentes. Lumborum quoq; dolorē uictoriati pondere in uino finit, & tuſſim recentem. Mortuos partus, ex aceto cocta potaq;, eijcere ꝓtinus dicitur. Cum honore et pityuſa ſimili de cauſa dicetur, quā quidā in tithymali genere numerāt. Frutex eſt ſilis piceæ, flore paruo purpureo. Bilē & pituitā per aluū detrahit radix, decocti hemina aut ſeminis ligula in balanis. Folia in aceto decocta, furfures cutis emendant: mammas quoq; mixto rutæ decocto & tormina, & ſerpentiū ictus, & in totū collectiones incipientes. Reſinam è ſupradictis arbo-
Lib. 16. c. 10. ribus gigni docuimus, & genera eius & nationes in ratione uini, ac poſtea in arboribus: cuius ſummæ ſpecies duæ, ſicca, & liquida: Sicca, quæ è pinu et picea fit: liquida è terebintho, larice, lētiſco, cupreſſo, Nam et eæ ferūt in Aſia et Syria. Falluntur q candē

putant

putant eſſe è picea atq; larice. Picea enĩ pinguẽ, & thuris mõ ſuccoſam fundit, larix gracilem, ac mellei liquoris uirus redolentẽ. Medici liqdá raro utũtur; et in ouo ferè: larice ꝓpter tuſſim ulceraq; uiſcerũ. Nec pinea magnopere in uſu. Cæteris nõ niſi coctis: Et coquendi genera ſatis demõſtrauimus. In arborũ differentia placet terebinthina, odoratiſſima atque leuiſſima: nationũ Cypria et Syriaca, utraq; mellis Attici colore: ſed Cypria carnoſior ſiccioráq;. In ſicco genere quærũt ut ſit cãdida, pura, plucida. In oĩ aũt, ut mõtana potius q̃ cãpeſtris: itẽ aquilonia q̃ ab alio uento. Reſoluitur reſina ad uulnerum uſus & malagmata oleo, in potiões amygdalis amaris. Natura in medendo cõtrahere uulnera, purgare, diſcutere col lectiões: Item pectoris uitia. Terebinthina illinitur: & eadẽ calida membrorũ doloribus ſpaſticiſq; illinitur in ſole, totiſq; corporibus: mangonũ maxĩe cura, ad gracilitatẽ emendandã, ſpatijs ita laxantium cutẽ per ſingula mẽbra, capacioraq; ciborũ faciẽda corpora. Proximũ locũ obtinet è lentiſco. Ineſt ei uis aſtringendi. Mouet & ante cæteras urinã. Reliquæ uentrem emolliunt, cruda concoquunt, tuſſim ueterẽ ſedant, uuluæ onera extrahunt etiam ſuffitæ. Priuatim aduerſantur uiſco. Panos & ſimilia, cum ſeuo taurino & melle ſanant. Palpebras lentiſcina commodiſſime replicat. Fractis quoq; utiliſſima, & auribus purulentos. Item in prurit u genitalium. Pi-

tiea capitis

nea capitis uulneribus optime medetur.

De pice ſpiſſa & liquida, & palimpiſſa, & piſſaſphalto, & zopiſſa, & teda, & lētiſco. Caput .VII.

Pix quoq; unde & quibus conficeretur modis, indicauimus. Et eius duo genera: Spiſſum, liquidumq;. Spiſſarū utiliſsima medicinæ eſt Brutia, quoniam pinguiſsima & reſinoſiſsima utraſque præbet utilitates, ob id magis rutila q̃ cæteræ. Id enim quod in hoc adijciunt, ex maſcula arbore meliorem eſſe, non arbitror poſſe intelligi. Picis natura excalfacit, explet. Aduerſatur priuatim ceraſtæ morſibus cum polenta: Item anginæ cum melle, diſtillationibus & ſternutamentis. Purulentis auribus infunditur cum roſaceo: illinitur cum cera. Sanat lichenas, aluum ſoluit, exereationes pectoris adiuuat ecligmate, aut illita, tonſillis cum melle. Sic & ulcera purgat: Explet cum uua paſſa & axungia. Carbunculos purgat, & putreſcentia ulcera. Quæ uero ſerpunt, cum pineo cortice aut ſulphure. Phthiſicis etiam cyathi menſura quidam dederunt, & contra ueterē tuſsim. Rhagadas ſedis & pedum, panoſq; & ungues ſcabros emendat. Vuluæ duritias & conuerſiones, odore: Item lethargicos, ſtrumas. Item cum farina hordeacea, & pueri impubis urina decocta, ad ſuppurationem perducit. Et ad alopecias ſicca pice utuntur. Ad mulierū mām̄as brutia, ex uino ſubferuefacta cum

cta cum polline farraceo, quàm calidiſsimis impoſitis. Liquida pix, oleumq́; quod piſſeleon uocant, quē admodum fieret diximus. Quidam iterū decoquūt, & uocāt palimpiſſam. Liquida anginæ punguntur intus et uua. Ad auriū dolores, claritatē oculorum, oris circūlitiones, ſuſpirioſos, uuluas, tuſsim ueterē, & crebras excreationes pectoris, ſpaſmos, tremores, opiſthotonos, paralyſes, neruorū dolores. Præſtātiſsimum ad canum & iumentorū ſcabiē. Eſt & piſſaſphaltos, mixta bitumini pice, naturaliter ex Apolloniatarum agro. Quidam autem ipſi miſcent, præcipuū ad ſcabiē pecorum remediū, aut ſi fœtus māmas læſerit. Naturale optimū ex eo, quod cū feruet, innatat. Zopiſſam eradi nauibus diximus, cera marino ſale macerata. Optima hæc à tyrocinio nauium. Additur aūt in malagmata, ad diſcutiēdas collectiones. Tedæ decoctæ in aceto, dentiū dolores efficaciter colluunt. Lentiſci, & arbores, & ſemen, & cortex, & lachryma urinā ciunt, aluum ſiſtunt. Decoctum eorū ulceribus quæ ſerpunt, fotu. Illinitur in humidis & igni ſacro, gingiuas colluūt. Folia dentibus in dolore atterūtur, mobiles decocto colluūtur. Capillum tingunt. Lachryma ſedis uitijs prodeſt, cum quid ſiccari excalfieriue opus ſit. Decoctū & è lachryma ſtomacho utile, ructum et urinam mouēs, quod & capitis dolori cū polenta illinitur. Folia uero tenera oculis inflammatis illinūtur. Itē maſtiche

lentiſci

lentiſci replicandis palpebris,& ad exterendam cutem in facie,& ſmegmata. Adhibetur & ſanguinẽ reijcientibus,tuſsi ueteri:& ad oĩa quæ ammoniaci uis. Medetur et attritis* partibus,ſiue oleo è ſemine eius facto ceræq; mixto,ſiue folijs ex oleo decoctis, ſiue cũ aqua uirilia foueãtur. Scio Democritũ medicum in ualetudine Conſidiæ M. Seruilij cõſularis filiæ,omnem curationem auſteram recuſantis,diu efficaciter uſum lacte caprarũ,quas lẽtiſco paſcebat.

* Paribus an partibus legẽ dum ſit, dubitat Hermo. ut parib. ꝑ teſtibus intelligatur: q̃a mox ſequatur, ſiue cũ aqua uirilia foueantur.

De platano,& fraxino,& acere,& alba põpulo,& ulmo,& tilia,& ſambuco,& iunipero. Caput .VIII.

PLatani aduerſantur ueſptilionibus. Pilulæ earum in uino potæ .X. quatuor pondere,omnibus ſerpentium & ſcorpionum uenenis medentur: Item ambuſtis tuſæ. At cum aceto acri,magisq; ſcillitico ſanguinẽ oẽm ſiſtunt. Et lentiginẽ & carcinomata,melanias quoq; ueteres,addito melle emẽdãt. Folia & cortex illinuntur collectionibus & ſuppurationibus,& decoctũ eorũ. Corticis aũt ĩ aceto dẽtium remediũ eſt: Folia eorum tenerrima in uino albo decocta,oculorũ. Lanugo foliorũ,& auribus & oculis inutilis. Cinis pilularũ ſanat ambuſta igni uel frigore. Cortex è uino ſcorpionum ictus reſtinguit.

Fraxinus quam uim aduerſus ſerpentes haberet, indicauimus. Semẽ folijs eius ineſt,quo medẽtur iocineris & lateris doloribus in uino. Aquam quæ ſubit

cutem,

cutem extrahunt. Corpus obeſum leuant onere, ſenſim ad maciẽ reducentes, iiſdem folijs cum uino tritis ad uiriũ portionẽ, ita ut puero quinq; folia tribus cyathis dentur, robuſtioribus ſeptẽ folia, quinq; cyathis uini. Non omittendũ, ramenta eius & ſcobẽ à quibuſdã cauenda prædici. Aceris radix contuſa iocineris doloribus utiliſſime iponitur. Pópuli albæ uuarum in unguentis uſum expoſuimus. Cortex potus iſchiaticis & ſtranguriæ pdeſt. Foliorũ ſuccus calidus auriũ dolori. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuatur. Populus nigra efficaciſſima habetur, quæ in Creta naſcitur. Comitialibus ſemen ex aceto utile. Fundit illa & reſinã exiguã, qua utuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta imponuntur. Humor è cauis pópuli nigræ effluens, uerrucas papulasq; & attrita corporis tollit. Pópuli ferunt in folijs guttã, ex qua apes ppolin faciunt. Gutta quoq; aquæ ppolis ex aqua remediũ q̃ efficax eſt. Vlmi & folia & cortex & rami uĩ habẽt ſpiſſandi, & uulnera cõtrahendi. Corticis utiq; interior tilia lepras ſedat, & folia ex aceto illita. Corticis denarij pondus potũ in hemina aquæ frigidæ aluũ purgat, pituitasq; & aquas priuatim trahit. Imponitur & collectionibus lachryma, & uulneribus ambuſtisq; decocto fouere pdeſt. Humor in folliculis arboris huius naſcẽs, cuti nitorẽ inducit, faciẽq; gratiorẽ præſtat. Cauliculi foliorũ primi uino

decocti tumores ſanant, extrahuntq́; p fiſtulas. Idē præſtant & tiliæ corticis. Multi corticem cōmanducatum uulneribus utiliſſimum putant. Folia trita aqua aſpſa pedum tumori. Humor quoq; è medulla uti diximus caſtratæ arboris effluens, capillum reddit capiti illitus, defluentesq́; cōtinet. Arbor tilia leniter tuſa ad eadem ferè utilis eſt, atq; oleaſter. Folia aūt tantum in uſu, & ad infantium ulcera in ore commanducata, decocta urinam ciunt, menſes ſiſtunt illita, ſanguinem pota detrahunt. Sambucus habet alterum genus magis ſylueſtre, qđ Græci chamæacten, alij helion uocant, multo breuius. Vtriuſque decoctum in uino ueteri foliorum, uel ſeminis, uel radicis ad cyathos binos potum, ſtomacho inutile eſt, aluo detrahens aquam. Refrigerat etiam inflammationem, maxime recentis ambuſti. Et canis morſum cum polēta molliſſimis foliorum illitis. Succus cerebri collectiones, priuatimq́; membranæ quæ circa cerebrū eſt, lenit infuſus. Acini eius infirmiores ꝙ reliqua tingunt capillum. Poti acetabuli menſura, urinam mouent. Foliorum molliſſima ex oleo & ſale eduntur, ad pituitam bilemq́; detrahendam. Ad oīa efficacior quæ minor. Radicis eius ī uino decoctæ duo cyathi poti, hydropicos exinaniūt: uuluas emolliunt foliorum decocto inſidentiū. Caules teneri minoris ſambuci, in patinis cocti, aluum ſoluunt. Reſiſtunt folia & ſerpentium ictibus in uino pota. Podagris

dagris cum ſeuo hircino uehementer ꝓſunt caulicu li illiti. Ideóq; in aqua macerantur, ut ea ſparſa pulices necētur. Foliorū decocto ſi locus ſpargatur, muſcæ necātur. Boa appellatur morbus papularū, cum rubēt corpa, ſambuci ramo uerberatur. Cortex īterior tritus, ex uino albo potus, aluū ſoluit. Iunipus uel āte cætera oīa excalfacit, extenuat, cedro aſſilis. Et eius duo genera altera maior, altera minor. Vtraq; accēſa ſerpētes fugat. Semē ſtomachi, pectoris, lateris doloribus utile. Inflationes lāguoresq; diſcutit, tuſſes cōcoqt et duritias. Illitū tumores ſiſtit: item aluum, baccis ex uino nigro potis: Itē uentris tumores illitis. Miſcetur et antidotis oxyporis. Vrinas cit. Illinitur et oculis in epiphoris. Datur cōuulſis, ruptis, torminibus, uuluis, iſchiaticis cū uino albo potū pilulis quaternis, aut decocti uiginti in uino. Sunt qui & perungant corpus è ſemine eius in ſerpētium metu.

De ſalice, & amerina, & uitilibus, & erice.
Caput .IX.

SAlicis fructus ante maturitatē in araneam abit. Sed ſi prius colligatur, ſanguinem reijcientibus ꝓdeſt. Corticis è ramis primis cinis, clauum & callum aqua mixta ſanat. Vitia cutis in facie emendat, magis admixto ſucco ſuo. Eſt autē hic trium generum. Vnum arbor ipſa exudat gummi modo. Alterum manat in plaga cum floret, exciſo cortice trium digitorum magnitudine. Hic ad purganda qua

obſtent oculis. Item ad ſpiſſanda quæ opus ſunt, ciendamq; urinã, & ad omnes collectiones intus extrahendas. Tertius ſuccus eſt detruncatione ramorum à falce diſtillans. Ex his ergo aliquis cum roſaceo in calyce punici calfactus, auribus infunditur: uel folia cocta, & cum cera trita imponuntur: Item podagricis. Cortice & folijs in uino decoctis foueri neruos utiliſſimũ. Flos tritus cũ folijs furfures purgat ĩ facie. Folia contrita & pota intemperantiam libidinis coercent, atque in totũ auferunt uſum ſæpius ſumpta. Amerinæ nigræ ſemen cum ſpuma argenti pari pondere, à balneo illitum, pſilothrũ eſt. Non multum à ſalice uitilium uſu diſtat uitex, foliorũ quoque aſpectu, niſi odore gratior eſſet. Sed Græci lygon uocant, alij agnon: quoniam matronæ in theſmophorijs Athenienſium caſtitatem cuſtodiẽtes, his folijs cubitus ſibi ſternunt. Duo genera eius: Maior in arborem ſalicis modo aſſurgit: minor ramoſa folijs candidioribus lanuginoſis. Prima album florem mittit cum purpureo, quæ & candida uocatur: Nigra, quæ tantum purpureum. Naſcuntur in paluſtribus campis. Semen potum uini quendam ſaporem habet, & dicitur febres ſoluere. Et cum ungantur oleo, ad mixtum ſudorem facere. Sic & laſſitudines diſſolue re. Vrinam ciunt & menſes. Caput tentant uini modo, nam & odor ſimilis eſt. Inflationes pellunt in inferiora. Aluum ſiſtunt, hydropicis & lienibus perquàm

quàm utiles. Lactis hubertatem faciunt. Aduerſantur uenenis ſerpentium, maxime quæ frigus inferũt. Minor efficacior ad ſerpentes, bibitur ſeminis drachma in uino uel poſca, aut duabus foliorum tenerri morum. Illinuntur & utraque aduerſus araneorum morſus, uel perunctis tantum. Suffitu quoq; aut ſubſtratu fugant uenenata. At Venereæ rei impetus inhibent: eoq́; maxime phalangijs aduerſantur, quorum morſus genitale excitat. Capitis dolorem ex ebrietate ſedant cum roſaceo flos teneriq́; cauliculi. Seminis decoctum uehementiorem capitis dolorem diſſoluit fotu, & uuluã etiã ſuffitu uel appoſitu. Purgat aluum cum pulegio & melle potũ. Vomicas panosq́; difficile cõcoquẽtes, cũ farina hordeacea mollit. Lichenas & lẽtigines cum aphronitro & aceto ſemẽ ſanat, & oris ulcera & eruptiones cum melle: teſtium cum butyro & folijs uitiũ: Rhagadas ſedis cum aqua illitum. Luxatis cum ſale, & nitro, & cera, & ſemine, & folio. Additur in malagmata neruorũ & podagras. Semen inſtillatur in oleo decoctũ capiti in lethargia & phreneſi. Virgã q in manu habeãt aut cinctu, negãtur intertriginẽ ſentire. Ericen Græci uocant fruticẽ non multum à myrice differentem, colore roriſmarini, & penè folio. Hoc aduerſari ſerpentibus tradunt. Geniſta quoq; uinculi uſum præſtat. Flores apibus gratiſſimi. Dubito an hæc ſit quã Græci autores ſparton appellauere, cum

ex ea linea piſcatoria apđ eos factitari docuerim: et nunqd hanc deſignauerit Homerus, cũ dixit: Nauiũ ſparta diſſoluta. Nondũ eñi fuiſſe Africanũ uel Hiſpanũ ſpartũ in uſu certũ eſt. Et cũ ſutiles fierent naues, lino tamẽ nõ ſparto unq̃ ſutas. Semẽ eius qđ græci eodẽ nõie appellant, in folliculis phaſeolorũ modo naſcens, purgat ellebori uice, drachma & dimidia pota in aquæ mulſæ cyathis quatuor ieiunis. Ramis ſimiliter cũ fronde in aceto maceratis pluribus diebus, & tuſis, ſuccum dant iſchiaticis utilẽ, cyathi unius potu. Quidam marina aqua macerare malunt, et infundere clyſtere. Perunguntur eodem ſucco iſchiatici addito oleo. Quidam ad ſtranguriam utuntur ſemine. Geniſta tuſa cum axungia, genua dolentia ſanat. Myricen, quã & tamaricen uocat Leneus, ſimilem ſcopis amerinis dicit. Sanari ea carcinomata in uino decocta tritaq; cũ melle illita. Arbitrantur quidã hanc eſſe tamaricẽ, ſed ad lienẽ præcipua eſt, ſi ſuccus eius expreſſus ĩ uino bibatur: Adeoq; mirabilẽ eius antipathiã cõtra ſoliũ hoc uiſcerũ faciũt, ut affirmẽt, ſi ex ea alueis factis bibãt ſues, ſine liene ĩueniri. Et ideo hoĩ ſplenetico cibũ potũq; dant ĩn uaſis ex ea factis. Grauis qdã autor in medicina, uirgam ex eadẽ fractam, ut neq; terrã neq; ferrũ attingeret, ſedare uentris dolores aſſeuerauit impoſitam, ita ut tunica cĩctuq; corpori apprimeretur. Vulgus infelicẽ eam arborẽ appellat, ut diximus, quoniã nihil ferat,

Ilia. 2. de quo et ſuprà l. 19. ca. 1. Verũ qa idẽ ex Home. uerſus illic citatus huic loco magis quadret, nõ grauabor cũ repetere, & huic loco aſcribere. Eſt aũt hmõi: καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται.

hil ferat, nec feratur unq̃. Corinthus, & quæ circa eſt regio, bryaneam uocat. Eiusq; duo genera fecit. Syluestrẽ planè ſterilẽ, alterã mitiorẽ. Hæc fert in Aegypto Syriaq; etiã abundanter lignoſum fructũ, maiorem galla, aſperũ guſtu, quo medici utuntur ui ce gallæ, & in cõpoſitionibus quas antheras uocant. Lignum autẽ & flos, & folia, & cortex in eoſdem uſus adhibentur, quanq̃ remiſſiora. Datur ſanguinẽ reijcientibus cortex tritus, & contra ꝓfluuia fœmi narum, cœliacis quoq;. Idem tuſus impoſitusq; colle ctiones omnes inhibet. Folijs exprimitur ſuccus. Ad hæc eadem & in uino decoquuntur: ipſa uero adie cto melle gãgrenis illinuntur: Decoctũ eorũ in uino potum, uel impoſitũ cum roſaceo & cera ſedat. Sic & epinyctidas ſanant. Ad dentiũ dolorẽ auriumq;, decoctum eorum ſalutare eſt: radix ad eadem, ſimili ter et folia. Hæc amplius ad ea quæ ſerpunt, impo nuntur cum polenta. Semen drachmæ põdere aduer ſus phalangia & araneos bibitur. Cum altilium ue ro pingui furunculis imponitur. Efficax & contra ſerpentiũ ictus, præterq̃ aſpidũ. Necnon morbo re gio, phthiriaſi, lendibusq; decoctũ infuſum prodeſt, abundãtiamq; mulierũ ſiſtit. Cinis arboris ad oĩa ea dem ꝓdeſt. Aiunt, ſi bouis caſtrati urinæ immiſcea tur, uel in potu uel in cibo, Venerem finiri. Carboq; ex eo genere urina ea reſtinctus, in umbra cõditur: idem cum libeat accendere, reſoluitur. Magi &

 id

id ex ſpadonis fieri urina tradiderunt.

De uirga ſanguinea, & ſilere, & liguſtro, et alno, & edera, & ciſtho, et ciſſo, et erythrano, & chamæciſſo, & ſmilace, & de clematide. Caput .X.

NEc uirga ſanguinea felicior habetur. Cortex eius īterior cicatrices quæ præſanauere aperit. Sileris folia illita fronti, capitis dolores ſedant. Eiuſdē ſemen tritū in oleo phthiriaſes coërcet. Serpentes & hunc fruticē refugiunt, baculumq; ruſtici ob id ex eo gerunt. Liguſtrū eadē arbor eſt, quæ in oriēte cypros, ſuos in Europa uſus habet. Succus eius neruis, articulis, algoribus: folia ubiq; ueteri ulceri cū ſalis mica, & oris exulcerationibus ꝓſunt. Acini cōtra phthiriaſin, itē cōtra intertrigines foliaue. Sanant et gallinaceorū pituitas acini. Folia alni ex feruenti aqua certiſſimo remedio ſunt tumori. Ederæ genera .XX. demonſtrauimus. Natura omnium in medicina anceps. Mentē turbat, & caput purgat largius pota. Neruis intus nocet. Iiſdem neruis adhibita foris ꝓdeſt. Eadē natura quæ et aceto ei eſt. Omnia genera eius refrigerāt. Vrinā ciunt potu, capitis dolorē ſedant, præcipue cerebro: continentiq; cerebrū membranæ utiliter mollibus impoſitis folijs, cū aceto et roſaceo tritis et decoctis, addito poſtea roſaceo oleo. Illinuntur aūt fronti, et decocto eorū fouetur os, caputq; pungitur. Lieni et pota & illita

Verbū, præſanauere, Plini. hic uſurpare uidetur ſenſu paſſiuo, ut pleriq; ſcriptores præteritū inueteraui: niſi quis forte eum præſanuere ſcripſiſſe putet

illita ꝓſunt.Decoquuntur et contra horrores febriũ eruptionesq́; pituitæ,aut in uino teruntur.Corymbi quoq; poti uel illiti,lienẽ ſanant: iocinera aũt illiti. Trahũt et menſes appoſiti.Succus ederæ tedia nariũ graueolentiáq́; emendat,præcipue albæ ſatiuæ.Idẽ infuſus naribus caput purgat, efficacius addito nitro.Infunditur etiam purulẽtis auribus, aut dolentibus cum oleo.Cicatricibus quoq; decorem facit.Ad lienes efficacior albæ eſt,ferro calefactus:ſatisq́; eſt acinos ſex in uini cyathis duobus ſumi.Acini quoque ex eadẽ alba terni,in aceto mulſo poti,tineas pellũt: in qua curatiõe uentri quoq; impoſuiſſe eos utile eſt. Ederæ quam chryſocarpon appellauimus,baccis aurei coloris uiginti,in uini ſextario tritis,ita ut terni cyathi potẽtur,aquam quæ cutem ſubierit, per urinam educit.Eraſiſtratus eiuſdem acinos.V.tritos in roſaceo oleo,calefactosq́; in cortice punici, inſtillauit dentium dolori à contraria aure.Acini,qui croci ſuccum habẽt,præſumpti potu,à crapula tutos præſtant:Item ſanguinem excreantes,aut torminibus laborantes.Ederæ nigræ candidiores corymbi poti, ſteriles etiam uiros faciunt.Illinitur decocta in uino omnium ulcerum generi, etiamſi cacoëthe ſint.Lachryma ederæ pſilothrum eſt, phthiriaſinq́; tollit. Flos cuiuſcunq; generis triũ digitorum carptu,dyſentericos & aluum citam emendat, in uino auſtero bis die potus.Et ambuſtis illinitur utiliter cũ cera.

Denigrant

Denigrant capillum corymbi. Radicis *ſuccus in aceto potus, contra phalangia* ꝓdeſt. *Huius quoq; ligni uaſe ſpleneticos bibẽtes ſanari inuenio.* Et *acinos terunt, moxq; cõburunt, et ita illinunt ambuſta, prius* ꝑfuſa *aqua calida. Sunt qui et incidant ſucci gratia, eoq; utantur ad dentes eroſos, frangiq; tradũt, ꝓximis cera munitis ne lædantur. Gummi etiã id edera quærũt, quod ex aceto utiliſsimũ dentibus ꝓmittunt.*

Græci uicino uocabulo ciſton appellant fruticẽ maiorẽ thymo, folijs ocimi. Duo *eius genera. Flos maſculo roſaceus, fœmiæ albet.* Ambo ꝓ*ſunt dyſenteri cis & ſolutionibus uentris, in uino auſtero trinis digitis flore capto, et ſimiliter bis die poto.* Vlceribus *ueteribus & ambuſtis cũ cera, & p ſe oris ulceribus.*

Sub his maxĩe naſcitur hypociſtos, quã inter ederas diximus. Ciſſos *erythranos ab ijſdẽ appellatur ſimilis ederæ, coxendicibus utilis è uino potus:* Item *lumbis:* Tantamq; *uim accipiunt, ut ſanguinem urina detrahant.* Item *chamæciſſon appellant ederam, non attollentẽ ſe à terra.* Et *hæc contuſa in uino acetabuli menſura, lieni medetur.* Folia *ambuſtis cum axungia.* Smilax *quoq; quæ nicophoros cognominatur, ſimilitudinem ederæ habet, tenuioribus folijs.* Coronam *ex eo factam impari foliorum numero, aiunt capitis doloribus mederi.* Quidam *duo genera ſmilacis dixere.* Alterũ *immortalitati proximũ, conuallibus opacis, ſcandentem arbores comantibus*

acinorum

acinorum corymbis, contra uenenata omnia efficaciſsimis, in tantum, ut acinorum ſucco infantibus ſæpe inſtillato, nulla poſtea uenena nocitura ſint. Alterum genus culta amare, & in his gigni, nullius effectus. Illam eſſe ſmilacem priorem, cuius lignum ad aures ſonare diximus. Similem huic aliqui clematida appellauerunt, repētem per arbores, geniculatam & ipſam. Folia eius leprā purgant. Semen aluū ſoluit acetabuli menſura, in aquæ hemina, aut aqua mulſa. Datur ex eadem cauſa & decoctum eius.

De harundine, & papyro, & ebeno, & rhododēdro, de rhuē erythro, et erythrodano, alyſſo et radicula et apocino et roremario, et cāchry, et ſabina, et ſelagine, et ſamulo, & gūmi medicinis. Ca. XI.

HArundis genera. XXIX. demonſtrauimus, non aliter euidentiore illa natura, quam continuis his uoluminibus tractamus. Siquidē harūdinis radix cōtrita & impoſita, filicis ſtirpē corpore extrahit: item harundinem filicis radix. Ex quo plura genera fecimus. Illaq; in India Syriaq; naſcitur, odorum unguentorumq; cauſa. Vrinam mouet cum gramine, aut apij ſemine decocta. Cit & menſtrua admotu. Medetur conuulſis duobus obolis pota, iocineri, renibus, hydropi, tuſsi etiam ſuffitu, magiſq; cum reſina. Furfuribus ulceribusq; manātibus cum uino radix decocta. Excipitur & ſuccus eius, fitq; elaterio ſimilis. Efficaciſsima autem in omni harundine, quæ

dine,quæ ꝓxima radici:Efficacia & genicula.Harundo Cypria, quæ donax uocatur,corticis cinere alopecias emendat:Item putreſcentia ulcera. Folijs eius ad extrahendos aculeos utuntur.Efficacius & contra ignes ſacros, collectionesq́; omnes. Vulgaris harundo extractoriã uim habet,& recens tuſa,non in radice tantũ.Multũ enim et ipſam harundinẽ ualere tradunt.Medetur et luxatis,et ſpinæ doloribus radix in aceto illita.Eadẽ recens trita et in uino pota,uenerẽ concitat.Harundinum lanugo illita auribus,obtũdit auditũ. Cognata res eſt in Aegypto harũdini papyrus,præcipuæ utilitatis cum inaruerit, ad laxãdas ſiccandasq́; fiſtulas,et in tumeſcendo ad introitũ medicamentorũ aperiẽdas. Charta quæ fit ex ea,cremata ĩter cauſtica eſt.Cinis eius ex uino potus ſomnũ facit. Ipſa ex aqua impoſita callũ ſanat.

Neq; in Aegypto quidẽ naſcitur ebenus,ut docuimus. Nec tractamus in medicina alienos orbes: non omittetur tamen ꝑpter miraculũ. Scobẽ eius oculis unice mederi dicũt,lignoq́; ad cotẽ trito cũ paſſo,caliginẽ diſcutit:Ex aqua uero et radice,albugĩes oculorum.Itẽ tußim,pari mõ dracunculi radicis cũ adiecto melle.Ebenũ medici et inter erodẽtia aſſumũt.

Rhododendros ne nomẽ quidẽ apud nos inuenit latinum,rhododaphnen uocant,aut neriũ.Mirũ,folia eius quadrupedum uenenum eſſe,homini uero contra ſerpentes præſidium,ruta addita,et ẽ uino pota.

Pecus etiam

Pecus etiam et capræ, ſi aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicũtur. Nec rhus latinũ nomẽ habet, cum in uſum pluribus modis ueniat. Nam & herba eſt ſylueſtris, folijs myrti, cauliculisq́; breuibus, quæ uenena et tineas pellit, et frutex excoriarius appellatur, ſubrutilus, cubitalis, craßitudine digitali, cuius aridis folijs, ut malicorio coria perficiuntur. Medici aũt rhoicis utuntur ad cõtuſa: itẽ cœliacos et ſedis ulcera, aut quæ phagedænas uocãt, trita cũ melle, et illita cum aceto. Decoctum eorum inſtillatur auribus purulentis. Fit & ſtomatice decoctis ramis ad eadem quæ ex moris, ſed efficacior admixto alumine. Illiniturq́; eadẽ hydropicorũ tumoribus. Rhus, quæ erythros appellatur, frutex eſt, & huius fruticis ſemẽ uim habet aſtringẽdi refrigerandiq́;. Aſpergitur pro ſale obſonijs. Aluos ſoluit, omnesq́; carnes cũ ſilphio ſuauiores facit. Vlceribus medetur manantibus cũ melle: Aſperitati linguæ, ꝑcußis, liuidis, deſquamatis eodẽ modo. Capitis ulcera ad cicatricẽ celerrĩe ꝑducit, & fœminarũ abundantiam ſiſtit cibo. Erythrodanus, quã aliqui creuthodanum uocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pellesq́; perficiuntur, in medicina urinam ciet, morbum regium ſanat ex aqua mulſa, & lichenas ex aceto illita: & iſchiaticos & paralyticos, ita ut bibẽtes lauentur quotidie. Radix ſemenq́; trahunt menſes, aluum ſiſtunt, & collectiones diſcutiunt. Contra ſerpentes ra

pentes rami cum folijs imponuntur. Folia & capil-
lum tingunt. Inuenio apud quoſdam morbum regiũ
ſanari hoc frutice, etiam ſi adalligatus ſpectetur tan
tum. Diſtat ab eo qui alyſſon uocatur, folijs tantũ
& ramis minoribus. Quippe nomẽ accepit, q̃ à ca
ne commorſos rabiem ſentire non patitur, potus ex
aceto adalligatusq́;. Mirumq́; eſt quod additur, in-
ſaniem cõſpecto eo omnino frutice ſiccari. Tingen
tibus & radicula ramos præparat, quam ſtruthion
uocari diximus à græcis. Medetur morbo regio ipſa
decocta, et ius potũ: item pectoris uitijs. Vrinã ciet,
aluum ſoluit, et uuluas purgat. Quamobrem aureũ
poculũ medici uocant. Ea et ex melle ꝓdeſt magnifi
ce ad tuſſim, orthopnoæ cochlearis mẽſura. Cum po
lenta uero et aceto lepras tollit. Eadem cum panace
& capparis radice calculos frangit, pellitq́;. Panos
diſcutit, cum farina hordeacea & uino decocta. Mi
ſcetur et malagmatis & collyrijs, claritatis cauſa.
Ad ſternutamẽta utilis inter pauca. Lieni quoq; ac
iocineri. Eadẽ pota denarij unius pondere ex mulſa
aq̃, ſuſpirioſos ſanat. Sic & pleureticos, et oẽs late
ris dolores, apocyni ſemen ex aqua. Frutex eſt, folio
ederæ, molliore tamen, et minus longis uiticulis, ſe-
mine acuto, diuiſo, lanuginoſo, graui odore. Canes et
omnes quadrupedes necat in cibo datum. Eſt &
roſmarinum. Duo genera eius. Alterum ſterile, alte
rũ cui et caulis et ſemen reſinaceum, quod canchrys
uocatur.

Hermo. hic du
bitat. Vtrũ le
gendũ, ſit inſa
niam cõſpecto
eo oĩno frutice
ſanari, an po-
tius ut in cõte-
xtu habetur,
quã etiã lectio
nem in corol-
lario ſuo ap̃p-
bare uidetur.

uocatur. Folijs odor thuris. Radix uulnera ſanat ui ridis impoſita, & ſedis procidentia, condylomata & hæmorrhoidas. Succus & fruticis et radicis morbũ regiũ, & ea quæ repurganda ſunt. Oculorũ aciem exacuit. Semẽ ad uetera pectoris uitia datur potui. Et ad uuluas cũ uino & pipere. Menſes adiuuat. Po dagris illinitur cũ ærina farina. Purgat & lentigines, & quæ excalfacienda ſunt, aut cũ ſudor quæren dus, illitũ: Itẽ conuulſis. Auget & lac in uino potũ: Item radix. Ipſa herba ſtrumis cũ aceto illinitur, ad tuſſim cũ melle prodeſt. Canchrys multa genera ha bet, ut diximus. Sed hæc quæ ex rore ſupradicto naſcitur, ſi fricetur, reſinoſa eſt. Aduerſatur uenenis et uenenatis, * præter anguibus. Sudorẽ mouet, tormi na diſcutit, lactis hubertatem facit. Herba ſabina, brathy appellata à Græcis, duorũ generũ eſt. Al tera tamaricæ ſimilis folio eſt, altera cupreſſo. Qua ex re quidã Creticã cupreſſum dixerũt. A multis in ſuffitus pro thure aſſumitur. In medicamentis uero duplicato pondere eoſdẽ effectus habere quos cinna mũ traditur. Collectiones minuit, & nomas compeſcit. Illita ulcera purgat. Partus emortuos appoſita extrahit et ſuffitu. Illinitur igni ſacro et cãrbũculis. Cũ melle et uino pota, regio morbo medetur. Gallia cei generis pituitas fumo eius herbæ ſanari tradunt. Similis herbæ huic ſabiæ ẽ ſelago appellata. Legitur ſine ferro dextra manu per tunicã, quã ſiniſtra exuitur

Præterquã, for taßis legendũ.

uelut à furãte,cãdida ueſte ueſtito,pureq́; lotis nudis pedibus, ſacro facto prius q̃ legatur, pane,uinoq́;. Præfertur in mappa noua. Hanc contra oẽm perniciem habendam ꝓdidere Druidæ Gallorum, & contra oĩa oculorũ uitia fumum eius ꝓdeſſe. Iidem ſamolum herbam noĩauere naſcentẽ in humidis. Et hanc ſiniſtra manu legi à ieiunis cõtra morbos ſuum boumq́;,nec reſpicere legẽtem,nec alibi quàm in canali deponere, ibiq́; conterere poturis. Gummi genera diximus.Ex his maiores effectus melioris cuiuſq́; erũt.Dẽtibus inutiles ſunt:Sanguinẽ coagulãt, & ideo reijcientibus ſanguinẽ ꝓſunt. Itẽ ambuſtis, arteriæ uitijs: Inutilẽ urinã ciũt,amaritudines hebetãt aſtrictis cæteriſq́;.Ex amygdala,amara eſt,ſpiſſandiq́; uiribus efficacior. Habet excalfactorias uires.Præponũtur aũt prunorum & ceraſorum ac uitium.Siccãt illitæ et aſtringũt:Ex aceto uero infantiũ lichenas ſanant.Proſunt & tuſſi ueteri, quatuor obolis in mixto potis. Credũtur & colorẽ gratiorẽ facere,ciborũq́; appetentiã,& calculoſis prodeſſe cum paſſo potæ. Oculorum & uulnerum utilitatibus maxime conueniunt ab ſpina Aegyptia.

Gũmis non gũmi hic legẽdũ uidetur genere fœĩo, quo genere et Colu. & M. Varro ipſo noĩe utũtur: præſertĩ q̃a mox ſeq̃tur: Dẽtib. inutiles ſunt, et deinde item non mlto poſt: Ex amygdala amara ẽ, ut ſubaudiatur gummis.

De ſpina Arabica, et ſpina alba, & acãthio, & acacia. Caput .XII.

Spinæ Arabicæ laudes in odorũ loco diximus: et ipſa ſpiſſat ſtringitq́; diſtillationes oẽs, & ſanguinis excreationes,menſiumq́; abundantiã, etiam-

num radi-

num radice ualentior. Spinæ albæ ſemen contra ſcorpiones auxiliatur. Corona ex ea impoſita capitis dolores minuit. Huic ſimilis eſt ſpina illa, quã Græci acanthiõ uocant, minoribus multo folijs, aculeatis per extremitates, & araneoſa lanugine obductis, qua collecta, etiã ueſtes quædam bombycinis ſimiles fiunt in oriente. Ipſa folia uel radices ad remedia opiſthotoni bibũtur. Eſt & acaciæ ſpina. Fit in Aegypto alba nigraq; arbore. Item uiridi, ſed longe melior eſt prioribus. Fit & ĩ Galatia tenerrima ſpinoſiore arbore. Semen oĩm lenticulæ ſimile, minore eſt tantũ & grano & folliculo. Colligitur autumno, antè collectum nimio ualidius. Spiſſatur ſuccus ex folliculis aqua cæleſti pfuſis, mox in pila tuſis exprimitur organis, tunc denſatur in ſole mortarijs in paſtillos. Fit & ex folijs minus efficax. Ad coria pficienda ſemine pro galla utuntur. Foliorum ſuccus & Galatiacæ acaciæ nigerrimus improbatur: Itẽ q ualde ruffus. Purpurea aut leucophæa, & quæ facillime diluitur. Vis ſumma ad ſpiſſandum refrigerandumq; eſt. Oculorũ medicamentis ante alias utiles. Laudantur in eos uſus paſtilli, ab alijs torrentur, ab alijs capilli tinguntur. Sanant ignem ſacrum, ulcera quæ ſerpunt, & humida uitia corporis, collectiones, articulos contuſos, perniones, pterygia. Abundantiam menſium fœminis ſiſtunt, uuluamq; & ſedẽ procidentes. Item oculos, oris uitia & genitalium.

De uulgari ſpina & ſyluestri, & de eryſiſceptro, & de appendice ſpina, & pyxacantho, & paliuro, aquifolia, & taxo, & rubis medicinæ. Caput .XIII.

VVlgaris quoq; hæc ſpina, ex qua cortinæ fulloniæ īplentur. Radicis uſus habetur. Per Hiſpanias q̄dem multi, & inter odores, & ad unguēta utuntur illa, aſphaltū uocantes. Eſt ſine dubio hoc nomine ſpina ſylueſtris in oriente (ut diximus) candida, magnitudine arboris iuſtæ. Sed & frutex humilior atque ſpinoſus in Niſyro & Rhodiorum inſulis, quā alij eryſiſceptrum, alij adipſatheon, ſiue dipſacon, ✠ Dioſco. dia xylon. ſiue ✠ diacheron uocāt. Optimus q minime ferulaceus, rubens, & in purpuram uergens, detracto cortice, naſcitur pluribus locis, ſed non ubique odoratus. Quam uim haberet cæleſti arquu in eum innixo, diximus. Sanat tetra oris ulcera & ozenas, genitalia exulcerata aut carbunculantia, item rhagadia, inflationes potu. Diſcutit & ſtranguriās cortex. Sanguinem reddentibus medetur decoctum eius. Aluum ſiſtit cortex. Similia præſtare quoque ſylueſtrem pu tant. Spina eſt appendix appellata, quoniā baccæ puniceo colore in ea appendices uocantur. Hæ crudæ p ſe, & aridæ in uino decoctæ, aluum citam, ac tormina compeſcunt. Pyxacanthi baccæ contra ſerpentium ictus bibuntur. * Paliurus quoq; ſpinæ genus eſt. Semen eius Afri zuram uocant, contra ſcorpiones ef-

* Quas medicinas paliuro hic Plinius, eaſ dē ferè Dioſc. oxycantho tribuit, ut ī ſuo co rol. Barbarus refert.

efficaciſſimum: Item calculoſis & tuſſi. Folia aſtrictoriam uim habent. Radix diſcutit panos, collectiones, uomicas: Vrinas trahit pota. Decoctum eius potum in uino aluum ſiſtit. Serpẽtibus aducrſatur. Radix præcipue datur in uino. Alioquin folia cõtuſa addito ſale, articulorum morbis imponũt. Proſunt baccæ purgationi fœminarum, cœliacis, dyſentericis, ac colericis. In uino potæ aluum ſiſtunt. Radix decocta & illita, extrahit infixa corpori. Vtiliſſima eſt & luxatis, tumoribusq́;. Aquifolia arbor in domo aut uilla ſata, ueneficia arcet. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit. Itemq́; baculũ ex ea factum, in quoduis animal emiſſum, etiamſi citrà ceciderit defectu mittentis, ipſum per ſeſe recubitu propius adlabi, tam præcipuam naturam ineſſe arbori.

Taxi arboris fumus mures necat. Nec rubos ad maleficia tantũ genuit natura, ideoq́; ex eis mora uel hominibus cibos dedit. Vim habẽt ſiccandi, aſtringendiq́;, gingiuis, tonſillis genitalibus accommodatiſſimi. Aduerſantur ſerpẽtium ſceleratiſſimis hæmorrhoidi & preſteri flos aut mora. Scorpionũ uulnera ſine collectionum periculo iungunt. Vrinã ciunt. Caules eorum tonduntur teneri, exprimiturq́; ſuccus, mox ſole cogitur in craſſitudinẽ mellis, ſingulari remedio contra mala oris oculorumq́;, ſanguinem excreantes, anginas, uuluas, ſedes, cœliacos potus aut illitus. Oris quidem uitijs, etiam folia cõman

ducata ꝓſunt, et ulceribus manãtibus, aut qbuſcũq; in capite illinũtur, cardiacis, uel ſic p ſe ĩponuntur à mamma ſiniſtra. Itẽ ſtomachi doloribus, oculiſq; ꝑcidẽtibus. Inſtillatur ſuccus eorũ et auribus. Sanat cõdylomata cũ roſaceo cerato. Calculorũmue ex uino decoctũ, uel præſentaneũ remediũ eſt. Itẽ p ſe ĩ cibo ſumpti cymæ modo, aut decocti in uino auſtero, labãtes dentes firmãt. Aluũ ſiſtunt & ꝓfluuia ſanguinis, dyſentericis ꝓſunt. Siccantur in umbra, ut cinis crematorũ uuã reprimat. Folia quoq; arefacta et cõtuſa, iumentorũ ulceribus utilia traduntur. Mora quæ in his naſcũtur, uel efficaciorẽ ſtomaticen præbere q̃ ſatiua morus. Eademq; cõpoſitione, uel cum hypociſtide tantum & melle bibuntur in cholera, & à cardiacis, & contra araneos. Inter medicamenta quæ ſtiptica uocant, nihil efficacius rubi mora ferẽtis radice, decocta in uino ad tertias partes, ut colluantur eo oris ulcera, et ſedis foueantur: tantáque uis eſt, ut ſpongiæ ipſæ lapideſcant. Alterum genus rubi eſt in quo roſa naſcitur. Gignit pilulã caſtaneæ ſimilem, præcipuo remedio calculoſis. Alia eſt cynorhoda, quam proximo dicemus uolumine.

De cynoſbato, & Idæo rubo, & rhamno, & lycio, & ſarcocolla, et de oporice medicina.

Caput .XIIII.

CYnoſbaton, quã alij cynoſpaſton, alij neuroſpaſton uocant, foliũ habet ueſtigio hominis ſimi-

ſimile. Fert et uuã nigrã, ĩ cuius acino neruũ habet, unde neruuſpaſſus dicitur. ✱ Alia eſt à cappari, quã medici cynoſbaton appellauerunt. Huius thyrſus ad remedia ſplenis & inflationes cõditus ex aceto man ditur. Neruus eius cũ maſtiche Chia cõmanducatus os purgat. Ruborũ roſa alopecias cum axungia emẽ dat. Mora capillũ tingũt cum omphacino oleo. Flos mori per meſſes colligitur. Cãdidus pleureticis præ cipuus ex uino potus, item cœliacis. Radix ad terti- as decocta aluum ſiſtit & ſanguinẽ: Item dentes col lutos decocto. Eodem ſucco fouentur ſedis atque ge- nitalium ulcera. Cinis è radice deprimit uuam. Idæ us rubus appellatus eſt, quoniam in Ida non aliàs na ſcitur. Eſt autem tenerior ac minor, rarioribus cala mis innocentioribusq́;, ſub arborum umbra naſcens. Huius flos cum melle epiphoris illinitur & ignibus ſacris, ſtomaticisq́; ex aqua bibendus datur. Cæte- ra eadẽ præſtat quæ ſupradicta. Inter genera rubo rum rhamnos appellatur à græcis candidior & fru ticoſior. Is floret ramos ſpargẽs rectis aculeis, nõ ut cæteri aduncis, folijs maioribus. Alterum genus eius ſylueſtre nigrius & quadãtenus rubens. Fert ueluti folliculos. Huius radice decocta in aqua fit medica- mentum, quod uocatur lyciũ. Semẽ ſecundas trahit. Alterq́; ille cãdidior aſtringit magis, refrigerat, col lectionibus & uulneribus accommodatior. Folia ue ro utriuſq; & cruda & decocta illinũtur cum oleo.

✱ Alia eſt cap- pari ſimilis.

Lycium præſtantius è ſpina fieri tradunt, quam & pyxacanthō chironiam uocant, quales in Indicis arboribus diximus, quoniam longe præſtantiſsimum exiſtimatur Indicum. Coquuntur in aqua tuſi rami, radiceſq; ſummæ amaritudinis, æreo uaſe ferè per triduum, iterumq; exempto ligno, donec mellis craſſitudo fiat. Adulteratur amaris ſuccis, etiam amurca ac felle bubulo. Spuma eius ac flos quidem, oculorum medicamentis additur. Reliquo ſucco faciē purgat, & pſoras ſanat, eroſos angulos oculorum, ueteresq; fluxiones, aures purulentas, tōſillas, gingiuas, tuſsim, ſanguinis excreationes, fabæ magnitudine deuoratum. Aut ſi ex ulceribus fluat, illitū rhagadas, genitalium ulcera, attritus, ulcera recentia, & ſerpentia, ac putreſcentia. In naribus clauos, ſuppurationes. Bibitur & à mulieribus in lacte contra profluuia. Indici differentia, glebis extrinſecus nigris, intus ruffis: cum fregeris, cito nigreſcētibus. Aſtringit uehementer cum amaritudine. Ad eadem oīa utilis eſt, ſed precipue ad genitalia. Sunt qui & ſarcocollā & ſpinæ lachrymā putent pollini thuris ſimilem, cum quadam acrimonia dulcem. Cum uino tuſa ſiſtit fluxiones. Illinitur infantibus. Vetuſtate et hæc maxime nigreſcit. Melior, quo candidior. Vnū etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum, quod oporicen uocant. Fit ad dyſentericos ſtomachiq; uitia, in congio muſti albi, lento uapore

deco-

decoctis malis cotoneis quinque cum ſuis ſeminibus, punicis totidem, ſorborum ſextario, & pari menſura eius quod rhus Syriacon uocant, croci ſemuncia. Coquitur uſque ad craßitudinem mellis. His ſubnectemus ea, quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, an'ne arborum eſſent.

De chamædrye, & chamædaphne, & chamala, & chamæſyce, & chamæciſſo, & chamæleuce, & chamæcypariſſo, & ampelopraſo, & ſtachye, & clinopodio, & centunculo, & clematide Aegyptia medicinæ. Caput .XV.

CHamædrys herba eſt, quæ latine triſſago dicitur. Aliqui eam chamædropem, alij teucrion appellauere. Folia habet magnitudine mentæ, colore & diuiſura quercus. Alij ſerratã, & ab ea ſerrã inuentã eſſe dixere, flore penè purpureo. Carpitur prægnãs ſucco. In petroſis aduerſus ſerpentium uenena potu illituq; efficacißima. Item ſtomacho, tußi uetuſtæ, pituitæ in gula cohæreſcenti, ruptis, conuulſis, lateris doloribus. Lienem conſumit, urinam & menſes cit. Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus ſcopis eius in tribus heminis aquæ decoctis uſq; ad tertias. Faciũt et ex ea paſtillos, terẽtes eam ex aqua ſupradicta. Sanat & uomicas, & uetera ulcera, uel ſordida cũ melle. Fit & uinũ ex ea pectoris uitijs. Foliorũ ſuccus cum oleo caliginẽ oculorũ

 diſcu-

diſcutit. Ad ſplenem ex aceto ſumitur. Excalfacit p̄ unctione. Chamædaphne unico ramulo eſt cubitali ferè, folio tenui, lauri ſimilitudine. Semẽ rubens admixtũ folijs illinitur capitis doloribus recens. Ardores refrigerat. Ad tormina cũ uino bibitur. Menſes ſuccus eius & urinam cit potu, partusq; difficiles in lana appoſitus. Chamælea ſimilitudinem foliorum oleæ habet. Sunt autem ei amara, odorata, in petroſis naſcens, palmi altitudinem non excedens. Aluum purgat. Detrahit pituitam bilemq;, folijs in duabus partibus abſinthij decoctis, ſuccoq; eo cũ melle poto. Folijs impoſitis & ulcera purgantur. Aiunt, ſi qs ante ſolis ortũ eam capiat, dicatq; ad albugines oculorũ ſe capere, adalligata diſcuti id uitiũ. Quoquomodo collectam iumentorũ pecorumq; oculis ſalutarem eſſe. Chamæſyce lentis folia habet, nihil ſe attollentia, in aridis petroſisq; naſcens. Claritati oculorum, & contra ſuffuſiones utiliſſima, & cicatrices, caligines, nubeculas in uino cocta, inuncta. Uuluæ dolores ſedat appoſita in linteolo. Tollit et uerrucas oĩm generũ illita. Prodeſt & orthopnoicis. Chamæciſſos ſpicata eſt tritici mõ, ramulis qnis ferè folioſa, cũ floret exiſtimari poteſt alba uiola, radice tenui, cuius bibũt iſchiadici folia tribus obolis, ĩ uini cyathis duobus. VII. diebus admodum amara potione. Chamæleucẽ apud nos farranũ ſiue farfugiũ uocãt. Naſcitur ſecus fluuios, folio populi, ſed ampliore. Radix eius

dix eius imponitur carbonibus cupreßi, atq; is nidor per infundibulum imbibitur in uetere tuſſi. Chamæpeuce laricis folijs ſimilis, lumborũ & ſpinæ doloribus ꝓpicia eſt. Chamæcyperiſſos herba ex uino pota contra uenena ſerpentiũ omniũ ſcorpionũq; pollet. Ampelopraſon in uinetis naſcitur, folijs porri, ructu grauis. Contra ſerpentiũ ictus efficax. Vrinã & menſes cit, eruptiones ſanguinis per genitale inhibet potum impoſitumq;. Datur & à partu mulieribus, & cõtra canis morſum. Ea quoq; quæ ſtachys uocatur, porri ſimilitudinem habet, longioribus folijs pluribusq;, & odoris iucũdi, colorisq; in luteum inclinati. Pellit mẽſtrua. Clinopodiõ, quod alij cleonicion, alij zopyron, alij ocymoides appellant, ſerpyllo ſimilem, ſurculoſam, palmi altitudine. Naſcitur in petroſis, orbiculato florum ambitu, ſpeciem lecti pedũ præbens. Bibitur ad cõuulſa, rupta, ſtrangurias, ſerpentiũ ictus. Item decoctæ ſuccus. Nunc ſubtexemus herbas mirabiles quidem, ſed minus claras, nobilibus in ſequentia uolumina dilatis. Itali centunculum uocant roſtratis folijs, ad ſimilitudinem capitis penularum iacentem in aruis, græci autem clematidem. Eſt eius egregius effectus ad ſiſtendam aluum in uino auſtero. Idem ſanguinem ſiſtit tritus cum oxymelite, aut aquæ calidæ cyathis quinq; denarij unius pondere. Sic & ad ſecundas mulierum efficax. Sed græci clematidas & alias habent, unã

Marubij ex Dioſ. ϛάχυς, inqt, τάμρος ἐϛὶν ἐμφερὴς πρασίῳ, hoc eſt marubio. Plini. fortaßis πράσῳ legit, hoc eſt, porro ſimilis.

quam aliqui

quam aliqui echiten uocant, alij laginem, nonnulli te nuem ſcamoniã *: & pedales, folioſos, non diſſimiles ſcamoneæ ramos habet, niſi quod nigriora minoraq; ſunt folia. Inuenitur in uineis aruiſque. Eſtur ut olus cum oleo & ſale. Aluum cit. Eadem à dyſentericis cũ lini ſemine in uino auſtero ſorbetur. Folia epiphoris imponuntur cum polenta, ſuppoſito udo linteolo. Strumas impoſita ad ſuppurationẽ perducũt, deinde axungia adiecta percurant. Item hæmorrhoidas cũ oleo uiridi. Phthiſicos iuuant cum melle. Lactis quoq; hubertatem faciunt in cibis ſumpta. Et infantibus illita capillum alunt. Ex aceto dentiũ dolores ſedant, uenerem ſtimulant. Eſt & alia clematis Aegyptia cognomĩe, quæ ab alijs daphnoides, ab alijs polygonoides uocatur, folio lauri, longa tenuiſq;, aduerſus ſerpentes, ac priuatim aſpides ex aceto pota efficax. Aegyptus hanc maxime gignit.

Niſi, &, p qa accipiatur: quia, eius loco reponẽdũ eſt: ut legatur, qa pedales &c.

De aro, et dracunculo, & dracontio, & ari, & millefolio, & herba eiuſdem nominis, & pſeudobunio, & myrrhi, & onobrychi medicinæ.

Caput .XVI.

Est & aron, de qua inter bulbos diximus, magnæ cũ dracontio litis. Quidã enim eſſe dixerunt eandẽ. Glaucias ſatu diſcreuit, dracontiũ ſylueſtrem arũ ꝓnunciando. Aliqui radicẽ aron appellauerunt, caulem uero dracontiũ, in totũ aliũ: Si modo hic eſt, qui uocatur apud nos dracunculus. Nanque

tros radicem nigram in latitudinem rotundam habet,multo quoq; maiorẽ,& qua manus impleatur. Dracunculus ſubrutilã,& draconis cõuoluti modo, unde ei & nomẽn. Quin & ipſi Græci immẽſam po ſuere differentiam,ſemen dracunculi feruens mordaxq́; tradendo:tantumq́; ineſſe ei uirus,ut olfactũ grauidis abortũ inferat. Aron miris laudibus extu lere,primũ in cibis fœminarũ præferẽtes, quoniam mas dulcior eſſet,& in coquendo lentior,pectoriſq́; uitia purgaret:aridũ. in potione inſperſum aut ecli In exemplari.
gmate,urinam & menſes cieret. Sic & in oxymeli- impreſſis paſ
te potum ſtomacho,interaneis exulceratis ex lacte ſim legitur im
ouillo bibendum,ad tuſſim in cinere coctum ex oleo poſitione.
dedere. Alij coxere in lacte,ut decoctum biberetur. Epiphoris elixum impoſuere. Item ſugillatis,tonſillis. Ex oleo hæmorrhoidum uitio infudere, lentigines ex melle illinentes. Laudauit Cleophantus & pro antidoto contra uenena,pleureticis, peripneumonicis quoq; & tuſſientibus. Semen intritum cum oleo aut roſaceo infundens aurium dolori Dieuces. Cleophantus tußiẽtibus aut ſuſpirioſis & orthopnoicis & purulenta excreantibus,farina permixtũ in pane cocto dedit. Diodotus phthiſicis è melle ecligmate,& pulmonis uitijs,oßibus etiã fractis impoſuit. Partus oĩm animalium extrahit,naturæ circũlitum. Succus radicis cum melle Attico, oculorũ caligines, ac ſtomachi uitia diſcutit, tuſſim decoctis cum melle.

cum melle. Vlcera omnium generum, ſiue phagedænæ ſint, ſiue carcinomata, ſiue ſerpant, ſiue polypi in naribus, ſuccus mire ſanat. Folia ambuſtis pſunt ex uino & oleo cocta. Aluum inaniunt ex ſale & aceto ſumpta. Etiam luxatis cocta cũ melle pſunt. Item articulis podagricis cũ ſale, recentia uel ſicca. Hippocrates quaſlibet ad collectiões cũ melle impoſuit, ad menſes trahendos feminis uel radicis drachmæ duæ in uini cyathis duobus ſufficiunt. Eadẽ potio ſi à partu non purgantur, & ſecundas trahit. Hippocrates & radicem ipſam appoſuit. Dicunt & in peſtilentia ſalutarem eſſe in cibis. Ebrietatem diſcutit. Serpentes nidore cum crematur, priuatimq; aſpides fugat, aut inebriat, ita ut torpentes inueniantur. Perunctos quoque aro ut laureo oleo fugiunt. Ideo & contra ictus dari potu in uino nigro putant utile. In folijs ari caſeus optime ſeruari traditur. Dracunculus quẽ dixi hordeo matureſcente effoditur luna creſcente. Omnino habentẽ ſerpẽtes fugiunt. Ideo percuſsis pdeſſe in potu aiunt maiorẽ: ut & menſes, ſi ferro non attingatur, ſiſtat. Succus eius et auriũ dolori pdeſt. Id aũt quod græci dracontion uocãt, triplici effigie mihi demonſtratũ eſt, folijs betæ nõ ſine thyrſo, flore purpureo. Hoc eſt ſimile aro. Alij radice longa ueluti ſignata articuloſaq; mõſtrauere tribus oĩno cauliculis, folia eius ex aceto decoqui contra ſerpentiũ ictus iubentes. Tertia demõſtratio fuit folio maiore

A quibuſdã legitur: Areo ut laureo oleo fugiunt.

q̃ cornus

ß cornus,radice harundinea,totidẽ ut affirmabant geniculata nodis,quot haberet annos,totidemq́ eſſe folia.Hi ea ex uino uel aqua cõtra ſerpẽtes dabant. Eſt & aris quæ in eadem Aegypto naſcitur ſilis aro, minor tantũ minoribusq́ folijs,& utiq́ radice,quæ tamen oliuæ grandis magnitudinẽ implet.Alba geminum caulem,altera unũ tantũ emittens.Medetur utraq́ ulceribus manantibus.Item cõbuſtis ac fiſtulis.Collyrio immixta & nomas ſiſtunt,decoctarum in aqua, & poſtea tritarũ roſaceo addito.Sed unum miraculum ingens,contracto genitali cuiuſq́ fœmini ſexus aĩal in perniciem agi.Myriophyllon quod noſtri millefolium uocant caulis eſt tener,ſimilis fœniculo plurimis folijs,unde & nomen accepit. Naſcitur in paluſtribus,magnifici uſus ad uulnera. Cũ aceto bibitur ad difficultates urinæ & ueſicæ, & ſuſpiria,præcipitatisq́ ex alto.Efficaciſſima eadẽ ad dentium dolores. Hetruria hoc nomine appellat herbam in pratis tenuem,à lateribus capillamenti modo folioſam, eximij uſus ad uulnera: boum neruos abſciſſos uomere ſolidari ea, rurſúsque iungi addita axungia affirmans.Pſeudobunion napi folia habet,fruticans palmi altitudine. Laudatiſſima in Creta.Contra tormina atque ſtranguriam,laterum præcordiorúmq́ dolores bibuntur rami eius quini ſeniue. Myrrhis quam alij ſmyrrhizam,alij myrrham uocãt,ſimillima eſt cicutæ,caule folijsq́

Aris loco,Hermo. uult potius ariſaros,ſiue ariſaron legendum.

& flore minor tantũ et exilior, cibo nõ inſuauis. Cit mẽſtrua et partus cũ uino. Aiũt quoq; eandẽ potã in peſtilentia ſalutarẽ eſſe. Subuenit et phthiſicis in ſorbitione. Auiditatẽ cibi facit. Phalangiorũ morſus reſtringit. Vlcera quoq; in facie aut capite ſuccus eius in aqua triduo maceratæ ſanat. Onobrychis folia habet lẽtis lõgiora paulo, florẽ rubentẽ, radicẽ exiguã & gracilem. Naſcitur circa fontes. Siccata in farinæ modũ et ĩſparſa uino albo, ſtrãgurias finit. Aluũ ſiſtit. Succus eius perunctis cũ oleo ſudores mouet.

De coriaceſia, & callicia, & menaide, & alijs .XXIII. & medicinis earum, quas quidam magicas eſſe dicunt, & de conſidia, & de aproxi, et recidiuis amorum. Caput .XVII.

IN promiſſo herbarum mirabilium, occurrit aliqua dicere & de magicis. Quæ enim mirabiliores ſunt? Primi eas in noſtro orbe celebrauere Pythagoras atq; Democritus, conſectati magos. Coriaceſia & callicia Pythagoras aquam glaciari tradit, & quarum mentionem apud alios non reperio, nec apud eum alia de his. Idem menaidẽ appellat, & nomine alio corinthadem, cuius decocto in aqua ſucco, protinus ſanari ictus ſerpentium ſi foueantur, dicit. Eundemq; effuſum in herba qui ueſtigio contigerint, aut forte reſperſi fuerint, inſanabiles perire, monſtrifica prorſus natura ueneni, preterq̃ contra uenena. Ab eodem Pythagora aproxis appellatur her

latur herba, cuius radix è longinquo cõcipiat ignes ut naphtha, de qua in terræ miraculis diximus. Idẽ *tradit: Si qui morbi humano corpori acciderint florẽte aproxi, quamuis ſanatos, admonitionem eorum ſentire quotiens florere eam contigerit: & frumentum, & cicutam, & uiolam ſimilem conditionẽ habere.* Nec me fallit hoc uolumẽ eius à quibuſdã Clemporo medico aſcribi. Pythagoræ uero eſſe, pertinax fama antiquitasq; uendicant. Et idipſum autoritatẽ uolumĩbus affert, ſi quis alius curæ ſuæ opus, illo uiro dignũ iudicauerit: quod feciſſe ſcimus Clemporum, cum et alia ſuo ex nomĩe ederet, quis crederet? Democriti certe chirocineta eſſe conſtat. At in his ille poſt Pythagoram magorum ſtudioſiſſimus, quanto portentoſiora tradit? Aglaophotin herbã, quæ admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomẽ, in marmoribus Arabiæ naſcentem Perſico latere. Qua de cauſa & marmaritiden uocari. Magos utiq; ea uti, cum uelĩt deos euocare. Achemenidon, colore eſt electri, ſine folio, naſcẽs in tardaſtilis Indiæ, cuius radix in paſtillos digeſta, in dieq; pota in uino, noxij per cruciatus nocte confiteantur omnia per uarias numinum imaginationes. Eandem hippophoruadem appellat, quoniam equæ præcipue caueant eam. Theombrotion. XXX. ſchœnis à Choaſpe naſci, pauonis picturis ſimilem, odore eximio. Hanc autem à regibus Perſarum comedi aut

*medi aut bibi contra omnia corporum incommoda, inſtabiltatemq́; mentis: eandem denuque ſemniona, potẽtiæ maieſtate appellari. Aliam deinde adamantidẽ, Armeniæ Cappadociæq́; alumnã. Hac admota, leones reſupinari cũ hiatu laxo. Nōis cauſam eſſe, q̃ cōteri nequeat. Arianidẽ in Arianis gigni igneam colore, colligi cum ſol in leone ſit. Huius tactu perunctа oleo ligna, accẽdi. Therionarca in Cappodocia & Myſia naſcente, oẽs feras torpeſcere, nec niſi hyenæ urinæ aſpſu recreari. Aethiopida in Meroẽ naſci. Ob id & meroiden appellari, folio lactucæ, hydropicis utiliſſimã ẽ mulſo potam. Ophiuſam ĩ * Elephãtine eiuſdẽ Aethiopiæ, liuidam, difficilẽq́; aſpectu: qua pota terrorem minasq́; ſerpentiũ obuerſari, ita ut mortẽ ſibi eo metu cōſciſcant, ob id cogi ſacrilegos illã bibere. Aduerſari autem ei palmeũ uinum. Thalaſſeglen circa Indum amnẽ inueniri, quæ ob id nōie alio potamautis appellatur. Hac pota lymphari hōies, obuerſantibus miraculis. Theangelida in Libano Syriæ, Dictæo Cretæ montibus, & Babylone, & Suſis Perſidis naſci, qua pota magi diuinent. Gelotophyllida in Bactris, & circa Boryſthenẽ. Hæc ſi bibatur cum myrrha & uino, uarias obuerſari ſpecies, ridendiq́; finẽ non fieri, ni potis nucleis pineæ nucis cum pipere & melle in uino palmeo. Syßitieterida à cōuictu in Perſide nōiari, quoniã hilarentur illa; Eadẽ proto-*

* Legendũ for taſſis, in Elephãtide, q̃d in ſulæ nomen eſt Plinio & Ptolemæo.

media, qua primatum apud reges obtineant. Ca ſigneten, quoniã ſecum ipſa naſcatur, nec cum ullis alijs herbis. Eandem dionyſionymphadem, quoniam uino mire cõueniat. Heliathen uocãt in Themiſcy ra regiõe et Ciliciæ mõtibus maritimis, folio myrti. Hac cũ adipe leonĩo decocta, addito croco et palmeo uino, pungi magos & Perſarũ reges, ut fiat corpus aſpectu iucundũ. Ideo eandẽ heliocallidẽ nominari.

Hermeſias ab eodẽ uocatur, ad liberos generandos pulchros bonosq́; non herba, ſed cõpoſitio è nu cleis pineæ nucis tritis cũ melle, myrrha, croco, uino palmeo, poſteà admixto theombrotio & lacte, bibe re generaturos iubet, & à conceptu puerperas par tum nutrientes, ita fieri excellẽtes animo & forma, atq; bonos. Harum omnium magica quoque uocabu la ponit. Adiecit his Apollodorus aſſectator eius her bam eſchynomenem, quoniam appropinquante manu folia cõtraheret. Aliã crocidem, cuius tactu pha langia morerentur. Crateias œnotheridẽ, cuius aſp ſu è uino, feritas omnium aĩalium mitigaretur. Ana campterotẽ celeber arte grãmatica paulo antè, cuius oĩno tactu redirent amores uel cũ odio depoſiti. Et abunde ſit hactenus attigiſſe inſignia magorum in his herbis, alio de his aptiore dicturus loco.

De *eriphia, & lanaria, & ſtratioti medicinæ.*
Caput .XVIII.

E*Riphiam multi prodidere. Scarabeum hæc in*

ſſ auena

Habend. auena habet, ſurſum deorſum decurrētē cū ſono hœdi, unde & nomē accepit. Hac ad uocē nihil præſtātius eſſe tradunt. Herba lanaria ouibus ieiunis data, lactis abundantiā facit. Aeq; nota lactoris uulgo eſt, plena lactis, quod deguſtatum uomitiones concitat. Eandem hanc aliqui eſſe dicunt, & alij ſimilem illi, quam militarem uocant: quoniam uulnus ferro factum, nullum nō intra dies quinque ſanat, ex oleo impoſita. Celebratur autem à Græcis ſtratiotes. Eſt ea in Aegypto tantū, & inundatione Nili naſcitur, aizoo ſimilis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mire, & uulnera ſanat ex aceto illita. Item ignes ſacros, ac ſuppurationes. Sanguinem quoq; qui defluit à renibus, pota cnm thure maſculo mirifice ſiſtit.

De herba quæ naſcitur in capite ſtatuæ, et de herba è fluminibus, & herba lingua, & cribro, & fimetis, & rhodora, & impia, et Veneris pectine, & nodia, & philanthropo, & canaria lappa, & tordile, & de gramine, et dactylo, & fœnogræco medicinæ.

Caput .XIX.

Herba in capite ſtatuæ nata, collectaq; alicuius in ueſtis panno, & alligata in lino ruffo, capitis dolorē cōfeſtim ſedare traditur. Herba quæcunq; à riuis aut fluminibus ante ſolis ortū collecta, ita, ut nemo colligentem uideat, contra tertianas adalligata læuo brachio, ita ut æger quid ſit illud ignoret,

ret,tertianas arcere traditur. Lingua herba naſcitur circa fontes. Radix eius combuſta & trita cum adipe ſuis, adijciunt ut nigra ſit & ſterilis, alopecias emendat ungentium in ſole. Cribro in limite abiecto, herbæ intus extãtes decerptæ, adalligatæq; grauidis, partus accelerant. Herba quæ gignitur ſupra fimeta ruris, contra anginas efficaciſſime pollet ex aqua pota. Herba iuxta quam canes urinam fundũt euulſa ne ferro attingatur, luxatis celerrime medetur. Rombotinum arborem demõſtrauimus inter arbuſta. Iuxta hanc uiduam uite naſcitur herba, quam Galli rhodoram uocant, caulem habet uirgæ ficulneæ modo geniculatam, folia urticæ in medio exalbida, eadem procedente tpe tota rubentia, florem argenteum, præcipua contra tumores feruoresq; & collectiones. Cum axũgia uero ueteri tuſa, ita ut ferro non attingatur, qui perunctus eſt, ſi deſpuat ad ſuã dexteram ter, efficacius remedium eſſe aiunt, ſi tres quoq; trium nationum homines perungant dextrorſus. Herba impia uocatur incana, roriſmarini aſpectu, thyrſi modo ueſtita atq; capitata. Inde alij ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes, ob id impiam appellauere, quoniam liberi ſuper parentem excellant. Alij potius ita appellatã, quod nullum animal eam attingat, exiſtimauere. Hæc inter duos lapides trita feruet, præcipuo aduerſus anginas ſucco, lacte et uino admixto: mirũq; traditur: nunq̃ ab eo morbo

*tentari qui guſtauerint. Itaq; & ſuibus dari: quæq; medicamentũ id noluerint haurire, eo morbo interire. Sunt qui & in auiũ nidis inſeri aliquid ex ea putent, atq; ita non ſtrangulari pullos auidius deuorantes. Veneris pectinẽ appellant à ſimilitudine pectinum. Cuius radix cum malua tuſa oĩa corpori infixa extrahit. Veternoſa curat, quæ exedũ uocatur. Nodia herba coriariorum officinis nota, ea mularis dicitur, alijsq; noĩbus. Nomas curat, efficaciſſimãq; aduerſus ſcorpiones eſſe potã in uino aut poſca reperio. Philanthropon herbã Græci appellãt hirſutam, quoniam ueſtibus adhæreſcat. Ex hac corona impoſita capitis dolores ſedantur. Nam quæ canaria appellatur lappa, cũ plãtagine & millefolio trita ex uino carcinomata ſanat, ternis diebus ſoluta. Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro, & addita in colluuiem poturis, uel ex lacte & uino. Quidam adijciunt & fodientem dicere oportere: Hæc eſt herba argemon, quam Minerua repperit ſuibus his remediũ, qui de illa guſtauerint. Tordilen alij ſemẽ *ſilis eſſe dixerunt, alij herbam per ſe, quam & ſyreon uocauerunt. Neq; aliud de ea proditum inuenio q̃ in montibus naſci. Combuſtam potu ciere menſes, & pectoris excreationes, efficaciore etiamnum radice. Succo eius ternis obolis hauſto renes ſanari. Addi radicẽ eius & in malagmata. Gramen ipſum eſt inter herbas uulgatiſſimũ. Geniculatis ſerpit internodijs, crebroq;*

* Vel ſeſelis.

broq; ab his, & ex cacumine nouas radices ſpargit. Folia eius in reliquo orbe in exilitatem faſtigiātur. In Parnaſo tantum in ederacea ſpecie denſius q̃ uſq̃ fruticante, flore odorato candidoq;. Iumentis herba nō alia gratior, ſiue uiridis, ſiue ĩ fœno ſiccata. Tunditur aſperſa aqua. Succum quoq; eius in Parnaſo excipi tradūt ꝑpter hubertatē. Dulcis enim hic eſt. Inuicem eius in reliqua parte terrarum ſuccedit decoctum ad uulnera cōglutinanda, quod & ipſa herba tuſa præſtat. Tueturq;, & ab inflammationibus placat. Decocto adijcitur uinū ac mel: ab aliqbus et thuris, et piperis, myrrhæq; tertiæ portiones. Rurſusq; coquitur in æreo uaſe ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta in uino torminibus medetur & urinæ difficultatibus, ulceribus ueſicæ. Calculos frã git. Semen uehementius urinam impellit. Aluum uomitionesq; ſiſtit. Priuatim autem draconum morſibus auxiliatur. Sunt qui genicula nouē uel unius, uel è duabus tribúsue herbis, ad hunc articulorū numerum inuolui lana ſuccida nigra iubeant, ad remedia ſtrumæ panorúmue. Ieiunū debere eſſe qui colligat. Ita ire in domum abſentis cui medeatur, ſuperuenientiq; ter dicere, ieiuno ieiunū medicamētum dare, atq; ita adalligare, triduoq; id facere. Quod è graminum genere ſeptē internodia habet, efficaciſſime capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter ueſicæ cruciatus decoctum ex uino gramen ad dimi

dias è balneis bibi iubent. Sunt q & aculeatum gramen uocant trium generum: cum in cacumine aculei ſunt plurimum quini, dactylon uocant, hos conuolutos naribus inſerũt, extrahũtq; ſanguinis ciendi gratia. Altero quod eſt aizoo ſimile, ad paronychia & pterygia unguium: & cum caro unguibus excreuerit, utuntur cum axungia: ideo dactylon appellantes, quia digitis medeatur. Tertiũ genus dactyli, ſed tenuis, naſcitur in parietinis, aut tegulis. Huic cauſtica uis eſt. Siſtit ulcera quæ ſerpunt. Gramen capiti circũdatum, ſanguinis è naribus fluxiones ſiſtit. Camelos autem necare traditur in Babylonis regione, id quod iuxta uias naſcitur. Nec fœnogræco minor autoritas, quod telin uocant, alij carphos. Aliqui buceras, alij ægoceras, quoniam corniculis ſemen eſt ſi

Li. 18. c. 16. *mile, nos ſiliciã, qđ quomodo ſereretur ſuo loco diximus. Vis eius ſiccare, mollire, diſſoluere. Succus decocti fœminarum pluribus malis ſubuenit, ſiue duritia, ſiue tumor, ſiue contractio ſit uuluæ, fouentur, inſidunt: infuſum quoq; prodeſt. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctũ & impoſitũ medetur: Item ex aceto: Sic iocineri decoctum. Diocles difficile parientibus ſemen eius dedit acetabuli menſura tritum in nouem cyathis ſæpe ad tertias partes bibere, ut qui biberint in calida lauarẽtur. Et in balneo ſudãtibus dimidium ex relicto iterũ dedit, mox à balneo reliquum, pro ſummo auxilio. Farinam fœ*

nigræ

nigræci cum hordeo aut lini ſemine decoctam aqua mulſa, contra uuluæ cruciatus ſubiecit. Itémque impoſuit imo uentri. Lepras, lentigines, ſulphuris pari portione mixta farina curauit, nitro antè præparata cute, ſæpius die illinens, perungiq́; præcipiens. Theodorus fœnogræco miſcuit quartam partẽ purgati naſturtij acerrimo aceto ad lepras. Damion fœnigræci ſemen acetabuli dimidia mẽſura cum ſapæ & aquæ nouem cyathis, ad menſes ciendos dedit potu. Nec dubitatur quin decoctum eius utiliſſimum ſit uuluis interaneisq́; exulceratis, ſicuti ſemen articulis atq; præcordijs. Si uero cum malua decoquatur, poſtea addito mulſo potus ante cætera uuluis interaneisq́; laudatur. Quippe cum uapor quoque decocti plurimum proſit. Alarumq́; etiam graueolẽtiam decoctum fœnigræci ſemen emendat. Farina porrigines capitis furfuresq́; cũ uino & nitro celeriter tollit. In hydromelite autem decocta addita axũgia genitalibus medetur: Itẽ parotidi, podagræ, chiragræ, articulis, carnibusq́; quæ recedunt ab oſſibus. Aceto uero ſubacta luxatis. Illinitur & lieni decocta ĩ aceto & melle tantum. Carcinomata ſubacta ex uino purgat, mox addito melle perſanat. Sumitur et ſorbitio è farina ad pectus exulceratum, longamq́; tuſſim. Diu decoquitur, donec amaritudo deſinat. Poſtea mel additur. Nunc ipſa claritas herbarũ dicetur.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XXV.

PROOEMIVM.

Natura herbarum ſponte naſcentium. Ca. .I.

IPſa quæ nunc dicetur herbarum claritas, medicinæ tantũ gratia gignente eas tellure, in admirationẽ curæ priſcorum diligentiæq; animum agit. Nihil ergo intentatũ inexpertumq; illis fuit. Nihil deinde occultatũ, quod non ꝓdeſſe poſteris uellẽt. At nos elaborata ijs abſcondere atq; ſupprimere cupimus, & fraudare uitã etiam alienis bonis? Ita certe recõdunt qui pauca aliqua nouere, inuidentes alijs: et neminẽ docere, in autoritatem ſcientiæ eſt. Tantum ab excogitandis nouis, ac adiuuanda uita mores abſunt. Summũq; opus ingeniorũ diu in hoc fuit, ut intra unumquẽq; recta facta ueterũ perirent. At hercule ſinguľa quoſdã inuẽta deorũ nũero addidere, oĩmq; uitã clariorẽ fecere cognoĩbus herbarũ, tã benigne gratiã memoria referente. Non æque hæc cura eorum mira eſſet in his, quæ ſatu blandiuntur, aut cibo inuitant, ſed culmina quoq; montiũ inuia et ſolitudines abditas, omniſq; terræ fibras ſcrutati inuenere, quid quæq; radix polleret, ad quos uſus herbarum folia ꝑtinerent, etiam

quadru-

quadrupedũ pabulo intacta ad ſalutis uſus uertẽtes.

Qui latine uſus herbarum ſcripſerint, & quãdo ad Romanos notitia earũ peruenerit, & qui primi græcorũ de his compoſuerint, & de herbarũ inuentione, & antiqua medicina, & quare minus exerceantur earũ remedia, & de cynorhodo, et de dracunculo medicinæ Caput .II.

Minus hoc quàm par erat, noſtri celebrauere, omnium utilitatum & uirtutum rapaciſſimi. Primusq; & diu ſolus idem ille M. Cato, oĩm bonarũ artiũ magiſter, paucis dũtaxat attigit. Boum etiam medicamina non omiſſa. Poſt eum unus illuſtrium tentauit C. Valgius, eruditione ſpectatus, imperfecto uolumĩe ad diuũ Auguſtũ, inchoata etiã præfatione religioſa, ut oĩbus malis humanis illius potiſſimũ principis ſemp medicetur maieſtas. Antè cõdiderat ſolus apud nos, quod equidẽ inueni, Pompeius Lenæus, Magni Pompei libertus, quo primũ tẽpore hanc ſcientiã ad noſtros perueniſſe animaduerto. Nanq; Mithridates, maximus ſua ætate regum, quẽ debellauit Pompeius, oĩm ante ſe genitorũ diligentiſſimus, uitæ fuiſſe argumẽtis præterq̃ fama intelligitur. Vni ei excogitatũ, quotidie uenenum bibere, præſumptis remedijs, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret. Primo inuenta genera antidoti, ex q-bus unum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumant, ſanguinẽ anatũ ponticarum miſcere antidotis,

tidotis,quoniã ueneno uiuerent. Ad illum Aſclepia-
dis medendi arte clari,uolumina cõpoſita extant,cũ
ſollicitatus ex urbe Roma,præcepta ꝓ ſe mitteret.
Illum ſolum mortaliũ Mithridatẽ.XXII.linguis lo
cutum certũ eſt:nec de ſubiectis gentibus ullum ho-
minem per interpretẽ appellatũ ab eo annis.LVI.
quibus regnauit.Is ergo in reliqua ingenij magnitu
dine medicinæ peculiariter curioſus,ab hoĩbus ſubie
ctis,qui fuere pars magna terrarum,ſingula exqui-
rens,ſcriniũ commentationũ harũ & exemplaria,
effectusq; in arcanis ſuis reliquit.Põpeius aũt omnì
regia præda potitus,transferre ea ſermone noſtro
libertũ ſuũ Lenæum,grammaticæ artis doctiſſimũ,
iuſſit:uitæq; ita ꝓfuit non minus q̃ reipublicæ uicto-
ria illa.Præter hos græci autores medicinæ ꝓdide-
re,quos ſuis locis diximus.Ex his Euax rex Arabũ,
qui de ſimplicium effectibus ad Neronem ſcripſit:
Crateias,Dionyſius,Metrodorus ratione blandiſſi-
ma,ſed qua nihil penè aliud q̃ rei difficultas intelli-
gatur.Pinxere nanq; effigies herbarũ,atq; ſubſcri-
pſere effectus.Verum & pictura fallax eſt ex colo-
ribus tam numeroſis,præſertim in æmulatione natu
ræ:multumq; degenerat tranſcribentiũ ſors uaria.
Præterea parum eſt ſingulas earũ ætates pingi,cum
quadripartitis uarietatibus anni faciẽ mutẽt.Qua-
re cæteri ſermone eas tradidere. Aliq effigie quidẽ
indicata,& nudis quidem plerunq; noĩbus defuncti,
quoniam

quoniam ſatis uidebatur, poteſtates uimq; demonſtrare quærere uolentibus. Nec *eſt difficile cognitu.* Nobis *certe, exceptis admodum paucis, contigit reliquas contemplari ſcientia* Antonij Caſtoris, *cui ſumma autoritas erat in ea arte noſtro æuo, uiſendo hortulo eius in quo plurĩas alebat, centeſimũ ætatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria aut uigore concuſsis.* Nec *aliud mirata magis antiquitas reperietur.* Inuenta *iam pridem ratio eſt prænuncians horas, non modo dies ac noctes, ſolis lunæq; defectum.* Durat *tamen tradita perſuaſio in magna parte uulgi, ueneficijs et herbis id cogi: In eo nanq; fœminarum ſcientiam præualere.* Certe *quid nõ repleuere fabulis* Colchis Medea, *aliæq;, in primiſq;* Italica Circe, *dijs etiam adſcripta? unde arbitror natum, ut* Aeſchylus *è uetuſtiſſimis in poëtica re, refertam* Italiam *herbarum potentia proderet.* Multique Circeios *agros, ubi habitauit illa, in magno argumento etiamnum durante in* Marſis *à filio eius orta genere, quos eſſe domitores ſerpentium conſtat.* Homerus *quidem primus doctrinarum & antiquitatis parens, multus aliâs in admiratione* Circes, *gloriam herbarum* Aegypto *tribuit, tum etiam cum rigaretur* Aegyptus *illa, non autem eſſet, poſtea fluminis limo inuecta.* Herbas *certe* Aegyptias *à regis uxore traditas ſuæ* Helenæ *plurimas narrat, ac nobile illud*

*Home. odyſ. 4. τοῖα Διὸς θηγάτηρ ἔχε φάρμακα μητόεντα ἐσθλά, τά οἱ πολύδαμνα πόρε Θῶνος παράκοιτις αἰγυπτίη. τῇ πλεῖςα φέρει ζείδωρος ἄρουρα φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά.

Nepenthes

Nepenthes obliuionem triſtitiæ ueniamq́; afferens, & ab Helena utiq; oĩbus mortalibus propinãdum. Primus aũt omnium quos memoria nouit, Orpheus de his herbis curioſius aliqua ꝑdidit. Poſt eum Muſæus et Heſiodus polion herbam in quantum mirati ſunt, diximus. Orpheus & Heſiodus ſuffitiones commẽdauere. Homerus & aliâs nominatim herbas celebrat, quas ſuis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus ſapientia, primus uolumen de earũ effectu cõpoſuit: Apollini, Aeſculapioq́; & in totũ dijs immortalibus inuentione & origine aßignata: cõpoſuit et Democritus: ambo peragratis Perſidis, Arabiæ, Aethiopiæ, Aegyptiq́; magis. Adeoq́; ad hæc attonita antiquitas fuit, ut affirmaret etiã incredibilia dictu. Xanthus hiſtoriarũ autor, in prima earũ tradidit, occiſum draconis catulũ reuocatũ ad uitã à parente herba, quã balin noĩat, eademq́; Tillonem quẽ draco occiderat, reſtitutũ ſaluti. Et Iuba in Arabia herba reuocatũ ad uitam hoĩem tradit. Dixit Democritus, credidit Theophraſtus, eſſe herbã, cuius contactu illatæ ab alite, quam retulimus, exiliret cuneus à paſtoribus arbori adactus: Quæ etiã ſi fide carẽt, admirationẽ tamen implent: coguntq́; cõfiteri multum eſſe, quod uero ſuperſit: Inde & pleroſq́; uideo exiſtimare, nihil non herbarũ ui effici poſſe, ſed plurimarum uires eße incognitas: Quorũ numero fuit Herophilus clarus in medicina, à quo ferũt dictum,

quaſdam

quaſdam etiam fortaßis calcatas ꝓdeſſe. Obſeruatū certe eſt inflammari uulnera ac morbos ſuperuentu eorū, qui pedibus iter cōfecerint. Hæc erat antiqua medicina, quæ tota migrabat in Græciæ linguas. Sed quare nūc non plures noſcantur cauſæ? niſi quod eas agreſtes literarumq; ignari experiuntur, utpote qui ſoli inter illas uiuant. Præterea ſecuritas quærendi, obuia medicorū turba. Multis etiā inuentis noĩa deſunt, ſicut illi quā retulimus in frugū cura, ſcimusq́; defoſſam in angulis ſegetis præſtare, ne qua auis intret. Turpiſſima cauſa raritatis, q̄d etiā q ſciūt, demonſtrare nolūt, tanq̄ ipſis periturum ſit q̄d tradiderint alijs. Accedit ratio inuentionis anceps. Quippe etiā in reptis, alias inuenit caſus, alias (ut uere dixerim) deus. Inſanabilis ad hoſce annos fuit rabidi canis morſus, pauorem aquæ, potusq́; oĩs afferēs odiū. Nuper cuiuſdā militantis in prætorio mater uidit in qete, ut radicē ſylueſtris roſæ, quā cynorhodon uocant, eblanditam ſibi aſpectu pridie in fruteto, mitteret filio bibendam in lacte. In Luſitania res gerebatur, Hiſpaniæ ꝓxima parte: caſuq́; accidit, ut milite à morſu canis incipiēte aquas expaueſcere, ſupueniret epiſtola orantis, ut pareret religioni, ſeruatusq́; eſt ex inſperato: & poſtea quiſquis auxiliū ſile tentauit. Aliâs apđ autores cynorhodi una medicina erat, ſpongiolæ, quæ in medijs ſpinis eius naſcitur, cinere cū melle alopecias capitis expleri. In eadē ꝓuinciā

cognoui in

cognoui in agro hoſpitis nuper ibi repertũ dracunculum appellatũ caulem, pollicari craſſitudine, uerſicoloribus uiperarum maculis, quẽ ferebant contra omniũ morſus eſſe remediũ. Alius eſt quẽ nos in priori uolumine eiuſdem nominis diximus, ſed huic alia figura, aliudq; miraculum exeuntis è terra ad primas ſerpentium uernationes bipedali ferè altitudine, rurſusq; cum iiſdem in terram ſe condentis: nec omnino occultato eo apparet ſerpens, uel hoc per ſe ſatis officioſo naturæ munere, ſi tantum præmoneret, tempusq; formidinis demonſtraret.

De quodam peſtifero fonte Germaniæ, & de britannica, & maximis morborum doloribus.

Caput .III.

NEc beſtiarum ſolũ ad nocẽdum ſcelera ſunt, ſed interim aquarum quoque ac locorum. In Germania trans Rhenum caſtris à Germanico Cæſare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ, dulcis ſolus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesq; in genibus ſoluerentur. Stomacacen medici uocabant, & ſceletirben. Ei malo reperta auxilio eſt herba, quæ uocatur britannica, non neruis modo & oris malis ſalutaris, ſed contra anginas quoque & ſerpentes. Folia habet oblõga nigra, radicem nigram. Succus eius exprimitur & ex radice. Florem uibones uocant: qui collectus prius q̃ tonitrua audiantur, & deuoratus, ſecuros in totum reddit.

reddit: Friſij, qua caſtra erant, noſtris demonſtraue re illã. Miror quidem quæ nõis eſſet cauſa, niſi forte confini Oceano Britanniæ ueluti propinquæ dicaue re. Non enim inde appellatam eam, quoniam ibi plu rima naſceretur, certum eſt. Etiam tum Britannia li bera fuit quidem, & hic quondam ambitus nomini- nibus ſuis eas adoptandi, ut docebimus feciſſe reges, ut res tanta debeatur. Herbã inuenire, uitam iuua- re non fortaſſis crederet aliquis, cũ hæc noſtra friuo la quoq; exiſtimentur: adeo delicijs ſordẽt etiã quæ ad ſalutẽ pertinent. Autores tamen quarum inueniũ tur, in primis celebrare par eſt, effectu carũ digeſto in genera morborum. Qua quidem in reputatione miſereri ſortis humanæ ſubit, & præter fortuita ca- ſusq; & nõia quæ, oĩs hora excogitat ad milia mor borum ſingulis mortalibus timẽda. Qui grauiſſimi ex his ſint, diſcernere ſtultitia propè uideri poteſt, cũ ſuus cuiq; ad præſens quiſq; atrociſſimus uidea- tur. Et de hoc tamẽ iudicauere aui experimẽto, aſp- rimos cruciatus eſſe calculorum à ſtillicidio ueſicæ. Proximũ ſtomachi, tertiũ eorum qui in capite dole- ant. Non ob aliud ferè morte conſcita græcis, & no xias herbas demonſtratas miror equidem. Nec ue- nenorum tantum, quoniã ea conditio uitæ eſt, ut mo- ri plerunq; etiam optimi portus ſit, tradatq; Var- ro Seruium Clodium equitem Romanũ magnitudi- ne doloris in podagra coactum, ueneno crura per- unxiſſe,

unxiſſe, & poſtea caruiſſe ſenſu omni æque q̃ dolore in ea parte corporis. Sed quæ fuit uenia monſtrandi qua mentes ſoluerentur, partus eliderentur, multaq́; ſimilia? Ego nec abortiua dico, ac ne amatoria quidem memoro, Lucullum imperatorem clariſsimum amatorio periiſſe. Nec alia magica portẽta, niſi ubi cauenda ſunt aut coarguenda, in primis fide eorũ damnata. Satis operæ fuit abũdeq́; præſtitum uitæ, ſalutares dixiſſe, ac poſtea inuenta.

De moly, & dodecatheo, & pæonia, uel pentorobo, uel glycyſide, et panace, uel aſclepio, et heraclio, et panace chironio, et panace cẽtaureo, uel pharnaceo, & heraclio ſiderio, et hyoſcyamo, uel apollinari, ſiue altercãgeno.

Caput .IIII.

•Odyſſ. l. 10. ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί.

Laudatiſsima herbarum eſt, Homero teſte, quã uocari ab diis putat moly. Aſt inuentionẽ eius Mercurio aſſignat, cõtraq́; ſumma ueneficia demonſtrat. Naſci eam hodie circa Pheneũ, & in Cyllene Arcadiæ tradũt, ſpecie illa Homerica, radice rotunda nigraq́;, magnitudine cepæ, folio ſcillæ: effodi autem difficulter. Græci autores florẽ eius luteum pinxere, cum Homerus candidũ ſcripſerit. Inueni ẽ peritis herbarũ medicis, q et in Italia naſci eam dicerẽt, afferriq́; Campania mihi aliquot diebus effoſſam inter difficultates ſaxeas, radicis .XXX. pedes longæ, ac ne ſic quidẽ ſolidæ ſed abruptæ. Ab ea maxima au-

xima autoritas herbæ eſt, quã dodecatheon uocant, oĩm deorum maieſtatẽ cõmendantes. In aqua potam omnibus morbis mederi tradunt. Folia *eius ſeptẽ, la ctucis ſimillima, exeunt à lutea radice.* V*etuſtiſſi ma inuentu pæonia eſt, nomẽq; autoris retinet, quã quidam pentorobõ appellant, alij glycyſiden.* H*æc quoq; difficultas eſt, ꝙ eadem aliter alibi nuncupa tur.* N*aſcitur opacis montibus, caule inter folia digi torũ quatuor ferente in cacumine ueluti græcas nu- ces quatuor aut quinq;. Ineſt ijs ſemen copioſum, ru- brum nigrũq;.* H*æc medetur & Faunorũ in qete lu dibrijs.* P*ræcipiũt eruere noctu, quoniã ſi picus mar tius uideat, tuendo in oculos impetũ faciat.* P*ana ces ipſo noĩe oĩm morborum remedia ꝓmittit, nume roſum & dijs inuẽtoribus aſcriptũ.* V*nũ qppe aſcle pion cognoĩatur, quoniam is filiam* P*anaciã appella uit. Succus eius eſt coactus ferulæ, qualẽ diximus.* R*a dix eſt multi corticis & ſalſi.* H*ac euulſa ſcrobẽ re- pleri uario genere frugũ religio eſt, ac terræ piamẽ tum.* V*bi, quonam & fieret modo, et quale maxime probaretur, inter pegrina docuimus.* I*d quod è* M*a cedonia affertur bucolicõ uocant, armentarijs ſpon te erumpentẽ ſuccũ excipiẽtibus: hoc celerrime eua neſcit.* E*t ĩ alijs aũt generibus improbatur, maxime nigrũ ac molle.* I*d enĩ argumentũ eſt cera adultera- ti.* A*lterũ genus heraclion uocant, & ab* H*ercule in uentũ tradunt.* A*lij origanũ heracleoticũ ſylueſtre,*

quoniã eſt origano ſimile, radice inutili. De origano diximus. Tertium panaces chironeō cognoīatur, ab inuentore. Foliũ eius lapatho ſimile, maius tamẽ & hirſutius. Flos aureus, radix parua. Naſcitur pinguibus locis. Huius flos efficaciſſimus, eoq; amplius q̃ ſupradicta ꝑdeſt. Quartum genus panaces ab eodem Chirone repertum, centaurion cognoīatur. Sed & pharnaceon in controuerſia inuentionis à Pharnace rege deductũ. Seritur hoc longioribus q̃ cætera folijs, & ſerratis. Radix odorata in umbra ſiccatur, uinoq; gratiã adijcit. Huius genera duo fecere, alterum leuioris folij, alterũ tenuioris. Heraclion ſiderion & ipſum ab Hercule inuentũ eſt, caule tenui digitorũ quatuor altitudine, flore puniceo, folijs coriandri. Iuxta lacus & amnes inuenitur, oīaq; uulnera ferro illata efficaciſſime ſanat. Eſt Chironis inuentũ ampelos, quæ uocatur chironia, de qua diximus inter uites, ſicuti de herba cuius inuẽtio aſſignatur Mineruæ. Herculi quoq; eã aſcribũt, quæ apollinaris, apd' Arabas altercũ, ſiue altercangenũ, apđ græcos uero hyoſcyamus appellatur. Plura eius genera: Vnũ nigro ſemine, floribus penè purpureis, ſpinoſum. Talis naſcitur ĩ Galatia. Vulgare aũt candidius eſt et fruticoſius, altius papauere. Tertij ſemẽ irionis ſemĩe ſil'e, et oīa ĩſaniã gignẽtia, capitiſq; uertigies. Quartũ genus molle, lanuginoſum, piguius cæteris, candidi ſeminis, ĩ maritimis naſcẽs, hoc recepe

medici,

medici. Itē ruffi ſemis. Nōnunq̄ ante candidū ruffe ſcit, ſi nō ematuruit, ĩprobaturq́;. Et alioqn nullū ni ſi cū ĩaruerit, legitur. Natura uini, ideoq́; mentē ca putq́; infeſtās. Vſus ſeminis & p ſe, & ſucco expreſ ſo. Exprimitur ſeparatim, & caulibus folijsq́; utun tur et radice, temeraria in totū (ut arbitror) medici na. Quippe etiā folijs conſtat mentem corrumpi, ſi plura q̄ quatuor bibātur: Etiam antiq in uino febrē depelli arbitrabantur. Et oleum fit ex ſemine, ut di ximus, quod ipſum auribus infuſum tentat mentem: Mireq́; contra uenenum remedia prodidere his, qui id bibiſſent, et ipſum pro remedijs: adeo nullo oĩa ex periendi fine, ut cogerentur etiam uenena prodeſſe.

De linozoſte, parthenio, hermupoa, ſiue poti us mercuriali, & achilleo, & panace hera- cleo, ſideriti, millefolio, & de ſcopa regia, et hemionio, teucrio, ſplenio, de melāpodio ſiue elleboro, quótue eorū genera, & de nigro el leboro & albo medicinæ: & quādo detur, & quomodo ſumendū, & quibus nō dandum, & quod mures necet. Caput .V.

Linozoſtis ſiue parthenion à Mercurio inuētus, ideo apud Græcos hermupoan multi uocant. Eam apud nos oēs mercurialē. Duo eius genera: Ma ſculus, & fœmina, quæ efficacior, caule cubitali, in terdum ramoſo in cacumine, ocimo anguſtioribus fo lijs, geniculis denſis, alarum cauis multis, ſemine in

In geniculis depēdente, fœminæ copioſo, mari iuxta genicula ſtanti rariore ac breui, contortoq́; : fœminæ ſoluto & candido. Folia maribus nigriora, fœminis candidiora, radix ſuperuacua, prætenuis. Naſcūtur in campeſtribus cultis. Mirum eſt quod de utroque eorū genere proditur: Vt mares gignantur hūc facere, ut fœminæ, illam. Hoc contingere, ſi à conceptu ſuccus protinus bibatur in paſſo, edantúrue folia decocta ex oleo & ſale, uel cruda ex aceto. Quidā decoquunt eam in nouo fictili cū heliotropio, & duabus aut tribus ſpicis, donec decoquatur. Decoctū dari iubent & herbam ipſam in cibo altero die purgationis mulieribus per triduum, quarto die à balneo coire eas. Hippocrates miris laudibus in mulierum uſu prædicauit illas. Easq́; ad hunc modū adhuc medicorū nemo nouit. Ille eas uuluæ cum melle, uel roſaceo, uel irino, uel lirino admouit: Itē ad ciēdos menſes ſecūdasq́;. Hoc idem præſtare potu fotuq́; dixit. Inſtillauit auribus ſurdis ſuccum, inunxitq́; cum uino uetere. Aluo folia impoſuit, epiphoris, ſtrāguriæ, et ueſicæ. Decoctum eius dedit cum myrrhya et thure. Aluo quidem ſoluendæ, uel in febri, decoquatur quantum manus capiat, in duobus ſextarijs aquæ ad dimidias, bibitur ſale & melle admixto: necnō cum ungula ſuis, aut gallinaceo decoctum ſalubrius. Purgationis cauſa putauere aliqui utranque dandam, ſiue cum malua decoctum. Thoracem purgāt, bilem

detra

detrahunt, ſed ſtomachum lædunt. Reliquos uſus dicemus ſuis locis. Inuenit & achilleon Achilles diſcipulus Chironis, qua uulneribus mederetur, quæ ob id achilleos uocatur. Hac ſanaſſe Telephum dicitur. Alij primum eruginem inueniſſe, utiliſſimã emplaſtris, ideoq; depingitur ex cuſpide decutiens eam gladio in uulnus Telephi. Alij utroq; uſum medicamento uolũt. Aliqui & hanc panacen heraclion, alij ſideriten. Hanc apud nos millefoliam uocant, cubitali ſcapo, ramoſam, minutioribus q̃ fœniculi folijs ueſtitam ab imo. Alij fatẽtur quidem illam uulneribus utilem, ſed ueram achilleon eſſe ſcapo cæruleo pedali, ſine ramis, ex oĩ parte ſingulis folijs rotundis eleganter ueſtitã. Alij quadrato caule, capitibus marrubij, folio quercus. Hanc etiam præciſos neruos glutinare faciunt. Alij ſideriten in maccrijs naſcentem, cum teritur fœdi odoris. Etiamnum aliam ſimilem huic, ſed cãdidioribus folijs & pinguioribus, tenuioribus cauliculis in uineis naſcentem. Aliam uero binûm cubitorũ, ramulis exilibus, triangulis, folio filicis, pediculo longo, betæ ſemine, oẽs uulneribus præcipuas. Noſtri eam quæ eſt latiſſimo folio, ſcopam regiam uocant. Medetur anginis ſuum. Inuenit & Teucer eadem ætate teucriõ, quam quidam * hemionion uocãt, ſpargentẽ iũcos tenues, folia curua, aſperis locis naſcentem, auſtero ſapore, nunq̃ florentem. Neque ſemen gignit. Medetur lienibus. Conſtátque

* Hermiõ uel hermionion.

ſic inuentam: Cum exta ſuper eam proiecta eſſent, fertur adhæſiſſe lieni, eumq; exinaniſſe. Ob id à quibuſdã ſpleniõ uocatur. Narrant ſues, qui radicẽ eius edunt, ſine ſplene inueniri. Quidã ramis hyſſopi ſurculoſam, folio fabæ, eodem nomine appellant, & colligi florentem adhuc iubent, adeo florere non dubitant, maximeq; ex Cilicijs & Piſidiæ montibus laudantur. Melampodis fama, diuinationis artibus nota eſt. Ab hoc appellatur unum ellebori genus melampodion. Aliqui paſtorem eodem nomine inueniſſe tradũt, capras purgari * paſto illo animaduertentem, datoq; lacte earum ſanaſſe Prœtidas furentes. Quamobrem de omnibus eius generibus dici ſimul conuenit. Prima duo ſunt, candidum ac nigrum. Hoc radicibus tantum intelligi tradunt plerique. Alij folia nigri, platani ſimilia, ſed minora nigrioraq;, & pluribus diuiſuris ſciſſa. Albi, betæ incipientis. Hæc quoq; nigriora, & canaliũ dorſo rubeſcentia. Vtraque caule palmi ferulaceo, bulborum tunicis conuoluto, radice fibrata cæparum modo. Nigro equi, boues, ſues necantur: itaq; cauent id, cum candido ueſcantur. Tempeſtiuum eſſe tradunt meſſibus. Plurimum autẽ naſcitur in Oeta monte: & optimum uno eius loco circa Pyram. Nigrũ ubiq; ꝓuenit, ſed melius in Helicone, qui mons & alijs laudatur herbis. Candidum ꝓbatur Oetæum. ſecundũ Ponticum: tertio loco Eleaticũ, quod in uitibus naſci ferunt: quarto Parnaſiũ,

*Paſtore, legitur paſſi in hactenus ĩpreſſis exẽplaribus. Sed ſi Angelo Politiano credere uolumus, miſcel. cen. 1. c. 50. nõ paſtore, ſed paſto legendum eſt.

Parnaſiũ,quod adulteratur Aetholico ex uicino.Nigrum ex his melampodion uocant,quo & domos ſuffiunt,purgantq́; aſpergentes ſe & pecora.Cum precatione ſolẽni hoc & religioſius colligitur.Primum enim gladio circũſcribitur.Deĩde qui ſucciſurus eſt, ortũ ſpectat:& precatur,ut id liceat ſibi concedentibus dijs facere,obſeruatq́; aquilæ uolatus:ferè enim ſecantibus intereſt.Et ſi propè aduolauerit,moriturum illo anno qui ſuccidit,augurium eſt.Nec albũ facile colligitur,caput aggrauans maxime,niſi præſumatur alliũ,& ſubĩde uinum ſorbeatur,celeriterq́; ſodiatur.Nigrum alij entomon uocant,alij polyrhizon,purgat per inferna.Candidum aũt uomitione, cauſasq́; morborum extrahit:quondam terribile, poſtea tam promiſcuum,ut pleriq́; ſtudiorum gratia ad prouidẽda acrius quæ cõmentabãtur,ſæpius ſumptitauerint.Carneadẽ reſponſurum Zenonis libris: Druſum quoque apud nos,tribunorum popularium clariſſimũ,cui ante omnes plebs adſtãs plauſit,optimates uero bellum Marſicum imputauere,conſtat hoc medicamento liberatum comitiali morbo in Antycira inſula.Ibi enim tutiſſime ſumitur,quoniam(ut diximus)ſeſamoides admiſcent.Italia ueratrum uocat.Farina eorum per ſe,& mixta radiculæ qua lanas diximus lauari,ſternutamentum facit,amboque Li. 14.ca. 3. ſomnum.Leguntur autem tenuiſſimæ radices breuesq́;,ac uelut decurtatæ etiã hæ.Nam ſumma quæ

eſt craſſiſſima, cepis ſimilis, canibus tantũ datur pur gationis cauſa. Antiq radicem corticemq; carnoſiſsi mum eligebant, quo tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis ſpongijs opertã, turgeſcentẽq; in lon-gitudinẽ findebant. Deinde fila in umbra ſiccabant, ijs utentes: Nunc ramulos ipſos ab radice ſua gra-uiſſimi corticis, ita dantes. Optimũ qđ acre guſtu, feruensq; in frangendo puluerẽ emittit. Durare uim eius. XXX. annis ferunt. Nigrũ medetur paralyti cis, inſanientibus, hydropicis, dũmodo citra febrim, podagris ueteribus, articularijs morbis. Trahit al-uum & bilem, pituitasq;. Ex aqua datur ad leniter molliendã aluũ plurimũ drachma, modice quatuor obolis. Miſcuere aliq & ſcamoneã, ſed tutius ſalẽ. In dulcibus datum copioſius periculum infert, oculorũ caliginẽ fotu diſcutit: ob id quidã & inunxere. Tri-tum ſtrumas, ſuppurata, duritias concoquit, & pur gat: Item fiſtulas, tertia die exemptũ. Verrucas tol lit cũ ſquamis æris, & ſandaracha. Hydropicorum uentri imponitur cũ farina hordeacea et uino. Peco rum & iumentorũ pituitas ſanat, ſurculo per aurẽ traiecto, et poſtero die eadẽ hora exempto. Scabiem quadrupedũ cũ thure aut cera, ac pice, uel cũ piſſe-leo. Albũ optimũ, qđ celerrĩe mouet ſternutamẽta, ſed multũ terribilius nigro, præcipue ſi qs apparatũ poturorũ apud antiquos legat, cõtra horrores, ſtran gulatus, intẽpeſtiuas ſomni uires, ſingultus infinitos, aut ſternu

Legendũ for-muſſis potionũ

aut ſternutamenta, ſtomachi diſſolutiones, tardiores uomitus aut lõginquiores, exiguos aut nimios. Quippe alia dare ſoliti, quẽ cõcitarent uomitiones, ipſúmq; elleborum extraherent medicamentis, aut clyſteribus, ſæpe etiam ſanguine uenis emiſſo. Iam uero et cũ ꝓſpere cedat, terribilius uiſu in uarijs coloribus uomitionũ, et poſt uomitiones obſeruatione alui, balnearum diſpenſatione, totius corporis cura antecedente: omnia hæc magno terrore & fama. Nanque tradunt abſumi carnẽ, ſi coquatur unà. Sed antiquorum uitium erat, ꝙ ꝓpter hos metus parcius dabãt, cũ celerius erumpat, quo largius ſumitur. Themiſon binas non amplius drachmas donauit, ſequentes & quaternas dedere, claro Herophili præconio, qui elleborum fortiſſimi ducis ſilitudini æquabat. Concitatis enim intus oĩbus, ipſum in primis exire. Præterea mirũ inuentũ eſt, ꝙ inciſum forficulis, ut diximus cribrant, cortex remanet. Hoc inanito, medulla cadit. Hæc in nimia purgatione data, uomitiones ſiſtit. Cauendũ eſt felici quoq; cura, ne nubilo detur die, ꝗppe impatibiles cruciatus exiſtũt. Nam æſtate potius q̃ hyeme dandũ, non eſt in dubio. Corpus ſeptem diebus præparandũ cibis acribus, abſtinentia uini, quarto et tertio die uomitionibus, pridie cœnæ abſtinentia. Album è dulci datur, aptiſſime uero in lacte aut pulte. Nup inuenere diſsectis rhaphanis inſerere elleborũ, rurſusq; cõprimere rhaphanos, ut trãſeat

ex Dioſco. li. 9 c. 18. Quanq̃ haud neſcius ſum Hermolaum in tranſlatione Dioſc. in uerbo ellebori albi reliquiſſe poturis, Plinianam fortaßis lectionem ſecutũ: Verba aũt eius ita habẽt: Cæterũ apparatus et obſeruatio poturis elleborũ apud antiquos legatur.

uis, atq; eo lenimento dare. Reddi poſt quatuor ferè horas incipit. Totũ opus ſeptenis pagitur horis. Medetur ita morbis comitialibus, ut diximus, uertigini, melãcholicis, inſaniẽtibus, lymphaticis, elephãtiæ albæ, lepris, tetano, tremulis, podagricis, hydropicis, ĩcipiẽtibusq; tympanicis, ſtomachicis, ſpaſticis, clinicis, iſchiadicis, quartanis quæ aliter nõ deſinãt, tuſſi ueteri, inflãmationibus, torminibus redeũtibus. Vetant dari ſenibus & pueris. Item mollibus ac fœminei corporis, anĩmæ ue exilibus aut teneris, et fœminis minus q̃ uiris. Item timidis, aut ſi exulcerata ſint præcordia, uel tumeãt, minĩe ue ſanguinẽ excreantibus, cauſarijs, uel latere, uel faucibus. Medetur extrà corporis eruptionibus, pituitæ cũ axũgia ſalſa illitũ. Itẽ ſuppurationi ueteri. Mures polẽta admixtũ necat. Galli ſagittas in uenatu elleboro tingunt. circumciſosq; uulnere teneriorẽ ſentiri carnẽ affirmant. Muſcæ quoq; necantur albo trito, & cum lacte ſparſo. Eodem & phthiriaſis emendatur.

Vel tympaniticis.

De mithridatio, & ſcordoti ſiue ſcordio, & polæmonia, uel philæteria, uel chiliodynama, & eupatoria, & centaurea ſiue chironia, & de lepto centaureo libadio felle terræ, & triorche medicinæ.

Caput .VI.

IPſi Mithridati Crateias adſcripſit unam, Mithridatiõn uocatam. Huic folia duo à radice acantho ſimilia.

tho ſimilia. Caulis inter utraq; ſuſtinens roſeum florem. Alteram lenem, ſcordotin ſiue ſcordion, ipſius manu deſcriptam, magnitudine cubitali, quadrangulo caule, ramoſam quernæ ſimilitudine, folijs lanuginoſis. Reperitur in Ponto campis pinguibus humidisq́; guſtus amari. Eſt & alterius generis, latioribus folijs, mentaſtro ſimilis, plurimosq́; utraq; ad uſus per ſe & inter alia in antidotis. Polemoniã, alij philæteriã, à certamine regũ inuentionis, appellant, Cappadoces autem chiliodynamã, radice craſſa, exilibus ramis, quibus in ſummis corymbi dependent, nigro ſemine, cætero rutæ ſimilis. Naſcitur in montoſis. Eupatoria quoq; regiam autoritatem habet. Caulis lignoſi, nigricãtis, hirſuti, cubitalis, aliquãdo & amplioris, folijs ꝑ interualla quinq; folij, aut cãnabis, ꝑ ambitũ inciſis quinquepartito, nigris et ipſis plumoſisq́; radice ſuperuacua. Semen dyſentericis in uino potũ auxiliatur unice. Centaurea curatus dicitur Chiron, cum Herculis exceptus hoſpitio pertractanti arma, ſagitta excidiſſet in pedẽ, quare aliqui chironium uocant. Folia ſunt lata & oblõga, ſerrata ambitu, denſa ab radice, caules ternûm cubitorũ, geniculati. In his capita ceu papauerum. Radix uaſta, rubeſcens, tenera fragilisq́; ad bina cubita, madida, ſucco amara, cũ quadam dulcedine. Naſcitur in collibus pingui ſolo. Laudatiſſima Arcadia, Elide, Meſſenia, Pholoe, et Lycæo, atq; in alpibus,

alpibus, pluribusq; locis in Lycia. Quidā & ex ea lycium faciunt. Vis in uulneribus tanta, ut cohæreſcere etiam carnes tradant, ſi coquantur ſimul. In uſu radix tantū, duabus drachmis bibenda, q̄bus dicetur, ſi febris ſit, in aqua trita, cæteris in uino. Medetur & oīm morbis decoctæ ſuccus. Eſt alterū centauriō cognoīe lepton, minutis folijs, quod aliqui libadion uocāt, quoniā ſecundū fontes naſcitur, origano ſimile, anguſtioribus & longioribus folijs, anguloſo caule paululū alto fruticanti, flore lychnidis, radice tenui et ſuperuacua, ſucco efficax. Ipſa herba autumno legitur, ſuccus è fronde. Quidā caules concifos madefaciūt diebus. XVIII. atq; ita exprimūt. Hoc centaurion noſtri fel terræ uocant, ꝓpter amaritudinem ſummā: Galli exacon, quoniam oīa mala medicamenta potum è corpore exigat per aluum.

Tertia eſt centauris, cognomine triorches. Qui eam ſecat, rarum eſt ut non uulneret ſeſe. Hæc ſuccū
Li. 9. ca. 16. ſanguineum mittit. Theophraſtus defendi eam, impugnariq; colligentes tradit à triorche accipitrum genere, à quo et nomen accepit. Imperiti confundūt hæc omnia, & uni generi aßignant.

De clymeno, & gentiana, & lyſimachia, et parthenide, & artemiſia, & ambroſia, & nymphæa, heraclio, & euphorbia medicinæ.

Caput .VII.

CLymenos à rege herba appellata ē, ederæ folijs, ramo

lijs, ramoſa caule, inani, articulis præcincta, odorẽ graui, & ſemine ederæ, ſylueſtribus & montoſis naſcens. Quibus morbis pota medeatur, dicemus. Sed hic indicandum eſt dum medeatur, ſterilitatem pota etiã in uiris fieri. Græci plantagini ſimilẽ eſſe dixerunt, caule quadrato, folliculis cum ſemĩe inter ſe implexis, uelut in polyporum cirris. Et ſuccus autẽ in uſu. Vis eius ſumma in refrigerando. Gentianam inuenit Gentius, rex Illyriorum, ubiq; naſcentem, in Illyrico tamen præſtantiſſimã, folio fraxini, ſed magnitudine lactucæ, caule tenero pollicis craßitudĩe, cauo & inani, ex interuallis foliato, triũ aliquando cubitorum, radice lenta, ſubnigra, ſine odore, aquoſa, montibus ſubalpinis plurima. Vſus in radice & ſucco. Radicis natura eſt excalfactoria, ſed prægnãtibus non bibenda. Inuenit & Lyſimachus herbam lyſimachiam, quæ ab eo nomen retinet, celebrata Eraſiſtrato. Folia habet ſalicis uiridia, florẽ purpureum, fruticoſa, ramulis erectis, odore graui, gignitur in aquoſis. Vis eius tãta eſt, ut iumẽtis diſcordantibus iugo impoſita, aſperitatẽ cohibeat. Mulieres quoq; hac gloriam affectauere. In quibus Artemiſia uxor Mauſoli, adoptata herba quæ antea parthenis uocabatur. Sunt qui ab Artemide artemiſiam cognominatã putent, quoniã priuatim medicatur fœminarũ malis. Abſinthij aũt modo fruticoſa, maioribus folijs pinguibusq;. Ipſius duo genera. Altera latio

tera latioribus folijs, altera tenera tenuioribus, & non niſi in maritimis naſcens. Sunt qui in mediterraneis eodē noīe appellāt, ſimplici caule, minimis folijs, flores copioſi erūpentes, cū uua matureſcit odore non iniucūdo, quā quidā botryn, alij ambroſiam uocant. Talis in Cappadocia naſcitur. Nymphæa nata traditur à nympha, zelotypia erga Herculē mortua. Quare heracleon uocāt aliqui, alij rhopalon, à radice clauæ ſimili. Ideoq; eos qui bibant eam. XII. diebus coitu geniturâque priuari. Laudatiſſima in Orchomeno & Marathone. Bœoti madon uocant, qui & ſemen edunt. Naſcitur in aquoſis, folijs magnis, in ſumma aqua, & alijs ex radice ꝓdeuntibus, flore lilio ſimili, et cū defloruerit, capiti papaueris. In caule ſecatur autumno. Radix nigra in ſole ſiccatur, aduerſatúrque aluinis. Eſt & alia nymphæa in Theſſalia, amne Peneo, radice alba, capite luteo, roſæ magnitudine. Inuenit et patrum noſtrorū ætate rex Iuba quā appellauit euphorbiā, medici ſui noīe & fratris Muſæ, à quo diuū Auguſtū conſeruatum

Li.19.c.8. indicauimus. Iidē fratres inſtituere à balneis frigida multa corpora aſtringi. Antea non erat mos niſi calida tantū lauari, ſicut apud Homerū etiam inuenimus. Sed Iubæ uolumen quoq; extat de ea herba, & clarū præconiū. Inuenit eā in monte Atlante, ſpectatur folijs acanthinis. Vis tanta eſt, ut uel è longinquo ſuccus excipiatur inciſæ conto. Suſcipitur excipulis

uentriculo

uentriculo hœdino. Humor lactis uidetur effluere. Siccatur conto. Sic thuris effigiem habet. Qui colligunt, clarius uident. Contra ſerpētes medetur, quacunq; parte percuſſa, uertice inciſo, & medicamento addito. Ibi Getuli qui legunt, hœdino lacte adulterant, ſed diſcernitur igni. Id enim quod ſyncerū non eſt, faſtidiendū odorē habet. Multum infra hunc ſuccum eſt qui in Gallia fit ex herba chamælea, granū cocci ferente. Fractus ammoniaco ſimilis eſt, etiam leui guſtu os accenſum diu detinens, & magis ex interuallo, donec fauces quoq; ſiccet.

De plantagine, & bugloſſo, & cynogloſſo, et buphthalmo, & ſcythica, & de ſpartania, & hippice, & iſchæmone, & betonica, et cantabrica, et cōſiligine, et hyberida, et chelidonia, et canaria, et elaphoboſco, et dictāno, et ariſtolochia, et quod eius delectatione inuoluāt piſces, & ſtatim capiantur, et medicinæ contra ſerpentiū ictus ex herbis quas ſuperius nominauit. Ca. .VIII.

CElebrauit et Themiſon medicus uulgarē herbam plantaginem, tanq̄ inuētor, uolumine de ea edito. Duo eius genera. Minor anguſtioribus folijs & nigrioribus, linguæ pecorum ſimillimis, caule anguloſo, in terram inclinato, in pratis naſcens. Altera maior, folijs laterum modo incluſa, quæ quia ſeptena ſunt, quidam eam heptapleuron uocauere. Huius & caulis cubitalis eſt, & napi ſimilis. Naſcitur in

lia naſcitur, & ſanguinem eadem adalligata ſiſtit.

Vetones ĩ Hiſpania eam quæ betonica dicitur in Gallia, in Italia autem ſerratula, à Græcis ceſtron aut pſychotrophon, ante cunctas laudatiſſima. Exit anguloſo caule, cubitorum duûm, à radice ſpargens folia ferè lapathi, ſerrata, ſemine purpureo. Folia ſiccantur in farinam plurimos ad uſus. Fit uinum ex ea & acetum ſtomacho, & claritati oculorum. Tantumq; gloriæ habet, ut domus ĩ qua ſata ſit, tuta exiſtimetur à piaculis omnibus. In eadem Hiſpania inuenta eſt cantabrica, per diui Auguſti tempora à Cantabris reperta. Naſcitur ubiq; caule iunceo pedali, in quo ſunt floſculi oblongi uelut calathi: in his ſemen perquàm minutum. Nec aliâs defuere Hiſpaniæ herbis exquirẽdis, ut in quibus etiamnum hodie in uirorum lætiore conuictu, potionem è centum herbis mulſo additis credidere ſaluberrimam ſuauiſſimamq;. Nec quiſquam genera earum iam nouit, aut multitudinem. Numerus tantum conſtat in nomine. Noſtra ætas meminit herbam in Marſis repertam.

Naſcitur et Aquiculis circum uicum Neruesiæ, uocatur conſiligo. Prodeſt ut demõſtrabimus ſuo loco, deploratis in phthiſi. Inuenit nuper & Seruilius Democrates, primus medentium, quam appellauit hiberidam, quanquã ficto nomine inuentioni eius aſſignato carmine. Naſcitur maxime circa uetera monumenta parietinasq;, & inculta itinerum. Floret ſem

uu retſem

ret ſemp̄ folio naſturtij, caule cubitali, ſemine tã paruo, ut uix aſpici poßit. Radici odor naſturtij. Vſus æſtate efficacior, & recẽti tantũ. Tunditur difficulter. Coxendicibus & articulis oĩbus cũ axungia modica utiliſſima, uiris plurimũ quaternis horis, fœminis minus dimidio adalligata, ut dein in balneum deſcendatur in calidã, & poſtea oleo & uino corpus p̄ ungatur, diebúsque uicenis interpoſitis idem fiat, ſi-qua admonitio doloris ſuperſit. Hoc modo rheumatiſmos oẽs ſanat occultos. Imponitur in ipſa inflammatione, ſed imminuta. *Animalia quoque inuenere herbas, in primisq́; chelidoniam. Hac enim hirundines oculis pullorum in nido reſtituũt uiſum, ut quidã uolunt, etiam erutis oculis. Genera eius duo: Maior fruticoſo caule, folio paſtinacæ erraticæ ampliore, ipſa altitudine duûm cubitorum. Colos albicãs, flos luteus. Minori folia ederæ rotundiora, minus candida. Succus croci mordax, ſemen papaueris. Florent aduentu hirundinum, diſceſſu marceſcunt. Florentibus ſuccus exprimitur, & ĩ æreo uaſe cum melle Attico leniter cinere feruenti decoquitur, ſingulari remedio cõtra caligines oculorum. Vtuntur & per ſe ſucco in collyrijs, quæ chelidonia appellãtur ab ea.*

Inuenerunt & canes canariam, qua faſtidiũ deducunt, eamq́; in noſtro conſpectu mãdunt, ſed ita ut nunq̃ intelligatur quæ ſit: eteñ depaſta cernitur. Notata eſt autem hæc animalis huius malignitas in alia

herba ma

herba maior. Percuſſus enim à ſerpẽte, mederi quadam ſibi dicitur, ſed illam homine inſpectante non decerpit. Simplicius ceruæ monſtrauere elaphoboſcon, de qua diximus. Item ſeſeli enixæ à partu. Dictamnum oſtẽdêre (ut indicauimus) uulneratæ, eo ſtatim decidentibus telis. Non eſt alibi quàm in Creta, ramis prætenue, pulegio ſimile, feruens & acre guſtu, folijs tantum utuntur. Flos nullus ei eſt, aut ſemen, aut caulis. Radix tenuis & ſuperuacua. Et in Creta autem non ſpatioſe naſcitur, mireq́; à capris expetitur. Pro eo eſt & pſeudodictamnũ, multis in terris naſcens, folio ſimili, ramulis minoribus, à quibuſdam chondris uocatũ. Minoris effectus ſtatim intelligitur. Dictamnũ enim minima portione accẽdit os. Qui legêre eam, in ferula uel harundine cõdunt, præligantq́;, ne potentia euaneſcat. Sunt qui dicant utranq; naſci multifariã, ſed deteriores in agris pinguibus, ueram quidam dictamnum non niſi in aſperis. Eſt & tertium genus dictamnum uocatum, ſed neque facie, neque effectu ſimile, folio ſiſymbrij, ramis maioribus: ꝓcedente perſuaſione illa, quicquid in Creta naſcitur, infinito præſtare cæteris eiuſdem generis alibi genitis. Proxime quod in Parnaſo, alioquin herbiferũ eſſe. Et Peliũ montẽ in Theſſalia, & Telethriũ in Euboẽa, et totã Arcadiã ac Laconicã. Tradunt Arcades quidẽ non medicaminibus uti, ſed lacte circa uer, quoniam tunc maxime ſuccis herbæ

turgeant medicenturq́;. Huberes paſcuæ his. Bibūt autē lac uaccinū, quoniā boues omniuoræ ſunt in herbis. Potentia earū per quadrupedes etiamnū duobus claris exēplis manifeſta fit. Circa Abderā, & limitem q Diomedis uocatur, equi paſti inflammātur rabie, circa Potniam uero aſini. Inter nobiliſsimas ariſtolochiæ nomen dediſſe grauidæ uidentur, quoniam eſſet ἀρίςη λεχȣ̃σαις. Noſtri malū terræ uocant, & quatuor genera eius ſeruant. Vnū tuberibus radicū, rotundis folijs, inter maluā & ederā nigrioribus pinguioribusq́;. Alterum maſculæ, radicē longa quatuor digitorū lōgitudine, baculi craſsitudine. Tertiū lōgiſsimæ tenuitatis, uitis nouellæ, cui ſit præcipua uis, quæ clematitis uocatur, ab alijs Cretica. Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo. Ferunt bacculas paruas uelut cappàris. Valent radice tantū. Eſt et quæ piſtolochia uocatur; quarti generis, tenuior q̄ ꝓxime dicta, denſis radicis capillamentis, iunci plenioris craſſitudine. Hanc quidam polyrrhizon cognoīant. Odor oīm medicatus. Sed oblōga radice tenuioriq́; gratior. Carnoſi enim eſt corticis, unguentis quoq; nardinis cōueniens. Naſcuntur pinguibus locis & campeſtribus. Effodere eas meſsibus tempeſtiuū, ita diſquamato terreno ſeruantur. Maxime tamen laudatur Pōtica, & in quocunq; genere pōderoſiſsima, quæq́; medicinis aptior. Rotunda cōtra ſerpētes. Oblōga in ſumma tamē

gloria eſt etiam modo. A conceptu admota uuluis in carne bubula, mares figurat, ut traditur. Piſcatores Campaniæ radicē eam quæ rotunda eſt, uenenū terræ uocant, coramq́; nobis cōtuſam immixta calce in mari ſparſere, aduolant piſces cupiditate mira, ſtatimq́; exanimati fluitāt. Quæ polyrrhizos cognoīatur, conuulſis, cōtuſis, ex alto præcipitatis, radice pota ex aqua, utiliſſima eſſe traditur. Semine pleureticos & neruos cōfirmare, excalfacere. Eadē ſatyrion eſt. Verū et effectus earū uſusq́; dicēdi ſunt: ordiendumq́; à malorū oīm peſſimorū, id eſt ſerpentiū ictu. Medentur ergo Britannica herba, panaces generum oīm radix è uino, chironiæ & flos & ſemen potū, illitumq́; ex uino & oleo: priuatimq́; quæ cunila bubula appellatur, polæmonia uel philæteria, drachmis quatuor ex mero: teucria, ſideritis, ſcordotis, ex uino, priuatim ad angues, potæ & illitæ, ſiue ſucco, ſiue folio, ſiue decocto: cētauriæ maioris radice drachma in uini albi cyathis tribus: gentiana præcipue aduerſus angues, duabus drachmis cum pipere & ruta, uini cyathis ſex, ſiue uiridis ſiue ſicca. Et lyſimachiæ odorē fugiunt ſerpētes. Datur ex uino percuſſis chelidonia. Morſibus imponitur betonica præcipue: cui uis tanta phibetur, ut incluſæ circulo eius ſerpentes, ipſæ ſeſe interimāt flagellando. Datur & ad ictus ſemen eius denarij pondere cum tribus cyathis uini, uel farinæ drachmis tribus ſextario aquæ

imponitur. Cantabricæ, dictamni, ariſtolochiæ radi cis drachma ĩ uini hemina ſæpius bibẽdæ: prodeſt et illita ex aceto: ſimiliter piſtolochiæ. Quin & omni no ſuſpẽſa ſupra focum, fugat è domibus ſerpentes.

De argemonia, & agarico, & echyo, et hyo ſcyamo, & hierobotane, & blattaria, & lemonia, & quinquefolio, & dauco, & perſolata, & arcio, & cyclamino, & peucedano, oĩa ad ſerpentiũ ictus. Ca. .IX.

ARgemonia quoq; radice eius denarij ponde re ĩ uini cyathis tribus potatur. Plura de ea conuenit dici, cæteriſq; quæ primum nominabũtur. In eo autẽ genere medendi primum conuenit, quãq; nominari ĩ quo maxime ualebit. Folia habet anemo næ æqualia, diuiſa apij modo, caput in cauliculo papaueris ſylueſtris, item radicem. Succum croci colo re acrem & acutũ. Naſcitur & in aruis apud nos. Noſtri tria genera eius faciunt, & id demum probant, cuius radix thus redoleat. Agaricon ut fungus naſcitur in arboribus circa Boſphorum, colore candido. Datur obolis quatuor contritum cum binis cyathis aceti mulſi. Id quod in Galatia naſcitur, infirmius habetur. Præterea mas ſpiſſior amariórque. Hic & capitis dolores facit. Fœmina ſolutior, in initio guſtus dulcis, mox in amaritudinem tranſit. Echyos utriuſque generis pulegio ſimilis, folijs coronata, drachmis duabus ex uini cyathis

quatuor datur. Item altera, quæ lanugine diſtinguitur ſpinoſa, cui & capitula uiperæ ſimilia ſunt, hæc ex uino & aceto. Quidam arcion perſonatã uocant, cuius folio nullum eſt latius, grandes lappas ferentem. Huius radicem decoctam ex aceto dant potui. Hyoſcyamum contuſum cum folijs ex uino datur peculiariter cõtra aſpidas. Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet quàm hierabotane. Aliqui periſtereon, noſtri uerbenacam uocant. Hæc eſt quã legatos ferre ad hoſtes indicauimus. Hac Iouis menſa uerritur, domus purgantur, luſtranturq́;. Genera eius duo ſunt: Folioſa, quam fœminam putant: Mas rarioribus folijs. Ramuli utriuſq; plures: tenues, cubitales, anguloſi. Folia minora q̃ quercus, anguſtioraq́;, diuiſuris maioribus, colos glaucus, radix lõga, tenuis. Naſcitur ubique in planis aquoſis. Quidã nõ diſtinguunt, ſed unum omnino genus faciunt, quoniã utraque eoſdem effectus habeat. Vtraq; ſortiuntur Galli, & præcinunt reſponſa. Sed magi utique circa hanc inſaniunt. Hac perunctos impetrare quæ uelint, febres abigere, amicitias conciliare, nulliq; non morbo mederi. Colligi circa canis ortum debere, ita ut ne luna aut ſol conſpiciatur, fauis antè & melle terræ ad piamentum datis. Circunſcriptam ferro effodi ſiniſtra manu, & in ſublime tolli. Siccari in umbra ſeparatim, folia, caulẽ, radicem. Aiũtq; ſi aqua ſpargatur triclinium, qua maduerit, lætiores conui-

ctus fieri. Aduerſus ſerpẽtes cõteritur ex uino. *Eſt ſimilis uerbaſco herba, quæ ſæpe fallit pro ea capta, folijs minus cãdidis, cauliculis pluribus, flore luteo.* Hæc *abiecta blattas in ſe contrahit, ideoq́;* Romæ *blattariã uocant.* Lemoniũ *ſuccum lacteũ mittit, concreſcentẽ gummi modo humidis locis.* Datur *denarij pondus in uino.* Quinquefoliũ *nulli ignotũ eſt, cum etiam fraga gignendo commendetur.* Græci *uocant pentapetes, ſiue chamæzeleon, ſiue pentaphyllõ.* Cum *effoditur, rubrã habet radicẽ.* Hæc *inareſcens nigreſcit, et anguloſa fit.* Nomen *à numero foliorũ habet.* Et *ipſa herba incipit et deſinit cũ uite.* Adhibetur *et purgandis domibus.* Aduerſus *ſerpentes bibitur et eius radix, quæ ſparganiõ uocatur, ex uino albo.* Dauci *genera quatuor fecit* Petronius Diodotus, *quæ pſequi nihil attinet, cũ ſint differẽtiæ duæ.* Probatiſſimæ *in* Creta, *mox in* Achaia, *et in ſiccis ubicunq; nati, fœniculi ſimilitudine, candidioribus folijs & minoribus hirſutisq́;.* Caule *pedali recto, radice ſuauiſſimi guſtus et odoris.* Hoc *genus in ſaxoſis naſcitur meridianis.* Reliqua *genera ubique naſcuntur terrenis collibus limitibusq́;, nec niſi pingui ſolo, folijs coriandri, caule cubitali, capitibus rotundis, ſæpe pluribus q̃ ternis, radice lignoſa, ſed cũ inaruerit ſuperuacua.* Semẽ *eius cymino ſimile, prioris milio, albũ, acre, odoratũ oĩbus & feruẽs.* Secundum *priore uehemẽtius eſt, ideoq́; parce ſumi debet.*

Si iam

Si iam maxime tertium genus facere libeat, eſt ſimi le ſtaphylino, quod paſtinacã erraticã appellant, ſemine oblongo, radice dulci. Omnia hæc et hyeme et æſtate ſunt intacta quadrupedi, niſi poſt abortus. Ex alijs uſus ſeminis. Ex Creta radicis dulcis, & magis ad ſerpentes eſt. Bibitur è uino drachma una. Datur & quadrupedibus pcuſsis. Therionarca alia q̃ magica, & in noſtro orbe naſcitur, fruticoſa, folijs ſubuiridibus, flore roſeo: ſerpentes necat, cuicunq; ad mota fuerit. Et his torporẽ affert. Perſolatã, quã nemo ignorat, græci uero arcion uocant, folia habet maiora etiã cucurbitis & hirſutiora, nigrioraq́; et craßiora, radicẽ albã & grandẽ. Hæc ex uino bibitur denariorũ duûm pondere. Itẽ cyclamini radix cõtra ſerpẽtes oẽs. Folia habet minora q̃ edera, nigriora et tenuiora, ſine angulis, in q̃bus albicãt maculæ. Caule exiguo, inani, floribus purpureis, radice lata, ut rapũ uideri poſſit, cortice nigro. Naſcitur in umbroſis, à noſtris tuber terræ uocatur, in oĩbus ſerenda domibus, ſi uerum eſt, ubi ſata ſit, nihil nocere mala medicamenta: amuletum uocãt: narrantq́; ea ebrietatẽ repræſentari, addita in uinũ radice. Et ſiccata ſcillæ modo conciſa reponitur, decoquiturq́; eadẽ ad craßitudinem mellis. Suum tamen uenenum ineſt ei: traduntq́;, ſi prægnans radicẽ eam tranſgre diatur, abortũ fieri. Eſt & altera cyclaminos, cognomine cyßanthemos, geniculatis caulibus, ſuper- uacuis, à

*uacuis, à priore diſtans, circa arbores ſe uoluens aci-
nis ederæ, ſed mollibus, flore candido, ſpecioſo, radi-
ce ſuperuacua. Acini tantũ in uſu, guſtu acri, ſed len-
ti. Siccãtur in umbra, tuſiq; diuiduntur in paſtillos.
Mihi & tertia cyclaminos demonſtrata eſt, cogno-
mine chamæciſſos, uno omnino folio, radice ramoſa,
qua piſces necantur. Sed inter primas celebratur
peucedanum, laudatiſſimũ in Arcadia, mox Samo-
thrace. Caulis eſt ei tenuis, longus, fœniculo ſimilis,
iuxta terrã folioſus, radice nigra, craſſa, graui odo-
re, ſuccoſa. Gignitur in mõtibus opacis. Foditur exi-
tu autumni. Placent tenerrimæ et altiſſimæ radices.
Hæ conciduntur in quaternos digitos oſſeis cultellis,
fundũtq; ſuccũ in umbra, capite prius & naribus ro
ſaceo perunctis, ne uertigo ſentiatur. Et alius ſuccus
inuenitur caulibus adhærẽs, inciſiſq; manat. Proba-
tur craſſitudine mellea, colore ruffo, odore ſuauiter
graui, feruens guſtu. Et hic in uſu & radix, & deco
ctum eius pluribus medicamẽtis. Succo tamẽ effica
ciſſimo, q reſoluitur amaris amygdalis, aut ruta. Bi
biturq; cõtra ſerpentes, & ex oleo punctos tuetur.
Contra ſcorpionum ictus & rubetarum et canũ
morſus, & generaliter contra omne uenenum.*

Caput .X.

E*Buli quoq; (quẽ nemo ignorat) fumo fugantur
ſerpentes. Priuatim aduerſatur ſcorpionibus
palæmoniæ radix, uel alligata tantũ: Itẽ phalangio,*

ac cæteris

ac cæteris minoribus uenenatis. Scorpionibus ariſto
lochia. Agaricū obolis quatuor in uini mixti cyathis
totidē. Verbenaca & phalangio, cum uino aut po-
ſca: Item quinquefoliū, daucū. Verbaſcū græci phlo
mon uocāt. Genera habet prima duo. Album, in quo
mas intelligitur: Alterū nigrū, in quo fœmina. Ter-
tiū genus nō niſi in ſyluis inuenitur. Sunt folia braſ-
ſicæ latiora, piloſa, caulis erectus, cubitali amplior.
Semen nigrū inutile. Radix una craßitudine digiti.
Naſcuntur & in campeſtribus. Syluestri folia ele-
liſphaci, alta, ramis lignoſis. Sunt et phlomides duæ
hirſutæ, rotundis folijs, humiles. Tertia lychnitis uo
catur, ab alijs aūt thryallis, folijs ternis, aut cū plu-
rimum quaternis, craſſis, pinguibusq́; ad lucernarū
lumina aptis. Aiunt in folijs eius quam fœminā di-
ximus, ficus omnino non putreſcere. Diſtingui gene-
ra hæc penè ſuperacuum eſt, cum ſint omnia eiuſdem
effectus. Contra ſcorpiones bibitur radix cum ruta
ex aqua, magna amaritudīe, ſed effectu pari. The
lypholon herba ab alijs ſcorpion uocatur, propter
ſimilitudinem radicis, cuius tactu moriuntur ſcorpio
nes. Itaq; contra eorum ictus bibitur. Scorpionem
mortuum ſi quis elleboro candido linat, reuiuiſcere
aiunt. Thelypholon omnem quadrupedem necat,
impoſita uerendis radice: folio quidem, intra eundē
diē, quod eſt ſile cyclamino. Ipſa geniculata naſcitur
in opacis. Scorpionibus aduerſatur et betonicæ ſuc

cus, ac

cus, ac plantaginis. Sunt et ranis uenena, rubetis maxie, uidimusq; Pſyllos in certamine patinis candefactas admittẽtes, ocyore etiã q̃ aſpidũ pernicie. Auxiliatur eis phrynion in uino pota. Aliq neurada appellãt, alij poteriõ, floribus paruis, radicibus multis, neruoſis, bene olentibus: Item aliſma, quã alij damaſonion, alij lyron appellant. Folia ei plãtaginis, niſi anguſtiora eſſent, & magis lacinioſa, cõuexaq; in terram, aliâs etiam uenoſa ſimiliter, caule ſimplici & tenui, cubitali, capite thyrſi, radicibus denſis, tenuibus, ut ueratri nigri, acribus, odoratis, pinguibus. Naſcitur in aquoſis. Alterũ genus eiuſdẽ in ſyluis, nigrius, maioribus folijs. Vſus in radice utriuſq; aduerſus ranas et lepores marinos, drachmæ põdere in uino potum. Lepori marino aduerſatur et cyclaminos. Veneni uim, canis quoq; rabidi morſus habent, cõtra quos erit cynorhodũ, de quo diximus.

Plantago ad oẽs beſtiarum morſus pota atq; illita prodeſt: Betonica ex mero ueteri. Periſtereos uocatur, caule alto, foliato, cacumine in alios caules ſe ſpargens, columbis admodum familiaris, unde et nomen. Hanc habentes negant latrari à canibus. Proxima ab his malis, uenena ſunt, quæ ſibimetipſi homines excogitant. Contra hæc omnia magicasq; artes, erit primũ illud Homericum moly: dein Mithridatiõ, & ſcordotis, & centauriũ. Pota omnia mala medicamenta exigit per aluum. Betonicæ ſemen in mulſo aut

De Moly Homerico dictũ ẽ paulo ſuprà c. 4.

mulſo, aut paſſo, uel farinæ drachma in uini ueteris cyathis .IIII. Vomere cogẽdi, atq; iterũ bibere. Iis qui quotidie guſtent eam, nulla nocitura mala medicamenta tradunt. Poto ueneno ariſtolochia ſubuenit eadem menſura qua contra ſerpentes: Quinquefolij ſuccus: Agaricum, poſtq̃ uomuerint, denarij pondere ex aquæ mulſæ cyathis tribus. Antirrhinon uocatur ſiue anarrhinon, ſiue lychnis agria, ſimilis lino, radice nulla, flore hyacinthi, ſemine uituli narũ. Et hoc perunctos uenuſtiores fieri, nec ullo malo medicamento lædi poſſe, aut ueneno, ſi quis in brachiali habeat, arbitrantur magi. Similiter eã quam eupleam uocant, traduntq; ea perunctos cõmendatioris eſſe famæ. Artemiſiam quoq; ſecum habentibus, negant nocere mala medicamenta beſtiámue ullam, ne ſolem quidẽ. Bibitur & hæc ex uino aduerſus opium. Alligata priuatim potens traditur, potáue aduerſus ranas. Pericarpum bulbi genus eſt. Duæ ius ſpecies: cortice rubro alterũ, alterũ nigro papáueri ſi͞le. Sed uis maior q̃ priori, utriq; autem excalfaciendi. Ideo contra cicutam dantur, contra quã & thus & panaces & chironium præcipue. Hoc uero & contra fungos.

Dioſco. Semẽ aũt fert uituli naribus ſimilẽ καρπὸν δὲ φέρει μόσχου ῥισὶν ὅμοιον.

Remedia ad capitis uitia. Caput .XI.

VErum & generatim membratimq; ſingulis corporum morbis remedia ſubtexemus, orſi à capite. Alopecias emendat nymphææ et cicutæ radix, ſi uni

dix,ſi unà tritæ illinantur.Polytricha diſtat à calli-tricha,quod iuncos albos habet,& folia plura maio raq́;.Frutice quoq; maior eſt,& defluentem capillum confirmat & denſat:Item lingulaca circa fontes naſcẽs,cuius radix admixta combuſta teritur cũ adipe ſuis nigræ.Id quoque excipitur ut eius ſit ſuis, quæ nunq̃ peperit.Sol ſubinde plurimũ cõfert illitæ. Similis uſus eſt cyclamini radicis.Pruriginem ueratri radix tollit in oleo decocta,uel in aqua. Capitis dolori medetur panacis omniũ generũ radix, in oleo contrita:Ariſtolochia,& Iberis adalligata hora,uel diutius,ſi pati poſſit,comitãte balnei uſu:Medetur & daucum.Purgat aũt cyclaminos cum melle in nares addita, et ulcera capitis ſanat illita.Medetur et periſtereos. Cacalia ſiue leontice uocatur, ſemen margaritis minutis ſimile,dependens inter folia grandia,in montibus ferè: Huius grana.XV.in oleo macerantur,atq; ita aduerſo capillo caput ungitur. Fit & ex callitriche ſternutamentũ.Folia ſunt lenticulæ ſilia.Caules iunceis tenuiſsimis, radice minima.Naſcitur in opacis & humidis, guſtatu feruens. Hyſſopũ in oleo contritũ phthiriaſi reſiſtit,et prurigini in capite. Eſt aũt optimũ Ciliciũ è Tauro monte:dein Pamphylium,& Smyrneum: ſtomachò contrarium.Purgat cum fico ſumptum per inferna, cum melle uomitionibus.Putant et ſerpentiũ ictibus aduerſari,tritũ cũ melle & ſale,& cumino. Lonchitis non

chitis non(ut pleriq; exiſtimauerunt)eadem eſt quæ xyphion,aut phaſganion, quanq̃ cuſpidi ſilis ſemine. Habet enim folia porri,rubẽtia ad radicẽ,& plura q̃ in caule capitula, perſonis comicis ſimilia, paruã exerentibus linguam,radicibus prælongis. Naſcitur in ſitientibus.E diuerſo xyphion,& phaſganion in humidis, cum primum exit, gladij præbet ſpeciem caule duũm cubitorũ, radice ad nucis auellanæ figuram fimbriata,quã effodi ante meſſes oportet, ſiccari in umbra.Superior pars eius cum thure trita,æquo pondere admixto uino,oſſa fracta ẽ capite extrahit,aut ſi quid in corpere ſuppurat,uel ſi calcata ſunt oſſa.Serpentis eadẽ contra uenena efficax. Caput in dolore ueratro in oleo uel roſaceo decocto tritoq; ,ungi cõuenit:Peucedano ex oleo uel roſaceo & aceto.Tepidum hoc ꝓdeſt & doloribus,qui plerunq; ex dimidia parte capitis ſentiuntur,& uertigini.Perungunt & radice eius ſudoris cauſa elicien di,quoniã cauſtica uis ei eſt. Pſyllion alij cynoides, alij cryſtallion,alij ſicelĩõ,alij cynomyian appellãt, radice tenui,ſupuacua,ſarmẽtoſum,fabæ granis in cacumibus,folijs canino capiti nõ diſsimilibus, ſemine aũt pulici,unde & nomẽ hoc in baccis. Ipſa herba in uineis inuenitur.Vis ei ad refrigerandum & diſcutiendum ingens.Semen in uſu.Frõti imponitur in dolore & temporibus, ex aceto & roſaceo,aut poſca.Ad cætera illinitur acetabuli menſura ſextario aquæ

rio aquæ denſat ac contrahit. Tunc terere oportet, & craſſitudinem illinere cuicunq; dolori, & collectioni, inflammationiq;. Et uulneribus capitis medetur ariſtolochia, fracta extrahens oſſa, & in alia quidem parte corporis, ſed maxime è capite. Similiter plyſtolochia. Thyſſelium eſt non diſſimile apio. Huius radix commanducata purgat capitis pituitas.

Thyſſelion an thryſſelinon legendū ſit, dubitat et Hermo.

De centaurio, et chelidonia et, panace, et hyoſcyamo, & euphorbio, ad oculorū uitia. Ca. XII.

Oculorū aciē centaurio maiore putāt adiuuari, ſi addita aqua foueātur. Succo uero minoris cū melle culices, nubeculas, obſcuritatē diſcuti, cicatrices extenuari: Albugines quidem etiā iumentorū ſiderite. Iam chelidonia ſupradictis oībus mire medetur. Panacis radix cū polenta epiphoris imponitur. Hyoſcyami ſemen bibūt obolo, tantundē meconij adijcientes uinūq;, ad epiphoras inhibendas. Adiungūt & gentianæ ſuccū, quē collyrijs acrioribus pro meconio miſcent. Facit claritatē & euphorbiū inunctis. Inſtillatur plantaginis ſuccus lippitudini. Caligines ariſtolochia diſcutit. Iberis adalligata capiti cū quinquefolio, epiphoras: & ſi qua ī oculis uitia ſunt, emēdat. Verbaſcū epiphoris imponitur: Periſtereos ex roſaceo uel aceto. Ad hypochyſin & caliginem, cyclaminon in paſtillos diluūt. Peucedani ſuccum, ut diximus, ad claritatem & caligines, cum meconio & roſaceo. Pſyllion illitum fronti, epiphoras ſuſpendit.

De ana-

De anagallide ſiue corchoro, & mandragora ſiue circeio, & cicuta, & crethmo agrio, & molibdena, & capno, & acoro, & iride, & cotyledo, & aizoo, & andrachne, & erigero, & de ephemero, & de labro Veneris, & de ranunculo, ad oculorum, aurium, narium, dentium, oriſq; uitia medicinæ. Caput .XIII.

A*Nagallida aliq corchorō uocant. Duo genera eius: Mas flore phœniceo, fœía cæruleo, non altiores palmo, frutice tenero, folijs puſillis, rotundis, in terra iacētibus, naſcūtur in hortis & aquoſis. Prior floret cærulea. Vtriuſq; ſuccus oculorū caliginem diſcutit cum melle, & ex ictu cruorem & argema rubens, magis cum Attico melle inunctis. Pupillas dilatat: & ideo hoc inungūtur antè, quibus paracenteſis fit. Iumentorum quoque oculis medentur. Succus caput purgat per nares infuſus, ita ut deinde uino colluatur. Bibitur & contra angues ſucci drachma in uino. Mirum, quod fœminam pecora uitant. At ſi decepta ſimilitudine (flore enim tantū diſtant) deguſtauere, ſtatim eam quæ aſyla uocatur, in remedio quærunt: Ea à noſtris ferus oculus nuncupatur. Præcipiunt aliqui effoſſuris, ante ſolis ortum, priuſq̄ quicquam aliud loquantur, ter ſalutare eam, tunc ſublatam exprimere: ita præcipuas eſſe uires.*

De euphorbio ſatis dictum eſt, cuius ſuccus lippitudini, ſi tumor erit: item abſinthium cum melle tritum:

tum:itemq́; betonicæ farina conueniet. Et *ægilopas ſanat herba eodẽ noĩe, quæ in hordeo naſcitur, tritici folio, ſemine cõtrito cum farina pmixta impoſitaq́; uel ſucco.* Exprimitur *hic è caulibus folijsq́; prægnantibus, dẽpta ſpica, & in trimeſtri farina digeritur ĩ paſtillos.* Aliqui *et mãdragoræ utebãtur, poſtea abdicatus in hac curatione eſt.* Sed *epiphoris (qđ certũ eſt) medetur & oculorũ dolori, radix tuſa cũ roſaceo et uino. Nã ſuccus multis oculorũ medicamẽtis miſcetur.* Mandragoram *alij circæiũ uocãt.* Duo *eius genera: Cãdidus qui & mas, niger quæ fœmina exiſtimatur, anguſtioribus folijs quàm lactucæ, hirſutis & caulibus, radicibus binis ternisue nigris foris, intus albis, carnoſis teneriſq́;, penè cubitalibus.* Ferunt *mala auellanarum nucum magnitudine, & ijs ſemen ceu pirorum.* Album *hoc alij arſen, alij morion, alij hypoplomon uocant.* Huius *folia alba q̃ alterius latiora, ut lapathi ſatiuæ.* Cauent *effoſſuri contrarium uentum, & tribus circulis antè gladio circũſcribunt, poſtea fodiunt ad occaſum ſpectantes.* Succus *fit & è malis & è caule, deciſo cacumine & radice, punctis apta aut decocta utilis hæc uel ſurculo.* Conciſa *quoq; in orbiculos ſeruatur in uino.* Succus *nõ ubiq; inuenitur, ſed ubi poteſt, circa uindemias quæritur.* Odor *grauis eius, ſed radicis et mali grauior.* Mala *matura in umbra ſiccantur.* Succus *ex ijs ſole dẽſatur:* Itẽ *radicis tuſæ, uel in uino ni*

groad

gro ad tertias decoctæ. Fol'a ſeruãtur in murijs efficacius, aliâs recentium ſuccus peſtis eſt: ſic quoq; noxiæ uires. Grauedinẽ afferunt etiam olfactu, quanq̃ mala in alijs terris mãdantur, nimio tamẽ odore obmuteſcunt ignari. Potu qdem largiore etiã moriuntur. Vis ſomnifica ꝑ uiribus bibẽtium. Media potio cyathi unius. Bibitur & cõtra ſerpentes, & ante ſectiones punctionesq́;, ne ſentiantur: Ob hæc ſatis eſt aliqbus, ſomnum odore quæſiſſe. Bibitur & pro elleboro duobus obolis in mulſo. Efficacius elleborum, ad uomitiones & ad bilem nigram extrahẽdam. Cicuta quoq; uenenum eſt, publica Atheniẽſium pœna inuiſa, ad multa tamen uſus non omittendi. Semen habet noxiũ. Caulis aũt eius & uiridis eſtur plerunq; & in patinis. Lenis hic & geniculatus ut calami nigricans, altior ſæpe binis cubitis, in cacuminibus ramoſus: folia coriandri tenuiora, graui odoratu: ſemẽ aniſo craſſius, radice cõcaua, nullius uſus. Semini et folijs refrigeratoria uis: quæ ſi enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio eſt, prius quàm perueniat ad uitalia, uini natura excalfactoria. Sed ĩ uino pota, irremediabilis exiſtimatur. Succus exprimitur folijs floribúsque, tunc enim maxime tempeſtiuus eſt & melior. Semine trito expreſſus, & ſole denſatus in paſtillos, necat, ſanguinem ex piſſando. Hæc altera uis. Et ideoſic necatorum maculæ in corporibus apparent. Ad diſſoluenda medi-

camenta utuntur illo pro aqua. Fit ex eo ad refrigerandum ſtomachũ malagma. Præcipuus tamẽ eſt ad cohibendas epiphoras æſtiuas, oculorumq́; dolores ſedãdos circumlitus. Miſcetur collyrijs, & alios oẽs rheumatiſmos cohibet. Folia quoq; tumorem omnẽ doloreq́; & epiphoras ſedant. Anaxilaus autor eſt, mammas à uirginitate illitas, ſemper ſtaturas. Q̃d certum eſt, lac puerperarũ mammis impoſita extinguit, Veneremq́; teſtibus circa pubertatẽ illita. Remedia liberationi quibus bibenda cenſetur, non equidem præcepimus. Maxima uis terræ Parthorũ, mox Laconicæ, Creticæ, Aſiaticæ. In Græcia uero Megaricæ, deĩde Atticæ. Crethmos agrios gremias tollit oculorum impoſitus, tumorem quoque polẽta addita. Naſcitur uulgo molibdena, id eſt plũbago, etiam in aruo, folio lapathi, craſſa radice, hiſpida. Hæc commanducata, ſi oculis ſubinde religatur, plũbum quod eſt genus uitij, ex oculis tollit. Capnos prima, quam pedes gallinaceos uocãt, naſcens in parietinis, et ſepibus, ramis tenuiſsimis, ſparſisq́;, flore purpureo, uiridis, ſucco caliginem diſcutit, itaque ĩn medicamenta oculorum additur. Similis & noĩe & effectu alia eſt capnos, fruticoſa, prætenera, folijs coriandri, cineracei coloris, flore purpureo. Naſcitur in hortis & ſegetibus hordeaceis. Claritatem facit inunctis oculis, delachrymationemq́; ceu fumus, unde nomen accepit. Eadẽ euulſas palpebras renaſci phi-

ſci ꝓhibet. *Acoros iridis folia habet, anguſtiora tamẽ & longiore pediculo, radices nigras, minuſq́; uenoſas, cætero & has ſiles iridis, guſtu acres, odore non ingratas, ructu faciles. Optimæ Põticæ, dein Galaticæ, mox Creticæ. Sed primæ in Colchide iuxta Phaſin amnem, & ubicunq; in aquoſis. Recẽtibus uirus maius q̃ uetuſtis. Creticæ candidiores Ponticis. Siccãtur utribus ĩ umbra digitalibus fruſtis. Necnõ inueniuntur q oxymyrſinæ radicẽ acorõ uocant, ideoq́; quidã hanc acorõ agrion uocare malũt. Vis ei ad calfaciendũ extenuandũq́; efficax, cõtra ſuffuſiones & caligines oculorũ ſucco eiuſdem poto, contrá que ſerpentes. Cotyledon paruula herba, cauliculo tenero, puſillo, pingui folio, & concauo ut coxendices, naſcitur in maritimis petroſiſq́;, uiridis, radice oliuæ modo rotũda. Oculis medetur ſucco. Eſt aliud genus eiuſdem, ſordidis folijs, latioribus, denſioribuſq́; circa radicem, uelut oculum cingentibus, aſperimi guſtus, longiore caule, ſed pergracili. Vſus eius ad eadem quæ iridis. Aizoi duo genera: Maius in fictilibus uaſculis ſeritur, quod aliqui buphthalmõ uocant, alij zoophthalmõ, alij ſtergethrõ, qđ amatorijs conueniat, alij hypogeſon, quoniã in ſubgrundijs ferè naſcitur. Sunt qui ambroſiam potius uocãt, & qui amerimnon: Itali ſedum magnum, aut oculũ, aut digitellum. Alterum minuſculum, quod erithales uocant, alij trithales, quia ter floreat, alij chryſo*

thales,aliqui iſoëtes:Sed alij Itali ſedũ,alij aizoum: utrunq;, quoniã uireat ſemꝑ:aliq ſempuiuũ. Maius cubiti altitudinẽ excedit,craßitudine plusq̃ pollicari. Aliud in cacumine linguæ ſimile, carnoſum, pingue,largo ſucco,latitudine pollicari. Alia ĩ terram conuexa,alia ſtantia, ita ut ambitu effigiem imitentur oculi. Quod minus eſt,in muris parietinisq; naſcitur & tegulis,fruticoſum à radice, et ſurſum uſq; ad cacumen:folijs anguſtis,mucronatis,ſuccoſis,palmo alto caule:radix inutilis. Huic ſimilis eſt,quã Græci andrachnen agriam uocãt, Itali illecebram, puſillis latioribus folijs,& breuiori cacumine. Naſcitur in petris,& colligitur cibi cauſa. Omniũ harum uis eadem,perfrigerare & aſtringere. Medentur epiphoris folia impoſita,uel ſuccus inunctus. Purgant enim ulcera oculorũ,explentq;,& ad cicatricem ꝓducunt,palpebras deglutinãt. Eædem capitis doloribus medentur,ſucco uel folio tẽporibus illitis. Aduerſantur phalangiorum ictibus: Aconito uero maius aizoum præcipue. A ſcorpionibus quoq; feriri id habentem negãt. Medentur & aurium dolori: Item ſuccus inunctus hyoſcyami modice:Item achilleæ,& minoris centaureæ,& plantaginis, peucedani cum roſaceo & meconio: Acori ſuccus cum roſa. Omnis autem ſtrigili calefactus infunditur. Cotyledon etiam infunditur purulentis, cum medulla ceruina calefacta. Ebuli radices tritæ,et ſuccus linteo

ſolatus, mox in ſole denſatus, & cũ opus eſt roſaceo dilutus & calefactus, parotidas ſanat. Verbenaca quoq; : Itẽ plantago: Itẽ ſideritis cũ axungia ueteri.

Narium ozenas emendat ariſtolochia cum cypero. *Dentibus remedio ſunt, panacis radix commã ducata, præcipue chironiæ, itẽ collutis ſucco: radix hyoſcyami ex aceto manducata. Itẽ polemoniæ com manducantur & plãtaginis radices, aut colligũtur in aceto decoctæ ſucco. Et folia ſunt utilia, uel ſi ſanguine gingiuæ putreſcant, uel ſanguinis ſit reiectio. Semen eiuſdem apoſtemata, & collectiones gingiuarum ſanat. Et ariſtolochia gingiuas dentéſue confirmat: Verbenaca cum radice mãducata, & decocta ex uino, aut aceto ſuccus collutus: Item quinquefolij radices, decoctæ ad tertias uino aut aceto. Prius uero quàm decoquãtur aqua, marina aut ſalſa lauantur. Decoctum diu tenendum in ore. Quidam cinere quinquefolij fricare malũt. Et uerbaſci radix decoquitur in uino ad colluẽdos dentes. Et hyſſopo colluuntur, & peucedani ſucco cum meconio: uel radicum anagallidis magis fœminæ ſucco, ab altera nare qua doleat infuſo.* *Erigeron à Græcis, quæ à noſtris uocatur ſenecio. Hanc ſi ferro circunſcriptam effodiat aliquis, tangatq́; ea dentem, & alternis ter deſpuat, ac reponat in eundẽ locum, ita ut uiuat herba, aiunt dentem eum poſtea non doliturum. Herba eſt trixaginis ſpecie & mollitia, cauliculis ſubru-*

bicundis,naſcitur & in tegulis, & in muris. Nomẽ *hoc* Græci *dederunt, quia uere caneſcit.* Caput *eius numeroſa diuiditur lanugine (qualis eſt ſpinæ) inter diuiſuras exeunte.* Quare *eam* Callimachus *acanthida appellat,alij pappum.* Nec *deĩde* Græcis *de ea conſtat.* Alij *erucæ folijs eſſe dixerunt, alij roboris, ſed minoribus multo.* Radice *alij ſupuacua,alij neruis utile,alij potu ſtrangulante.* E *diuerſo quidam regio morbo cum uino dederunt,& contra oĩa ueſicæ uitia:*Itẽ *cordis & iocineris.* Renibus *extrahere harenam dixere.* Iſchiadicis *drachmã cum oxymelite ab ambulatione propinauere.* Torminibus *quoq; in paſſo utiliſſimam,præcordijs etiã cibo ex aceto eam prædicantes,ſerentesq; in hortis.* Nec *defuere q & alterum genus facerent.* Nec *quale eſſet demonſtrarunt,contra ſerpentes in aqua bibẽdam,edendamq; comitialibus dantes.* Nos *eam* Romanis *experimentis per uſus digeremus.* Lanugo *eius cum croco & exiguo aquæ frigidæ trita illinitur epiphoris.* Toſta *cum mica ſalis ſtrumis.* Ephemeron *folia habet lilij,ſed minora, caulem parem,florem cæruleum,ſemen ſuperuacuum, radicem unam digitali craßitudine, dẽtibus præcipuã conciſam in aceto,decoctám que ut tepido colluantur.* Et *ipſa etiam radix mobiles ſiſtit.* Cauis *& exeſis imprimitur.* Chelidoniæ *radix ex aceto trita continetur ore.* Eroſis *ueratrum nigrũ imponitur.* Mobiles *dẽtes utralibet decocta in*

aceto

aceto firmantur. Labrum uenereum uocant in flumine naſcentẽ. Eſt ei uermiculus qui circa dentes ligatur, aut cauis dẽtium cera includitur. Cauendum ne euulſa herba terram tangat. Ranunculum uocamus, quem græce batrachion. Genera eius quatuor. Vnum pinguioribus q̃ coriandri folijs, & ad latitudinem maluæ accedẽtibus, colore liuido, caule albo, gracili, & radice alba. Naſcitur in limitibus humidis et opacis. Alterum folioſius, pluribus foliorũ inciſuris, altis caulibus. Tertium minimum eſt, graui odore, flore aureo. Quartum ſimile huic, flore luteo. Omnibus uis cauſtica, ſi cruda folia imponantur, puſtulasq; ut ignis faciũt. Ideo ad lepras et pſoras utuntur, & ad tollenda ſtigmata, cauſticisq; oĩbus miſcent. Alopecijs imponunt, celeriter remouẽtes. Radix in dolore cõmanducata diutius, rumpit dentes. Eadem ſicca conciſa, ſternutamentum facit. Noſtri herbarij ſtrumeam uocant, quoniam medetur ſtrumis & panis, parte in fumo ſuſpenſa. Creduntq; ea rurſus ſata rebellare quæ curauerint uitia: quo ſcelere et plantagine utũtur. Oris ulcera intus ſuccus plantaginis emendat, & folia radicesq; cõmanducata, uel ſi rheumatiſmo laboret os. Vlcera fœtorẽq; qnquefoliũ. Vlcera pſylliũ. Cõpoſita quoq; ad fœtorẽ, uel maxĩe pudendũ uitiũ, trademus. Ergo folia myrti et lẽtiſci pari pondere, gallæ ſyriacæ dimidiũ pondus, ſimul terere in uino uetuſto, ſparſa mandere

matutino,

matutino, optimũ eſt. Vel ederæ baccas cũ caſſia & myrrha, pari pondere ex uino. Naribus utiliſsimum eſt dracontij ſemen contritũ ex melle, etiam ſi carcinomata in his ſunt. Sugillata hyſſopo emendantur. Stigmata in facie, mandragora illita delet.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XXVI.

PROŒMIVM.

Reliquæ per morborum genera medicinæ, & de nouis morbis, & de lichene quid ſit, & quando primum in Italia cœperint, et de carbunculo, & de elephantiaſi, & colo. Caput .I.

SEnſit & facies hoĩum nouos, oĩq; æuo priore incognitos, non Italiæ mõ, uerumetiã uniuerſæ ꝑpe Europæ, morbos: Tunc quoq; nec tota Italia, nec ꝑ Illyricũ Galliaſue aut Hiſpanias magnoꝑe uagatos, aut alibi, q̃ Romæ circaq;, ſine dolore quidẽ ullo, aut ſine ꝑnicie uitæ, ſed tanta fœditate, ut quæcunq; mors præferenda eſſet. Grauiſsimum ex his lichenas appellauere, græco nomine, latine (quoniã à mento ferè oriebatur) iocularí primũ laſciuia, (ut eſt ꝓcax natura multorũ in alienis miſerijs) mox & uſurpato uocabulo mentagrã, occupan-

occupantem in multis totos utique uultus, oculis tantum immunibus, deſcendentem uero & in colla pectus' que ac manus, fœdo cutis furfure. Non *fuerat hæc lues apud maiores patresq́; noſtros.* Et *primum* Tiberij Claudij Cæſaris *principatu medio irrepſit in* Italia, *quodam* Peruſino *equite* Romano *quæſtorio ſcriba, cum in* Aſia *apparuiſſet, inde contagionem eius importante.* Nec *ſenſere id malum fœminæ, aut ſeruitia, plebesq́; humilis, aut media, ſed pceres ueloci tranſitu oſculi: maxīe fœdiore multorum, q ppeti medicinā tolerauerāt, cicatrice q̄ morbo.* Cauſticis *nāq; curabatur, nec niſi uſq; in oſſa corpus exuſtū eſſet, non rebellāte tædio.* Adueneruntq́; *ex* Aegypto *genitrice taliū uitiorū medici, hāc ſolā operā afferentes, magna ſua præda.* Siquidē *certum eſt,* Maniliū Cornutū *ex prætorijs legatum* Aquitanicæ *prouinciæ, ſeſtertia* .CC. *elocaſſe in eo morbo ad curandū ſeſe.* Acciditq́; *ſæpius, ut noua contrà genera morborum gregatim ſentirentur:* Quo *mirabilius quid poteſt reperiri? aliqua gigni repente uitia terrarū in parte certa, certisq́; membris hominum, uel ætatibus, aut etiā fortunis: tanquā malo eligente, hæc in pueris graſſari, illa in adultis, hæc proceres ſentire, illa pauperes.* L. Paulo, Q. Martio *cenſoribus, primum in* Italia *carbunculum ueniſſe, annalibus conſcriptum eſt, peculiare* Narbonenſis *prouinciæ malum: quo duo conſulares obiere, con-*

dentibus

dentibus hæc nobis eodẽ anno, Iulius Ruffus, & Q. Licinius Baſſus, ille medicorũ inſcitia ſectus, hic uero pollice læuæ manus euulſo acu ab ſemetipſo, tam paruo uulnere ut uix cerni poſſet. Naſcitur in occultiſſimis corporũ partibus, & plerunq; ſub lingua, duritia rubẽs uarijs modis, ſed nigricãs capite, aliâs liuida, corpus intendens, neq; intumeſcens, ſine dolore, ſine pruritu, ſine alio q̃ ſomni indicio, quo grauatos in triduo aufert, aliquando & horrorẽ afferẽs, circaq; puſtulas paruas, rarius feriens ſtomachum, faucesq; cum inuaſerit, ocyſſime exanimans. Diximus elephãtiaſin ante Pompei Magni ætatẽ nõ acci diſſe in Italia, & ipſam à facie ſæpius incipientẽ. In nare prima ueluti lenticula, mox inualeſcente per totum corpus, maculoſa, uarijs coloribus, & inæquali cute, alibi craſſa, alibi tenui, dura, ceu ſcabie aſpa, ad poſterũ uero nigreſcente, et ad oſſa carnes apprimente, intumeſcẽtibus digitis in pedibus manibusq;. Aegypti peculiare hoc malũ: & cũ in reges incidiſſet, populis funebre. Quippe in balneis ſolia temperabantur humano ſanguine ad medicinã eam. Et hic quidẽ morbus in Italia celeriter reſtinctus eſt: ſicut & ille quẽ gemurſam appellauere priſci, inter digitos pedũ naſcentẽ, etiã nõie obliterato. Idipſum mirabile, alios deſinere in nobis morbos, alios durare, ſicuti colum. Tiberij Cæſaris principatu irrepſit id malũ. Nec quiſq̃ prior Imperatore ipſo ſenſit, magna

ciuitatis

ciuitatis ambage, cũ edicto eius excuſantis ualetudinem, legeret nomen incognitum. Quid hoc eſſe dicemus, aut quas deorũ iras? Parũ enim erãt homini cætera morborum genera, cum ſupra. CCC. eſſent, niſi etiã noua timerentur? Neq; ipſi hoĩes pauciora ſibi opere ſuo negocia importãt. Hæc apud priſcos erãt quæ memoramus remedia, medicinã ipſa quodã modo rerum natura faciente, & diu fuere.

Laus Hippocratis. Caput .II.

HIppocratis certe, qui primus medendi præcepta clariſſime cõdidit, referta herbarũ mentione inuenimus uolumina. Nec minus Dioclis Caryſtij, qui ſecundus ætate famaq; extitit: Itẽ Praxagoræ & Chryſippi, ac deinde Eraſiſtrati. Herophilo quidẽ, quanq̃ ſubtilioris ſectæ cõditori, ante oẽs celebratam rationẽ eã, paulatim uſu, efficaciſſimo rerũ oĩm magiſtro, peculiariter utiq; mediciæ, ad uerba garrulitatẽq; deſcendẽte. Sedere nãq; in his ſcholis auditioni occupatũ gratius erat, q̃ ire per ſolitudines, & quærere herbas alias alijs diebus anni.

De noua medicina, & Aſclepiade medico, et qua rõne ueterem medicinam mutauerit. Ca. III.

DVrabat tamen antiquitas firma, magnasq; cõfeſſæ rei uindicabat reliquias, donec Aſclepiades ætate Magni Põpei rhetoricæ magiſter, nec ſatis in ea arte quæſtuoſus, ut ad alia ſagacis ingenij, huc ſe repente conuertit: atq; (ut neceſſe erat homini

qui nec

qui nec id egiſſet, nec remedia noßet, oculis uſuq; ꝑcipienda) torrēti ac meditata quotidie orōne blandiens, oīa abdicauit, totāq; medicinā ad caſum reuocādo, coniecturā fecit: quinq; res maxīe cōmuniū auxiliorū ꝓfeſſus, abſtinentiā cibi, aliâs uini, fricationē corporis, ambulationē geſtationesq;, cū unuſquiſq; ſemetipſum ſibi præſtare poſſet intelligere. Fauenti *bus cunctis* *ni *eſſent uera, quæ facillīa erāt, uniuerſum ꝓpè humanū genus circūegit in ſe, non alio modo q̄ ſi cælo emiſſus adueniſſet.* Trahebat *præterea mentes artificio mirabili, uinum ꝓmittendo ægris, dādoq; tempeſtiue tum frigidā aquā.* Et *quoniā cauſas morborū prior ſcrutari* Herophilus *inſtituerat, uini rationē illuſtrauerat.* Cleophātus *apud priſcos, ipſe cognominari ſe frigidā dando præferens.* Et *ut autor eſt* M. Varro, *alia quoq; blandimenta excogitabat, iam ſuſpendendo lectulos, quorū iactatu aūt morbos extenuaret, aut ſomnos alliceret, iam balneas auidißima hominum cupidine inſtituendo, & alia multa dictu grata atq; iucunda: magna autoritate, nec minore fama, cum occurrißet ignoto funeri, relato homine ab rogo atq; ſeruato, ne quis leuibus momentis tantam conuerſionem factā exiſtimet.* Id *ſolum poßumus indignari, unum hominem è leuißima gente, ſine opibus ullis orſum, uectigalis ſui cauſa, repente leges ſalutis humano generi dediſſe, quas tamen poſtea abrogauere multi.* Aſclepiadem *uero adiuuere*

Loco ni, particulæ, ceu, fortaßis legendū eſt hoc mō, ceu eſſent uera.

adiuuere multi, cura nimis anxia & rudi, aut obruendi ægros ueſte, ſudores'que omni modo ciendi, nunc corpora ad ignes torrẽdo, ſol. sue aſſidue quærendo in urbe umbroſa, imò uero tota Italia imperatrice, tum primum penſili balnearum uſu ad infinitum blandiẽte. Præterea in quibuſdã morbis medendi cruciatus detraxit, ut in anginis, quas curabant in fauces organo demiſſo. Damnauit merito et uomitiones, tunc ſupra modum frequentes. Arguit et medicamentorum potus ſtomacho inimicos, quod eſt magna ex parte uetitum. Itaque nos in primis quæ ſunt ſtomacho utilia ſignemus.

Irriſio magicæ artis, & de lichene, eiuſq; remedio, & faucium. Caput .IIII.

SVper omnia adiuuere eum magicæ uanitates, in tantum euectæ, ut abrogare herbis fidẽ cunctis poſſent. Aethiopide herba amnes ac ſtagna ſiccari coniectu tactu clauſa omnia aperiri. Achimenide coniecta in aciem hoſtium, trepidare agmina, ac terga uertere. Latacen dari ſolitam à Perſarum rege legatis, ut quocunq; ueniſſent, omnium rerum copia abundarent, ac multa ſimilia. Vbinam iſtæ fuere, cum Cimbri Teutoniq; terribili Marte ulularent, aut cum Lucullus tot reges magorum paucis legionibus ſterneret? Cur'ue Romani duces primam ſemper in bellis rationem commerciorum habuere? Cur Hercules Cæſaris miles in Pharſalia famem

ſalia famem ſentit, ſi abundantia oĩs cõtingere unius herbæ felicitate poterat? Nõ ſatius fuit Aemilianũ Scipionem Carthaginis portas herba patefacere, q̃ machinis clauſtra per tot annos quatere? Siccentur æthiopide Pontinæ paludes, tantũq; agri ſuburbanæ reddatur Italiæ. Nanq; apud eundẽ Democritũ inuenitur cõpoſitio medicamẽti, quo pulchri boniq; et fortunati gignantur liberi. Cur nunq̃ Perſarũ regi talis eſt dedita? Mirũ eſſet ꝑfecto, hucuſq; prouectã credulitatẽ antiquorũ, ſaluberrimis ortã initijs, ſi in ulla re modũ humana igenia nouiſſent: * ac niſi nos hanc ipſam medicinã ab Aſclepiade repertã ſuo loco probaturi eſſemus, euectã ultra magos etiã. Sed hæc eſt omni in re animorũ cõditio, ut à neceſſarijs orſa primũ, cuncta uenerint ad nimiũ. Igitur demonſtratarũ priore libro herbarũ reliquos effectus dicemus, adijciemusq; quas ratio dictauerit. Sed in lichenis remedijs, atq; tam fœdo etiã malo, plura undiq; aceruabimus, quanq̃ non paucis iã demõſtratis. Medetur ergo plãtago trita, quinquefolium, radix albuci ex aceto, ficulni caules aceto decocti, hibiſci radix cũ glutino & aceto acri decocta ad quartas. Defricãtur etiam pumice, et rumicis radix trita ex aceto illinitur, & flos uiſci cũ calce ſubactus. Laudatur & tithymalũ cũ reſina decoctũ. Lichen uero herba his oĩbus præfertur, inde nomine inuento. Naſcitur in ſaxoſis, folio uno ad radicẽ lato, caule uno, paruo, lon

Prior lectio habebat: Atq; nos, cũ diſtinctione ſupioris clauſulæ. At nos loco, Atq; ac niſi, legẽdũ cẽſuimus appoſito colo poſt uerbum nouiſſent, ut eſſet lectionis cõtinuatio, q ita ſenſus & planior & magis obuius eſſet. Vtra aũt lectio magis ꝓbanda ſit, cãdidi lectoris iudicio cõmittimus.

paruo,lõgis folijs depẽdẽtibus. Hæc delet et ſtigma ta. Teritur cũ melle. Eſt aliud genus lichenis, petris tantũ adhærẽs ut muſcus,q & ipſe illinitur. Hic & ſanguinẽ ſiſtit uulneribus iſtillatus, et collectiones il litus. Morbũ quoq; regiũ cũ melle ſanat ore illito et lingua. Qui ita curãtur, aqua ſalſa lauari iubentur, ungi oleo amygdalino,hortenſibus abſtinere. Ad lichenas & thapſiæ radice utũtur trita cũ melle. Anginæ et argemonia medetur,ſumpta ex uino: Et hyſ ſopũ cum uino decoctũ & gargarizatũ: Peucedanũ cum coagulo uituli marini æquis partibus: Proſerpi naca cum muria & ex oleo trita,uel ſub lingua habita: Item ſuccus de quinquefolio, potus cyathis tribus. Hic & omnibus faucium uitijs medetur gargarizatus. Verbaſcum priuatim tõſillis in aqua potũ.

Ad ſtrumas, & ad digitos, & ad pectus, & ad tuſſim medicinæ. Ca. .V.

STrumis plãtago: Chelidonia cũ melle & axungia: Quinquefoliũ: & radix pſolatæ: Item cum axungia opitur folio ſuo impoſita: Itẽ artemiſia: Radix mandragoræ ex aqua. Sideritis lata folia,clauo ſiniſtra manu circũfoſſa adalligantur, cuſtodiẽda ſanatis,ne rurſus ſata diro herbariorũ ſcelere (ut in q buſdam) rebellet: qđ & in his quos artemiſia ſanauerit, prædici reperio: itẽ in his quos plantago. Damaſonion quæ & alcea uocatur, ſub ſolſtitio collecta, imponitur ex aqua cæleſti foliũ tritũ,uel radix cum

axungia tuſa, ita ut impoſita folio ſuo operiatur. Sic & ad oẽs ceruicis dolores tumoresq́;, quacunq; in parte. Bellis in pratis naſcitur, flore albo, aliqua tenus rubente. Hanc cum artemiſia illatam, efficaciorem ꝓdunt. Condurdõ herba ſolſtitialis, flore rubro, ſuſpenſa in collo, cõprimere dicitur ſtrumas. Itẽ uerbenaca cum plantagine, digitorũ uitijs oĩbus, & priuatim pterygijs. Quinquefoliũ medetur pectoris uitijs. Vel quod grauiſſimum eſt tuſſis, huic medetur panacis radix ĩ uino dulci. Succus hyoſcyami etiam ſanguinẽ excreãtibus: Nidor quoque accenſi tuſſientibus: Item ſcordotis mixto naſturtio & reſina, cum melle tuſa arida. Facit & per ſe faciles excreationes: Item cẽtaurium maius, & ſanguinem reijcientibus, cui uitio et plantaginis ſuccus medetur. Et betonica obolis tribus in aqua, cõtra purulentas, contraq́; cruẽtas excreationes: Perſolatæ radix drachmæ põderis, cũ pineis nucleis undecim. Peucedani ſuccus, pectoris doloribus, et acorum ſubuenit, & ideo antidotis miſcetur. Tuſſi daucũ: Item ſcythica herba. Ea demũ omnibus pectoris uitijs, tuſſi et purulẽta excreãtibus, obolis tribus in paſſo.

* De ſcythica herba & eius medicina, mẽtionem facit Theoph. l. 9. ca. 13. Naſcitur, iq̃t, hæc apđ Mæotin, utilis ad anhelitus, & ad tuſſim ſiccã, atq; in totũ thoracis laborantis medicamento cõmoda redditur. &c.

De uerbaſco, & cacalia uel tuſſilagine, & bechio, & ſaluia ad tuſſim. Caput .VI.

Totidẽ obolis bibitur uerbaſcũ, cuius flos aureus. Tãta huic uis eſt, ut iumẽtis etiã nõ tuſſiẽtibus modo, ſed ilia quoq; trahẽtibus auxilietur potus: quod

q̃ᵗ et de gẽtiana repio. Radix cacaliæ cõmãducata, & in uino madefacta, non tuſſi tantũ, ſed & faucibus ꝓdeſt. Hyſſopi quoq; quinque rami cum duobus rutæ et ficis tribus decoctis thoracẽ purgãt. Tuſſim ſedat becchiõ, quæ et tuſſilago dicitur. Duo eius genera: Syluestris ubi naſcitur, ſubeſſe aquas credunt, et hoc habẽt ſignum aqleges. Folia ſunt maiuſcula q̃ ederæ, qnq; aut ſeptẽ, ſubalbida à terra, ſupne pallida, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, radice tenui. Quidam eandẽ eſſe becchiõ, et alio noĩe chamæleucẽ putant. Huius aridæ cum radice fumus per harundinẽ hauſtus aut deuoratus, ueterẽ ſanare dicitur tuſſim: ſed in ſingulos hauſtus paſſum guſtãdum eſt. Altera à quibuſdam ſaluia appellatur, ſimilis uerbaſco, conteritur ea, & colata calefacit, atque ita ad tuſſim lateriſq; dolores bibitur: contra ſcorpiones eadem & dracones marinos efficax. Contra ſerpentes quoq; ex oleo perũgi ea ꝓdeſt. Hyſſopi faſciculus cum quadrante mellis decoquitur ad tuſſim.

Ad lateris dolores & pectoris, ad orthopnoeas, ad iocineris dolorem, cordis dolori, pulmoni, urinæ, tuſſi, pectori, ulceribus, renibus, hepaticis, ad uomitiones, et ad ſingultus, pleureticis, lateri. Caput .VII.

LAteris & pectoris dolores uerbaſcũ cum ruta ex aqua: Betonicæ farina bibitur ex aqua calida. Stomachum corroborat ſcordotis ſuccus, centaurium,

quoq; et præcordijs. Caucō quæ et ephedra, ab alijs anabaſis uocata, naſcitur uētoſo ferè tractu, ſcandēs arborē, & ex ramis ꝑpendēs, folio nullo, cirris numeroſa, q ſunt iūci geniculati, radice pallida. Datur ex uino nigro auſtero trita ad tuſsim, ſuſpiria, tormina, & ſorbitione facta, in quā uinū addi cōuenit: Itē gentiana madefacta pridie contrita denarij pōdere in uini cyathis tribus. Geum radiculas tenues habet, nigras, bene olētes. Medetur non modo pectoris doloribus aut lateris, ſed et cruditates diſcutit iucundo ſapore. Verbenaca uero oībus uiſceribus medetur, lateribus, pulmōibus, iocineribus, thoraci. Peculiariter autē pulmonibus, & quos ab his phthiſis tentat. Radix uero cōſiliginis quā nuꝑ inuentam diximus, ſuū quidē & pecorū oīm remediū præſens eſt. Pulmonū uitio uel traiecta tantū in auricula. Bibi debet ex aqua, haberiq; in ore aſsidue ſub lingua. Superficies huius herbæ an ſit in aliquo uſu, adhuc in certū eſt. Renibus ꝓdeſt plantaginis cibus, betonicæ potus, agaricū potū, ut ī tuſſi. Tripoliū in maritimis naſcitur ſaxis, ubi allidit unda, neq; ī mari, neq; in ſicco, folio iſatis craſsiore, palmo alto, ī mucrone diuiſo, radice alba, odorata, craſſa, calidi guſtus. Datur epaticis in farre cocta. Hæc herba eadē uidetur qbuſdā quæ poliū, de qua loco ſuo diximus. ✠ Symphonia, uel gūphena, alternis uiridibus roſeiſq; per- caulē folijs, in poſca ſanguinem reijcientibus medetur.

Sed et daucon legi poteſt ex Dioſcoride.

** Li. 25. c. 8.*

✠ Eadem & ſymphona legitur, et ſumphena, ſi Hermo. credimus.

tur. Iocineri aũt herba melandriũ,naſcẽs in ſegete ac pratis,flore albo odorata. Eius cauliculus cõteri tur ex uino uetere: Itẽ herba chalcetũ è uineis cõtri ta ĩponitur. Faciles præſtat uomitiones radix betoni cæ,ellebori modo. IIII. drachmis ĩ paſſo aut mulſo: Hyſſopũ tritũ cũ melle utilius, præſumpto naſturtio aut irione: Molemoniũ denarij põdere. Eſt et pſylli bus lacteus ſuccus,q dẽſatus in gũmi,ſumitur cũ mel le ſupradicto põdere,præcipueq; bilẽ trahit. Rurſus ſiſtunt uomitionẽ cyminũ ſylueſtre,betonicæ farina, ſumũtur ex aqua abſterguntq; faſtidia: cruditatesq; digerũt daucũ,betonicæ farina,ex aqua mulſa, plã tago decocta caulium modo. Singultus hemioniũ ſe- dat: Item ariſtolochia. Suſpiria clymenos. Pleureti- cis & peripneumonicis centaurium maius,item hyſ ſopum bibitur. Pleureticis peucedani ſuccus. Ha lus autem quam Galli ſic uocant, Veneti cotoneam, medetur lateri: Item renibus conuulſisq; & ruptis. Similis eſt cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo,dul- cis,& ſitim ſedat,raræ radicis, alibi albæ,alibi ni- græ. Eoſdem effectus lateris doloribus habet chame rops,myrteis circa caulem geminis folijs,capitibus Græculæ roſæ,ex uino pota. Iſchiadicos dolores & ſpinæ leuat agaricum potum,ut in tuſſi: Item & ſthœcadis,aut betonicæ farina ex aqua mulſa.

De pſyllibus q̃ nã ſint,ſe nihil uſq̃ cõperiſſe ſcribit Hermo laus.

De omnibus uitijs uentris & remedijs,& eo rum quæ circà uel intrà ſunt, et de aluo ſiſten

da.

da, uel ſoluenda. Caput VIII.

PLurimum tamen negocij humano generi aluus exhibet, cuius cauſa maior pars mortalium uiuit. Aliâs enim cibos non tranſmittit, aliâs non continet, aliâs non capit, aliâs non conficit. Eoq́; mores uenere, ut homo maxime cibo pereat. Peſſimum corporum uas, inſtat ut creditor, et ſæpius die appellat. Huius gratia præcipue auaritia expetitur, huic luxuria cõditur, huic nauigatur ad Phaſin, huic ꝓfunda uada exquiruntur: Et nemo uilitatem eius æſtimat conſummationis fœditate. Ergo numeroſiſſima eſt circa hanc medicinæ opera. Siſtit eã ſcordotis recentis drachma cũ uino trita, uel decocta potu. Palæmonia quoq; & dyſentericis ex uino datur: Verbaſci radix pota ex aqua duorum digitorũ magnitudine: Nymphææ heracliæ ſemen cum uino potũ. Radix ſuperior è xiphio, drachmæ pondere ex aceto: Semen plantaginis in uino tritum, uel ipſa ex aceto cocta, aut alica ex ſucco eius ſumpta: Item cum lenticula cocta, uel aridæ farina inſperſa potioni cũ papauere toſto & trito, uel ſuccus infuſus aut potus betonicæ, in uino ferro calefacto. Eadem cœliacis in uino auſtero datur; his & iberis imponitur, ut dictum eſt. Lib.25.ca.5. Tenaſmo radix nymphææ heracliæ è uino bibitur: Pſyllium in aqua cum radicibus decoctum. Aizoi ſuccus aluum ſiſtit & dyſenterias, & tineas rotundas pellit. Symphyti radix dyſenteriam ſi-

ſtit & chondris, ſiue pſeudodictamnũ, hypociſthis, orobathion uel orobãche à quibuſdã dictũ, malogranato immaturo ſilis. Naſcitur ut diximus ſub ciſtho, unde nomẽ hoc. Areſacta in umbra ſiſtit aluũ ex uino auſtero nigroq; utraq;: Duo enĩ genera eius, cãdida, et ruffa. Vſus in ſucco ſpiſſat, ſiccat. Et ruffa magis ſtomachi rheumatiſmos emẽdat. Pota tribus obolis, ſanguĩs excreatiões. Cũ amylo dyſenterias pota & infuſa. Itẽ uerbenaca ex aqua data, aut carẽtibus febre ex uino aminæo, cochlearibus. V. additis ĩ cyathis tribus uini. Lauer quoq; naſcẽs in riuis cõdita et cocta tormĩbus medetur. Potamogeton uero ex uino dyſentericis etiã et cœliacis, ſilis betæ folijs, minoribus tantũ hirſutioribusq;, paululũ ſupeminẽs extra aquã, peculiariter refrigerat, ſpiſſat. Vſus in folijs, cruribus uitioſis utilia, et cõtra ulcerũ nomas, cũ melle uel aceto. Caſtor hãc aliter nouerat, tenui folio uelut eqnis ſetis, thyrſo lõgo et leui, ĩ aquoſis naſcentẽ. Radice ſanabat ſtrumas et duritias. Potamogetõ aduerſatur et crocodilis, itaq; ſecũ habent eã q uenãtur illos. Aluũ ſiſtit et achillea. Eoſdẽ effectus præſtãt et ſtatice. VII. caulibus, ueluti roſæ capita ſuſtinens. Ceratia uno folio, radice nodoſa & magna, in cibo cœliacis et dyſentericis medetur. Leontopodiõ, alij leuceoron, alij doripetron, alij thorybetron uocãt, cuius radix aluũ ſiſtit, purgatq; bilẽ in aqua mulſa, addito põdere denariorũ duũ. Naſcitur in cãpeſtri et gracili ſolo. Se-

li ſolo. Semen eius potũ, lymphatica ſomnia facere dicitur. Lagopus ſiſtit aluũ e uino pota, aut in febri ex aqua. Eadem inguini adalligatur in tumore. Naſcitur in ſegetibus. Multi ſup oĩa laudant ad deploratos dyſentericos qnquefoliũ, decoctis in lacte radicibus & potis: & ariſtolochiam uictoriati pondere in cyathis uini tribus. Quæ ex ſupradictis calida ſumẽtur, hæc candente ferro temperari aptius erit. E diuerſo purgat aluũ ſuccus cẽtauri minoris, drachma in hemĩa aquæ cũ exiguo ſalis et aceti, bileq́; detrahit: Maiore tormĩa diſcutiũtur. Betonica aluũ ſoluit drachmis quatuor, in hydromelitis cyathis nouẽ. Itẽ euphorbiũ uel agaricũ, drachmis duabus cũ ſale modico potũ ex aqua, aut in mulſo obolis tribus. Soluit & cyclaminos ex aqua pota, aut balanis ſubditis: Itẽ chamæciſſi balanus. Hyſſopi manipulus decoctus ad tertias cum ſale, pituitas trahit illitus, uel contritus cũ oxymelite & ſale: pellitq́; uentris animalia. Pituitã & bilẽ detrahit peucedani radix. Aluũ purgat anagallis ex aqua mulſa. Itẽ epithymon q eſt flos e thymo, ſatureiæ ſilis. Differentiaq́;, hic herbaceus eſt, alterius thymi albus. Quidã hippopheõ uocant, ac ſtomacho minus utilis. Vomitiones mouet, ſedat tormina, & inflammationes diſcutit. Sumitur & ea ecligmate ad pectoris uitalia cum melle, & aliquando iride. Aluum ſoluit, à quatuor drachmis ad ſex, cum mellis exiguo ſaliſq́; & aceti. Quidam aliter

epithymũ

epithymũ tradunt ſine radice naſci tenui, ſimilitudĩe pallioli, rubẽs, ſiccari in umbra, bibi ex aqua aceta buli menſura: dimidia detrahere pituitã bilẽq;. Aluũ leniter ſoluit & nymphæa in uino auſtero. Soluit & pygnocomon, erucæ folijs craſſioribus & acrioribus, radice rotunda, lutei coloris, terram olente cau le quadrãgulo, modico, tenui, flore ocimi. Inuenitur in ſaxoſis locis. Radix eius in aqua mulſa. XII. *pondere denariorum, & aluum, & bilem, & pituitam exinanit. Semen ſomnia tumultuoſa facit, una drachma in uino potum. Et capnos ſtrumam diſcutit. De trahit bilem polypodion, quã noſtri filiculã uocant: ſimilis enim eſt filici. Radix in uſu, piloſa, coloris intus herbacei, craſſitudine digiti minimi, acetabulis cauernoſa ceu polyporum cirri, ſubdulcis, & in petris naſcens, aut ſub arboribus uetuſtis. Exprimitur ſuccus aqua madefacta, & ipſa conciſa inſpergitur oleri, & betæ, & maluæ uel ſalſamento, uel cum pulticula coquitur ad aluum leuiter ſoluendam, uel in febri. Detrahit bilem & pituitam, ſtomachum offendit. Aridæ farinæ indita, naribus polypum conſumit. Floret, & ſemen non fert. Scamonium quoque diſſolutionẽ facit, bilem detrahit, aluum ſoluit, præterquã ſi adijciantur aloes drachmæ duæ obolis eius duobus. Eſt autem ſuccus herbæ ab radice ramoſæ, pinguibus folijs, triangulis, albis, radice craſſa, madida, nauſeoſa. Naſcitur pingui & albo ſolo. Radix circa*

areſcat. Quinas aũt guttas ſingulis excipi ſatis eſt. Traduntq́; etiã totiens purgari hydropicos fico ſumpta, quot guttas lactis exceperit. Succus cum colligitur, ne attingat oculos cauendũ eſt. Folijs tuſis priore minus efficax. Fit & decoctũ è ramis. Eſt & ſemen in uſu cũ melle decoctum ad catapocia ſoluẽdæ alui gratia. Semẽ & dentiũ cauis cera includitur. Colluũtur et dẽtes ſucco radicis decoctæ in uino aut oleo. Illinũt & lichenas ſucco, bibuntq́; eũ ut purgent uomitiones, & aluo ſoluta, aliâs ſtomacho inutilẽ. Trahit pituitã ſale adiecto in potu, bilẽ aphronitro. Si ꝑ aluum purgari libeat, in poſca: ſi uomitione, in paſſo aut aqua mulſa. Media potio tribus obolis cõſtat. Ficos à cibo ſumpſiſſe melius eſt. Fauces urit leniter. Eſt enĩ tã feruentis naturæ, ut ꝑ ſe extrà corpori impoſitũ, puſtulas igniũ modo faciat, & ꝓ cauſtico in uſu ſit. Alterũ genus tithymali myrſinitẽ uocãt, alij caryitẽ ſolijs myrti acutis & pungẽtibus, ſed mollioribus, & ipſum etiã in aſperis naſcẽs. Colligũtur comæ eius hordeo turgeſcẽte, ſiccatæq́; in umbra diebus. IX. in ſole inareſcũt. Fructus non pariter matureſcit, ſed pars anno ſequẽte, & nux uocatur. Inde cognomẽ græci dedere. Demetitur cũ meßiũ maturitate. Lauatur, deinde ſiccatur, & datur cũ papaueris nigri duabus partibus, ita ut ſit totũ acetabuli modo, minus hic uomitionibus, q̃ ſupior, cæteri ijdẽ. Aliqui ſic et foliũ eius dedere, nucẽ uero ipſam in mul

ſo, aut

ſo, aut paſſo, uel cũ ſeſama. Trahit bilem & pituitã per aluum. Oris ulcera ſanat. Ad nomas oris folium cũ melle eſtur. Tertiũ genus eſt tithymali, paralius uocatur ſiue tithymalis, folio rotundo, caule palmũ alto, ramis rubentibus, ſemine albo, qđ colligitur incipiente uua, & ſiccatũ teritur, ſumiturq; acetabuli mẽſura ad purgatiões. Quartũ genus helioſcopiõ appellant, folijs portulacæ, ramulis ſtantibus à radice quatuor aut quinq;, rubentibus, ſemipedali altitudine, ſucci plenis. Hoc circa oppida naſcitur, ſemine albo, columbis gratiſſimo, qđ colligitur incipiente uua. Nomen accepit, quoniã capita cũ ſole circumagit. Trahit bilem per inferna in oxymelite dimidio acetabulo, cæteri uſus q characiæ. Quintũ cypariſſian uocant, ꝓpter foliorũ ſi͂litudinẽ, caule gemĩo aut triplici, naſcentẽ in cãpeſtribus, cui eadẽ uis quæ helioſcopio aut characiæ. Sextum platyphyllon uocãt, alij corymbitẽ, alij amygdalitẽ à ſi͂litudine. Nec ullius latiora ſunt folia. Piſces necat, aluũ ſoluit, radice, uel folijs, uel ſucco in mulſo aut aqua mulſa drachmis quatuor. Detrahit priuatim aquas. Septimũ dẽdroides cognoĩant, alij cobion, alij leptophyllõ in petris naſcẽs, comoſiſſimũ ex oĩbus maxĩe cauliculis rubentibus, et ſemĩe copioſiſſimũ, eiuſdẽ effectus cuius characias. Apios, iſchas, ſiue rhaphanoſagria, iũcos duos, ſiue tres ſpargit in terra rubẽtes, folijs rutæ, radice cepæ, ſed amplior, quare qdã rhaphanũ ſylueſtrẽ uocant.

uocant. Intus habet mammā candidā, extrà cortices nigros. Naſcitur in mōtoſis & aſperis, aliquando et herboſis. Effoditur uere, tuſaq́; in fictili mergitur: deiectoq́; qđ ſupnatat, reliquus ſuccus purgat, utraq; parte ſeſquiobolo in aqua mulſa. Sic & hydropicis datur acetabuli menſura. Inſpergitur & aridæ radicis farina potioni: aiuntq́; ſuperiorē partē eius uomitione biles extrahere, inferiorē per aluū. Tormina diſcutit, quodcunq; betonica & panaces, præterq̃ à cruditate. Peucedani ſuccus inflationes & ructus gignit: Acori radix daucúmue, ſi lactucæ modo ſumatur. Ladanū Cypriū potum, interaneorū uitijs occurrit: Itē gentianæ farina, ex aqua tepida fabæ magnitudine: Plantago mane ſumpta duabus linguis, & tertia papaueris in uini nō ueteris cyathis IIII. datur in ſomnū euntibus, addito nitro ſeu polenta: Simul ſi poſt cibum detur. Colo infunditur hemina ſucci, uel in febri. Agaricum potū obolis tribus in uini ueteris cyatho uno, lieni medetur: et panace omnium generum radix in mulſo: Sed teucria præcipue, pota arida & decocta quantū manus capiat, in aceti heminis tribus. Ad uulnus illinitur eadē cū aceto: aut ſi tolerari nō poſſit, ex ficu uel aqua: Palæmonia bibitur ex uino: Betonicæ drachma in oxymelitis cyathis tribus. Ariſtolochia cōtra ſerpētes. Argemonia. VII. diebus in cibo ſumpta, lienem cōſumere dicitur: Agaricū in aceto mulſo obolis duobus. Nymphæa he-

*phææ heracliæ radix in uino pota, & ipſa cõſumit. Ciſſanthemus, drachma bis die ſumpta, in uini albi cyathis. II. ꝑ dies. XL. lienē dicitur paulatī emittere ꝑ urinā. Prodeſt & hyſſopū cū ficu decoctū: Lonchitidis radix decocta priusq̃ ſemē emittat. Peucedani quoq; radix decocta, & lieni et renibus. Lien acoro poto cõſumitur. Præcordijs et ilibus utiliſſimæ radices. *Clymeni ſemē potū diebus. XXX. pōdere denarij ī uino albo: Betonicæ farina ex melle & aceto pota: Radix lōchitidis in aqua, et teucriū illinitur. Itē ſcordiū cum cera, agaricū cum farina fœnigræci, ueſicæ malis, cōtra calculos grauiſſimis cruciatibus, ut diximus, auxilio eſt: Polæmonia ex uino pota: Itē agaricū: Plātago radice uel folijs potis ex paſſo: Et betonica, ut ī iocinere diximus: Itē ramici, pota atq; illita. Eadem ad ſtrāgurias efficaciſſima: Ad calculos qdam betonicā & uerbenacā et millefolium æqs portionibus ex aqua, ꝑ ſingulari remedio bibere ſuadēt. Strāgurias diſcutere et dictamnū certum eſt. Itē qnquefoliū decoctū ad tertias, ī uino ictericis dari atq; illini, utiliſſimum eſt. Xiphij quoq; radix ſupior, urinā ciet infātibus. Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur ueſicæ uitijs. Peucedani ſuccus infantiū ramici, et umbilicis eminētibus pſyllion illinitur. Vrinā cient anagallides, acoriq; radicis decoctum, uel ipſa trita potaq;, et oīa ueſicæ uitia ſanat. Et calculos, herba et radix cotyledonis: Itēq; genitalium in-*

*Legendū for taſſis, ſemē periclymeni, nā ſcillite hoc mō lectio magis cū Dioſcoride conuenit de medicinis piclymeni.

taliũ inflammationẽ,pari põdere,& caulis,& ſemi nis,et myrrhæ.Ebulũ tenerũ cũ ſolijs tritũ, ex uino potũ,calculos pellit:impoſitũ teſtes ſanat.Erigeron quoq; cũ farina thuris & uino dulci,teſtiũ inflãmationes ſanat.Symphyti radix illita,enterocelas cohi bet.Aufert & genitalium nomas hypociſthis alba. Artemiſia quoq; datur cõtra calculos ex uino dulci, & ad ſtranguriã.Dolores ueſicæ ſedat ex uino nym phææ heracliæ radix. Eadẽ uis crethmo,ab Hippo crate admodũ laudata.Eſt aũt inter eas quæ edũtur ſylueſtriũ herbarũ. Hancq; certe apud Callimachũ apponit ruſtica illa Hecale,Speciesq; eſt batis hortenſis. Caulis palmũ unum altus. Semen feruens odo ratũ ceu libanotidis,rotundũ.Siccatũ rũpitur.Habet intus nucleũ candidũ, quẽ aliqui cachryn uocãt, folio pingui,albicante ueluti oliuæ,craßiore, & ſal ſo guſtu, radices digiti craßitudine tres aut quatuor.Naſcitur in maritimis petroſis.Eſtur crudum co ctũmue cum olere odorati ſaporis & iucũdi. Seruatur etiam in muria:præcipueq; eius uſus ad ſträguriam,folio,uel caule,aut radice ex uino.Colorẽ quo que corporis gratiorẽ facit: uerũ largior quoq; inflationes. Aluũ ſoluit decocto urinamq;,et à renibus dolorem trahit. Sic & altheæ ſiccæ farinæ ĩ uino po ta,ſtrãguriam tollit, efficacius addito dauco. Lieni quoq; utilis. Aduerſus ſerpẽtes bibitur. Iumẽtis quo que in pituita,aut ſtranguria hordeo inſpſa ſuccurrit.An-

rit. Anthylliō eſt lenti ſimillima, quæ in uino pota, ueſicas uitijs liberat, ſanguinē ſiſtit. Altera eſt anthyllis, chamæpityos ſimilis, flore purpureo, odoris grauis, radice intubi. Vel magis cepæa, ſimilis portulacæ, nigriore radice, ſed inutili, naſcens in littoribus harenoſis, guſtu amara. In uino cū aſparagi radice ueſicæ plurimum prodeſt. Eadem præſtat hypericon, quam alij chamæpityn, alij corion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, ſemine in ſiliqua nigro, matureſcente cum hordeo. Natura ſemini ſpiſſandi. Aluum ſiſtit. Vrinam cit. Ad calculos ueſicæ cum uino bibitur. Eſt aliud hypericon, quod alij corin appellant, folio tamaricis, & ſub ea naſcitur, ſed pinguioribus folijs, & minoribus ac rubentibus, odoratum, palmo altius, leniter ſuaue, aculeatum. Vis ſemini excalfactoria, & ideo inflationem facit enterocelicis, ſed ſtomacho inutile, præcipuum ad ſtranguriam, ſi exulcerata non ſit ueſica. Medetur & pleureticis ex uino potum. Veſicæ aūt callitrichō trita, ſimilis cumino, medetur, & data ex uino albo. Verbenaca quoq; folijs decocta ad tertias, uel radix eius ē mulſo calido calculos eijcit: Itē q; + ppenſa, quæ Aretij & in Illyrico naſcitur, in aqua decocta, ē tribus heminis ad unum et, pota: Trifoliū ex uino ſumptū, & chryſanthemum primū. Anthemū quoq; calculos eijcit, paruis ē radice folijs quinis, caulibus longis duobus, flo-

Perpreſſa.

re ro-

re roſeo, radices tritæ per ſe, ceu lauer crudũ. Silaus naſcitur glareoſis et perennibus riuis, cubitalis, apij ſimilitudine. Coqtur ut olus acidũ, magna utilitate ueſicæ: quæ ſi ſcabiẽ ſentiat, panacis radice ſanatur: aliter inutili ueſicis. Calculos pellit malũ erraticũ, radicis libra in uini congio decocta ad dimidias: inde heminæ ſumũtur per triduum. Reliquum ex uino cum ſio, & urtica marina, & daucũ, & plãtaginis ſemen ex uino. Et herba fuluiana trita ex uino, quæ & nomen inuentoris habet, nota tractantibus, urinas cit. Scordiõ teſtium tumores ſedat. Hyoſcyamũ genitalibus medetur. Peucedani ſuccus ex melle, & ſemen ſtranguriæ: Agaricũ obolis tribus in uini ueteris cyatho uno: Trifolij radix drachmis duabus in uino, dauci una drachma uel ſeminis. Iſchiadici et ſemine & folijs erythrodani tritis, ſanantur panace pota: & infricata polæmonia ariſtolochiæ decoctæ folijs. Agarico quidẽ & neruus qui platys appellatur, atq; humerorum dolor ſanatur, obolis tribus in uini ueteris cyatho uno poto. Quinquefoliũ iſchiadicis & bibitur & imponitur: Item ſcamonia decocta cũ hordei farina: Semẽ hyperici utriuſq; bibitur ex uino. Sedis uitia & attritus, celerrime ſanat plãtago: Condylomata uero quinquefolium. Sedẽ conuerſam cyclamini radix ex aceto. Anagallis cærulea procidentia ſedis retro agit: ẽ diuerſo rubens prouitat. Cotyledon condylomata, & hæmorrhoidas

Legẽdum fortaßis loco, ſilaus, lauer, hoc mõ: Lauer naſcitur: ut ſit repetitio præcedentis. Super quo tamẽ ẽ cõſulendus Hermo, tã in caſti. q̃ in corollario

mire curat. Teſtium tumores acori radix decocta in uino, tritaq; et illita. Intertrigines negat fieri Cato, abſinthium Ponticum ſecum habentibus.

De re ruſtica ca. 159. Inter trigini remedium, inqt, cũ in uia ibis, abſinthij Põtici ſurculũ ſub annulo habeto.

De pulegio & argemone. Caput .IX.

ALij adijciunt & pulegiũ: qđ ieiunus quis legerit, ſi poſt ſe alliget, inguinis dolores ꝓhibet, aut ſedat cœptos. Inguinaria (quã qdã argemonen uocãt) paſſim in uepribus naſcens, ut ꝓſit inguinibus in manu tantum habẽda eſt. Panas ſanat panaces cum melle: plãtago cum ſale: quinquefolium: perſolatæ radix, ut in ſtrumis: item damaſonium: uerbaſcum cum ſua radice tuſum, uino aſperſum, folioq; inuolutum, & ita in cinere calfactum, ut imponatur calidum. Expertiq; affirmauere plurimum remedium eſſe, ſi uirgo imponat nuda, ieiuna ieiuno, & manu ſupina tangens dicat: Negat Apollo peſtem poſſe creſcere, quã nuda uirgo reſtinguat: atq; ita retrorſa manu ter dicat, totienſq; deſpuant ambo. Medetur & radix mandragoræ ex aqua: radicis ſcamoniæ decoctum cum melle: ſideritis cum adipe ueteri: uel chryſippea cum ficis pinguibus, quæ hoc ab inuentore habet nomen.

De nymphæa, & abſtinentia & appetentia Veneris, & de ſatyrio erythrococco, et cratægi, & ſideriti. Caput .X.

VEnerem in totũ adimit (ut diximus) nymphæa heraclia, eadẽ ſemel pota, in .XL. dies: Inſo-

mnia

*mnia quoque Veneris à ieiuno pota, & in cibo ſumpta. Illita quoq; radix genitalibus, inhibet non ſolũ Venerẽ, ſed affluẽtiam genituræ: ob id corpus alere uocemq; dicitur. Appetentiam Veneris facit radix è xiphio ſuperior, data potu in uino: Item quam crethmon agrion appellãt: & orminos agrios, cum polenta cõtritus. Sed inter pauca mirabilis eſt orchis herba ſiue ſerapias, folijs porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice, teſticulis ſimili, ita ut maior, ſiue (ut aliq dicũt) *durior, ex aqua pota excitet libidinẽ: minor ſiue mollior, è lacte caprino inhibeat. Quidam folio ſcillæ eſſe dicunt, leuiori ac minori caule, ſpinoſo. Eiuſq; radices ſanãt oris ulcera, thoracis pituitas, aluum ſiſtunt e uino potæ. Con citatricẽ uim habet ſatyriõ. Duo eius genera: una lõgioribus folijs q̃ oleæ, caule quatuor digitorũ, flore purpureo, radice gemina ad formam hoĩs teſtiũ, alternis annis intumeſcente ac reſidente. Altera ſatyrion orchis cognominatur, et fœmina eſſe creditur. Diſtinguitur internodijs & ramoſiore frutice, radice faſcinis utili. Naſcitur ferè iuxta mare. Hæc tumores, & uitia partiũ earũ erũpentia, cum polenta illita ſedat, uel p ſetrita. Supioris radix ĩ lacte ouis colonicæ data, neruos intendit: eadẽ ex aqua remittit. Græci ſatyriõ, folijs lilij rubri minoribus, & tribus nõ amplius è terra exeũtibus tradũt, caule leui, cubitali, nudo, radice gemina, cuius inferior pars & ma*

* Ex Dioſcor. ſiccior ſiue aridior: unde etiã cõſeqtur, ut ſit durior.

ior mares gignit,ſuperior ac minor fœīas. Eſt et aliud genus ſatyrion,erythronion appellant,ſemine uiticis maiore,leui,duræ radicis,cortice rubro,ītus album includitur,ſapore ſubdulci. Fertur in montoſis inueniri. Venerē,etiam ſi omnino manu teneatur radix,ſtimulat,magis adeo ſi bibatur in uino auſtero. Arietibus quoq; & hircis ſegnioribus in potu dari. Et à Sarmatis equis,ob aßiduum laborē pigrioribus in coitu,quod uitium proſedamum uocant. Vim eius reſtinguit aqua mulſa,aut lactuca ſumpta. In totum quidem Græci,cum concitationem hanc uolunt ſignificare,ſatyrion appellant. Sic & crategonō cognominantes & thelygonō,quarum ſemen teſtium ſimile eſt. Tithymali quoq; ramorum medullam habentes,ad Venerē proniores fieri dicuntur. Prodigioſa ſunt quæ circa hoc tradidit Theophraſtus, autor alioquin grauis,ſeptuageno coitu durare libidinē contactu herbæ cuiuſdā,cuius nomē ſpeciemq; non poſuit.

Siue erythraicon.

Li.9 .ca.20.

Sideritis adalligata uarices minuit,& ſine dolore præſtat. Podagræ morbus rarior ſolebat eſſe, nō modo patrū auorūq; memoria,uerū etiā noſtra. Peregrinus et ipſe. Nam ſi Italiæ fuiſſet antiqtus, latinum nomē inueniſſet. Inſanabilis nō eſt credendus: quippe quoniā in multis & ſponte deſinit, & in pluribus curatur. Medentur panacis radices cū uua paſſa,ſuccus hyoſcyami cū farina,uel ſemen ſcordiō ex aceto,iberis uti dictum eſt. Verbenaca cum axugia

trita

trita, cyclamini radix, cuius decoctũ et pernionibus ꝓdeſt. Podagras refrigerat radix è xiphio, ſemen è pſyllio, cicuta cum lithargyrio aut axũgia, aizoum in primo impetu podagræ rubentis, hoc eſt calidæ. Vtrilibet uero cõuenit erigeron cum axungia, plantaginis folia trita addito ſale modico, argemonia tuſa ex melle. Medetur & uerbenaca illita, aut ſi pedes macerentur in eius decocto. Eſt & lappago, ſimilis anagallidi, niſi eſſet ramoſior ac pluribus folijs aſpera, rugoſa, aſpioris ſucci, grauis odoris: quæ talis eſt, mollugo uocatur: Similis & aſpioribus folijs aſparago. Superioris ſuccus expreſſus põdere. XI. denariorũ in uini cyathis duobus quotidie ſumitur. Præcipue uero liberat eo malo phycos thalaßion, id eſt fucus marinus, lactucæ ſimilis, qui conchylijs ſubſternitur: non podagræ modo, ſed omnibus articulorum morbis impoſitus, priuſq̃ exareſiat. Tria autẽ genera eius: Latum, & alterũ lõgius, quadantenus rubens: tertium criſpis folijs, quo in Creta ueſtes tinguntur: omnia eiuſdẽ uſus. Nicander eam & aduerſus ſerpentes in uino dedit. Salutare eſt & ſemẽ eius herbæ, quam pſyllion appellauimus, madefactum aqua, admixtis in heminam ſeminis, reſinæ colophoniæ cochlearibus duobus, thuris uno. Laudantur & mandragoræ folia cum polenta tuſa.

Medicinæ generales de pedibus, talis, articulis, neruis, & remedia cõtra morbos qui totũ

corpus occupant, & de myrtido, & uigilijs, & paralyſi, & de febribus frigidis & febre iumentorum, & freneticis, & chamæacta, & aizoo, & igne ſacro. Caput .XI.

TAlis uero tumentibus, limus aquaticus cũ oleo ſubactus, mire ꝓdeſt. Articulis ſuccus è centaurio minore: Idẽ neruis utiliſſimus: Itẽ centauriũ. Betonica neruis diſcurrẽtibus ꝑ ſcapulas, humeris, ſpinæ, lumbis pota, ut in iocinere. Articulis qnquefoliũ impoſitũ. Mandragoræ folia cũ polẽta, uel radix recens tuſa cũ cucumere ſylueſtri, uel decocta in aqua. Cubitorũ ac pedũ rimis polypodij radix. Articulis ſuccus hyoſcyami cũ axũgia: Amomi ſuccus cũ decocto. Itẽ cẽtunculus decocta, uel muſcus recẽs ex aqua obligatus donec inareſcat: Itẽ lappæ boariæ radix è uino pota. Cyclamĩos decocta in aqua ꝑniunculos curat, oĩaq; alia frigoris uitia. Perniũculos curat et cotyledon cum axũgia: Folia ex batrachio: Epithymi ſuccus. Clauos pedũ extrahit ladanum cũ caſtoreo. Verbenaca ex uino. Nunc pactis malis quæ mẽbratim ſentiũtur, dicemus de his quæ totis corpibus graſſantur. Remedia aũt hæc cõmunia inuenio. Ante oẽs pota dodecatheum, de qua diximus. Deinde panacis oĩm generũ radices, peculiariter lõginquis morbis. Et ſemẽ interaneorũ uitijs. Ad oẽs uero corpis dolores ſuccum è ſcordio: Itẽ betonicæ, quæ pota colorem plumbeũ corporis priuatim emẽdat, gratiorẽq; reducit. Ger-

ducit. Geraniō aliq myrrhin, alij merthryda appellant. Similis eſt cicutæ, folijs minutioribus, & caule breuiori, rotūdo, ſaporis & odoris iucūdi. Noſtri ſic eā tradūt. Græci folijs cādidioribus paulo q̄ maluæ, caulibus tenuioribus & piloſis, ramoſam, & interuallis binū palmorū, & in his folijs, inter quæ in cacuminibus capitula ſunt gruū. Alterum genus folijs anemones, diuiſuris lōgioribus, radice mali mō rotūda, dulci reficiētibus ſe ab imbecillitate utiliſſima, et ferè talis uera eſt. Bibitur contra phthiſin drachma in uini cyathis tribus bis die. Itē cōtra inflatiōes, quæ & cruda idē præſtat. Succus radicis auribus medetur. Opiſthotonicis ſemen drachmis quatuor cū pipere & myrrha potū. Phthiſin ſanat, et plātaginis ſuccus ſi bibatur. Et ipſa decocta in uino cū ſale et oleo, à ſomno matutino refrigerat. Eadem datur ijs, quos atrophos uocāt, interpoſitis diebus. Betonica phthiſicis ecligmate cū melle fabæ magnitudīe: Agaricum potū duobus obolis in paſſo, uel dauco cum cētaurio maiore in uino. Phagedænis, qđ nomē ſine mō exedētiū eſt, et aliâs ulcerū, tithymali medētur cū ſeſamis ſumpti. Inter mala uniuerſi corporis uigiliæ ſunt plerīſq;. Harum remedio mōſtratur panaces, clymenos, ariſtolochia, & odore, et puncto capite. Aizoū ſiue ſedū, ſi inuolutū panno nigro, ignorātis puluino ſubijciatur: œnothera ſiue onuris hilaritatē afferunt in uino. Amygdalīo eſt folio, flore roſaceo, fruticoſa, longa ra-

longa radice, et cũ ſiccata eſt uinũ olẽte. Hæc in potu data feras quoq; mitigat. Cruditates quæ nauſeã faciũt, digerit betonica. Eadẽ pota à cœna, cõcoctionem facit, in oxymelitis cyathis tribus drachmæ pondere, et crapulã diſcutit: Itẽ agaricũ poſt cibos in aqua calida potũ. Paralyſin betonica ſanare dicitur: Itẽ iberis ut dictũ eſt. Eadẽ et torpẽtibus mẽbris pdeſt. Itẽ argemonia, oĩaq;, quæ piclitentur ſecta, diſcutiẽdo. Comitiales ſanãtur panacis, quã haracliã diximus, radice pota cũ coagulo uituli marini, ita ut ſint panacis tres partes: plantago pota: betonica in oxymelitis drachma, uel agarici obolis tribus: folia qnquefolij ex aqua. Sanat et archezoſtis, ſed cũ amißeo pota. Sanat & baccaris radix arida, in puluerẽ cõtrita, cyathis tribus cum coriãdro in aqua calida: Et centunculus trita in aceto, aut melle, aut in aqua calida: uerbenaca ex uino pota: hyßopi baccæ ternæ cõtritæ, et in aqua potæ diebus ſedecim: peucedanũ cũ coagulo uituli marini æquis portiõibus potũ: qnquefolij cõtrita folia ex uino ſumpta diebus .XXX. in betonicæ farinæ põdo denariorũ. XIII. cum aceti ſcillitici cyatho, mellis attici uncia: ſcamoniũ obolis duobus cũ caſtorei drachmis quatuor. Febres frigidas leuiores facit agaricũ, potũ in calida aqua: tertianas ſideritis cũ oleo: Itẽ ladanum, qđ in ſegetibus naſcitur cõtuſum: plãtago ex aqua mulſa, duabus horis ante acceßionẽ pota binis drachmis: uel ſuccus radicis ma-

Prior lectio, ſecari.

Ex Diofco. πίνεται δὲ inquit, καὶ πρὸς ἐπιληψίας ὅλην ἡμέραν πρὸς ἐνιαυτόν.

dicis ma-

dicis madefactæ uel tuſæ:uel ipſa radix trita ĩ aqua ferro calefacta. Quidamq; ternas radices in tribus cyathis aquæ dedere. Iidẽ in quartanis quaternas fecerunt. Bugloſſo *inareſcente,ſi quis medullã è caule eximat,dicatq; ad quẽ liberandũ febre id faciat, et alliget ei ſeptẽ folia ante acceſſionẽ,aiunt à febre liberari:* Itẽq; *betonicæ drachmã,in aquæ mulſæ cyathis tribus:uel agaricũ,maxĩe in his febribus,quæ cum horrore ueniunt.* Quinquefolij *folia quidã terna tertianis dedere,quaterna quartanis, plura cæteris,alijs omnibus obolis tribus cum pipere ex aqua mulſa.* Verbenaca *quidem & iumentorum febribus in uino medetur:ſed in tertianis à tertio geniculo inciſa,quartanis à quarto.* Bibitur *& ſemen hyperici utriuſq; in quartanis,& horroribus betonicæ farina,quæ omnes horrores coërcet:* Item *panaces, adeo excalfactoria natura,ut per niuem ituris bibere id, ac perungi eo præcipiant.* Et *ariſtolochia perfrictionibus reſiſtit.* Phreneticos *ſomnus ſanat,qui cõtingit peucedano ex aceto capiti infuſo anagallidũ ſucco.* E *diuerſo lethargicos excitari labor eſt:* Hoc *præſtat euphorbium(ut perhibent)ex aceto naribus tactis peucedani ſucco.* Contra *inſanias betonica bibitur.* Carbunculos *rumpit panaces.* Sanat *betonicæ farina,ex aqua aut braſſica cũ thure,frequenti potu calidæ:uel è carbone in cõſpectu extincto fauilla,digito ſublata & illita,uel plantago tuſa.* Tithymalus

characites

characites hydropicos ſanat: Panaces, plãtago in cibo, cũ prius panẽ ſiccũ comederint ſine potu: Betonica drachmis duabus in duobus cyathis uini aut mulſi: uel agaricũ, uel ſemen lonchitidis, duabus linguis ex aqua potũ: pſylliũ ex uino: anagallidũ ſuccus: cotyledonis radix è mulſo: ebuli recẽtis radix, excuſſa tantũ, nec colluta, quantũ duo digiti cõprehendant, ex uini ueteris calidi hemĩa: trifolij radix drachmis duabus in uino: tithymalum, platyphyllon cognoĩe: ſemẽ hyperici, qđ coris appellatur: actæ, quã quidã eſſe ebulum putant, radice cõtrita in uini cyathis tribus, ſi febris abſit, uel ſemine ex uino nigro: Itẽ uernabenaca, faſciculo manus plenæ decocta in aqua ad dimidias. Præcipue tamen chamæactæ ſuccus aptiſſimus creditur. Eruptiões pituitasq; emẽdat plãtago: cyclamini radix cum melle: ebuli folia cõtrita, & è uetere uino impoſita etiã boam ſanãt, id eſt rubentes papulas. Pruriginẽ ſuccus ſtrychni illitus. Igni ſacro medetur aizoum: folia trita cicutæ: mandragoræ radix. Siccatur in aëre ut cucumis, prioq; ſup muſtum ſuſpẽditur, mox in fumo, dein tũditur in uino aut aceto. Prodeſt et uino myrteo fouere: mẽtæ ſextãs, uiui ſulphuris uncia, ex aceto ſimul trita, fuligo ex aceto. Ignis ſacri plura ſunt genera, inter quæ mediũ hominẽ ambiẽs, q zoſter appellatur, et enecat ſi cinxerit. Medetur plãtago cũ creta cymolia, et periſtereos perſe: radix perſolatæ. Alijs quæ ſerpunt, cotyledonis

Quidã hic corion legẽdum putãt, nec minus coris legi poteſt, ſi ad hypericũ referatur, qđ & rutam ſylueſtrẽ dicũt. Vtrũq; ex Dioſco. in deſcriptiõe tũ rutæ, tũ hyperici.

ledonis radix cum mulſo: aizoum: ſuccus linozoſtis ex aceto.

Ad luxata membra, et contra morbum regium, & contra furunculos, & fiſtulas, & inflationes, & ambuſtionem, et contra alios morbos, ad neruos, & ſanguinem. Caput .XII.

RAdix polypodij illita, luxatis medetur. Doloremq; & tumores tollunt ſemẽ pſyllij, folia plãtaginis tuſa, ſale modico addito: uerbaſci ſemẽ ex uino decoctũ et cõtritum: cicuta cum axungia. Folia ephemeri tuberibus atque tumoribus. Illinunturq; etiã, dum diſcuti poſſunt. Morbum regium in oculis præcipue mirari eſt, tenuitatẽ illã denſitatẽq; tunicularum felle ſubeunte. Hippocrates à ſeptimo die in febre, mortiferũ ſignũ eſſe docuit. Nos ſcimus uixiſſe aliquos etiã ab hac deſperatione. Fit uero & citra febres, impugnaturq; cẽtaurio maiore (ut diximus) poto, betonica, agarici obolis tribus ex uini ueteris cyatho: Itẽ uerbenacæ folio, obolis tribus ex uini calidi hemina quatriduo. Sed celerrime qnquefolij ſuccus medetur tribus cyathis, potus cum ſale et melle: Cyclamini radix drachmis tribus bibitur in loco calido, et pfrictionibus tuto, ſudores enĩ felleos mouet: Folia tuſſilaginis ex aqua: Semen linozoſtis utriuſq; inſperſum potioni, uel cũ abſinthio, aut cicere decoctũ: hyſſopi baccæ cum aqua potæ: Lichen herba ſi (cum ſumitur) cætero olere abſtineatur: Polytrix in uino

in uino data:ſtruthion in mulſo. Paſſim et in quacũ q; parte ac maxĩo incõmodo naſcũtur, q furũculi uo cantur, mortiferũ aliquãdo malũ cõfectis corpibus. Remedio ſunt pignocomi folia trita cũ polẽta, ſi non dũ caput fecerint. Diſcutiunt et folia ephydri illita. Fiſtulæ quoq; in oĩ parte ſerpũt, medicorũ uitio male ſectis corporibus. Auxilio eſt centauriũ minus, col lyrijs cũ melle decocto additis: plãtaginis ſuccus infuſus: qnquefoliũ cũ ſale & melle: ladanum cũ caſto reo: cotyledon cũ medulla ceruina calefacta, impoſi ta: uerbaſci radicis medulla, collyrij tenuitate in fiſtulam additur: uel ariſtolochiæ radix, uel ſuccus tithymali. Collectiões inflãmationesq; ſanãt argemo niæ folia illita. Duritias & collectiões oẽs uerbenaca, uel qnquefoliũ, decoctũq; in aceto: uerbaſci folia uel radix: hyſſopũ è uino impoſitũ: acori radix, decocto eius herbæ fouentibus: aizoũ. Itẽ quæ cõtuſa ſint, duritiasq; et ſinus corpis, et tela oĩa infixa corpi ex trahunt, folia tuſſilaginis, daucum, ſemen leõtopodij tritũ in aqua cũ polẽta. Suppurationibus imponũtur pignocomi folia trita cũ polẽta, uel ſemẽ: Itẽ orchis. Vitia quæ ſunt in oſſibus, ſatyrij radice impoſita, efficaciſſime ſanari dicũtur. Nomæ et collectiões oẽs, fuco maris priusq̃ inareſcat, & altheæ radix colle ctiones diſcutit. Ambuſta ſanãtur plãtagine, arcio, ita ut cicatrix fallat. Folia eius in aqua decocta & cõtrita illinuntur: Radices cyclamini cũ aizoo. Her

ba ipſa

ba ipſa hyperici, qđ corion appellauimus. Neruis et *articulis cõuenit plãtago trita cum ſale.* Argemonia *tuſa ex melle.* Peucedani *ſucco punguntur ſpaſtici, tetanici.* Neruorũ *duritiæ ægilopis ſucco.* Doloribus *erigerõ ex aceto illinitur.* Epithymo *ſpaſticis et opiſthotonicis pungi, ſemĩe hyperici, qđ coris uocatur, idemq́; bibere ꝓdeſt.* Phrynion *d citur etiã abſciſſos ſanare neruos, ſi confeſtim ĩponatur trita uel manſa.* *Spaſticis, tremulis, opiſthotonicis altheæ radix bibi tur ex aqua mulſa.* Sic *rigores excalfacit.* Sangui*nis ꝓfluuinm ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrum.* Ea *dem et in radice uis.* Cyclaminos *uero, ſi ore ſanguis reijciatur, ſiue è naribus, ſiue aluo fluat, ſiue fœminarum utero:* Item *lyſimachia pota uel illita, uel na ribus indita:* Item *plãtaginis ſemen:* Quinquefolium *potum & illitum.* Cicutæ *ſemen in nares, ſi inde fluat, tritum ex aqua & inditum:* Aizoum. Aſtragali *radix ſiſtit, & iſchæmon, & achillea.*

De herba equiſeto, nymphæa, peucedano, ſiderite, alijsq́; pluribus ad ſanguinẽ ſiſtendũ utilibus, & ſtephanomeli, & eriſithale, et cõtra uermes.

Caput .XIII.

EQuiſetũ hippuris à græcis dicta, & in pratis naſcens, uitupata à nobis. Eſt *aũt pilus terræ, equinæ ſimilis, lienem curſorum extinguit decocta fictili nouo ad tertias, quantum uas capiat, & per triduum ieiunis pota.* Vnctis, *eſculentis ante diem* *heminsi.*

unum

unũ interdicitur. Græcorũ uaria circa hanc opinió. Alij pini folijs ſimilẽ, nigricantẽ, eodem noĩe appellant, uim eius admirabilẽ tradentes, q̃ etiã ſanguinis ꝓfluuia uel tacto eo tantũ hoĩe ſiſtat. Alij hippurin, alij ephydron, alij anabaſin uocant: Traduntq́; iuxta arbores naſci, & ſcandentẽ eas depẽdere comis iunceis multis nigris, ut eſt equorũ cauda, geniculatis ramis folia habere pauca, tenuia, exigua. Semen rotundũ, ſimile coriandro, radice lignoſa, naſci in arbuſtis maxĩe. Vis eius ſpiſſare corpora. Succus ſanguinẽ in naribus fluentẽ incluſus ſiſtit: Itẽ aluũ. Medetur dyſentericis ĩ uino dulci potus cyathis tribus. Vrinã cit: Tuſſim, orthopnœã ſanat: Item rupta, et quæ ſerpunt. Inteſtinis & ueſicæ folia bibũtur. Enterocelen cohibet. Faciunt & aliã hippurin, breuioribus & mollioribus comis, cãdidioribusq́;, perq̃ utilem iſchiadicis, & uulneribus ex aceto impoſitã, ꝓpter ſanguinẽ ſiſtendũ. Et nymphæa trita plagis imponitur. Peucedanũ cũ ſemine cupreſſi bibitur, ſi ſanguis ꝑ os redditus eſt, fluitq́; ab infernis. Sideritis tantam uim habet, ut q̃uis recenti gladiatoris uulneri illigata, ſanguinẽ claudat: qđ facit & ferulæ cinis, uel carbo: Fungus uero etiã efficacius, q ſecundũ radicẽ eius naſcitur. Per nares aũt fluẽti, & cicutæ ſemen tritũ ex aqua inditumq́;, efficax habetur: Itẽ ſtephanomelis ex aqua. Betonicæ farina è lacte caprino pota, ſiſtit ex ubere fluẽtẽ: Plantagoq́; cõtuſa. Eiuſ-

ſa.Eiuſdē ſuccus uomentibus ſanguinē datur. Ad er
raticū autē radix pſolatæ cū axungia uetere illita.
Potatur à ruptis,cōuulſis,& ex alto deiectis centau
riū maius: Gentianæ radix trita uel decocta, uel ſuc
cus betonicæ.Et hoc amplius addo, iocineris aut la-
teris cōtorſionibus,panaces,ſcordiō,ariſtolochia,po
ta cū agarico: Itē cōtuſis et euerſis potū duobus obo
lis ī mulſi cyathis tribus:aut ſi febris ſit,ī aqua mul-
ſa uerbaſcū,cuius flos ſimilis auro eſt:acori radix:
aizoū oē.Sed ē maiori ſuccus efficaciſsime:Itē ſym
phiti radices uel decoctū:daucū crudū.Eriſithale eſt
flore luteo,folijs acāthi:bibitur è uino: Item chamæ
rops:Et in ſorbitione irio uel plantago oībus modis:
Item phthiriaſi,quo Sylla dictator conſumptus eſt.

Naſcūtur quoq; in ſanguine ipſo hoīs aīalia,exe
ſura corpus.Reſiſtitur uuæ taminiæ ſucco,aut uera-
tri,cum oleo perūctis corporibus. Taminia quidem
in aceto decocta,etiam ueſtes eo tædio liberat.

Ad ulcera & plagas, & ad uerrucas tollen
das,& de polycnemo. Ca. .XIIII.

VLcera multorum ſunt generum,ac multis mo
dis curantur. Panacis omnium generum ra-
dix,ex uino calido illinitur manantibus.Siccat pri-
uatim quam chironiam diximus.Cum melle trita tu
bera aperit:ulceribusq́;,quæ ſerpunt,deploratis au
xilio eſt cum æris flore,uino tēperata,omnibus mo-
dis,uel flore,uel ſemine,uel radice. Eadem cum po-

lenta uetuſtis uulneribus ꝓdeſt. Heraclion quoq; ſiderion, apollinaris, pſyllium, tragacātha, ſcordotis cum melle purgat. Farina eius carnes excreſcentes per ſe inſparſa conſumit. Polæmonia ulcera, quæ cacoëthe uocant, ſanat: Centaurium maius, inſparſum uel illitum: Item minoris coma decocta uel trita, uetera quoq; ulcera purgat et perſanat. Folliculi clymeni recentibus plagis imponūtur. Illinitur autē gentiana ulceribus quæ ſerpūt, radice tuſa, uel decocta in aqua ad mellis craßitudinem, uel ſucco uulneribus, ex ea factum lycium. Lyſimachia recentibus plagis medetur. Plantago omniū generū ulceribus; peculiariter fœminarū, ſenum, et infantiū. Igne mollita melior: & cum ceroto craſſa ulcerum labra purgat: nomas ſiſtit: & tritam ſuis folijs integere oportet: Suppurationes, collectiones, ſinus ulcerum. Chelidonia quoq; ſiccantur ulcera adeo, ut etiam ꝓ ſpodio utantur. Eadē iam deſperatis cum axungia imponitur. Dictamnum pota ſagittas pellit, et alia tela extrahit illita. Bibitur ex aquæ cyatho foliorū obolo. Proxime pſeudodictamnū. Vtraq; etiā ſuppurationes diſcutit. Ariſtolochia quoq; putrida ulcera exeſt: ſordida expurgat cum melle, uermesq; extrahit: itemq; clauos in ulceribus natos: & infixa corpori omnia, præcipue ſagittas, et oſſa fracta, cum reſina. Caua uero ulcera explet per ſe. Et cum iride, recentia uulnera ex aceto. Vetera ulcera uerbenaca, quefo-

queſoliũ cum ſale & melle. Radices perſolatæ, uulneribus ferro illatis recentibus imponuntur: folia ueteribus. Cum axũgia utraq; et ſuo folio opitur. Damaſonium aũt & in ſtruma: Folia uerbaſci ex aceto aut uino. Periſtereos ad oĩa genera, uel calloſorum, putreſcentiumq; ulcerũ facit. Manantia nymphææ heracliæ radix ſanat. Item cyclamini radix uel per ſe, uel ex aceto, & cum melle. Eadẽ & cõtra ſteatomata efficax, ſicut ad ulcera manantia hyſſopũ: Itẽ peucedanũ: cui ad recentia uulnera tãta uis eſt, ut ſanię oſſibus extrahat. Præſtãt hoc & anagallides, cohibentq; quas uocãt nomas, & rheumatiſmos. Vtiles & recentibus plagis, ſed præcipue ſenũ corpori. Cũ ceroto apoſtemata & ulcera tetra, folia mãdragoræ recẽtia. Radix uulnera cũ melle aut oleo: Cicuta *cũ ſiligine mixta mero. Aizoũ herpetas quoq; et nomas, ac putreſcẽtia: ſicut erigerõ uerminoſa. Recẽtia aũt uulnera aſtragali radix. Et uetera quoq; ulcera purgat hypociſthis utraq;. Leontopodij ſemen tritũ in aqua, et cũ polẽta illitũ, ſpicula ſagittariorũ extrahit: Itẽ pycnocomi ſemen. Tithymalus characias ſucco gangrenas, phagedænas, putria, uel decocto ramorum cum polenta & oleo: Orchis radices. Hoc amplius & cacoẽthe ex aceto cũ melle ſiccæ et recentes. Per ſe, onothera efferentia ſeſe ulcera ſanat. Scythæ uulnera ſcythica curant. Ad carcinomata, argemõia ex melle efficaciſsima eſt. Vulneribus

* Vel legẽdũ: Cicuta cõſiligini mixta ex mero. Sed prior lectio pbabilior, ut quã ita legi in uetuſto exẽplari.

*præſanatis aſphodeli radix decocta, ut diximus, trita cum polenta & illita: quibuſcunq; uero apollinaris. Aſtragali radix in puluerē trita, humidis ulceribus ꝓdeſt: Item callitrix decocta in aqua. Priuatim uero ijs quæ calceamēto facta ſint uerbenaca, necnō & lyſimachia contrita, ac nymphæa arida infricata. Polytrix inueteratis ijſdē utilior. Polycnemō cunilæ bubulæ ſimilis eſt, ſemine pulegij, ſurculoſa, multis geniculis, corymbo odorata, acri & dulci odore, quæ ferro factis uulneribus commanducata imponitur, quinto die ſoluitur. Symphyton ad cicatricem celerrime perducit: Itē ſideritis. Hæc imponitur ex melle. Verbaſci ſemine ac folijs ex uino decoctis ac tritis, oīa corpori infixa extrahūtur: Itē mandragoræ folijs cū polenta: Cyclamini radicibus cū melle. Triſſaginis folia in oleo cōtrita, ijs maxime adhibētur ulceribus, quæ ſerpūt: Et alga ī melle trita. Betonica ad carcinomata. Et * melādryas ueteres addīto ſale. Verrucas tollit argemonia ex aceto, uel batrachij radix, quæ & ungues ſcabros aufert. Linozoſtidis utriuſque folia uel ſuccus illitus: Tithymali omnes genera uerrucarum omnium: Item oīa pterygia, uaroſq; tollunt. Cicatrices cum elegantiā ad colorem reducit ladanum.*

* *Melenas for taſſis rectius legitur, ut & ſuprà annotatū eſt ex Hermo. l. 24. c. 8. quo noīe medici appellāt q̄s noſtri nigricias uocant.*

De pluribus expimētis ad mulierū mēſes et uuluæ morbos, et partus eijciēdos et cōtinēdos, et cutis ī facie uitia, et capillū tīgēdū et tollendū, et q̄drupedum

dum ſcabiē. Caput .XV.

ARtemiſiā et eleliſphacū alligatas q habet uiator, negatur laſsitudinē ſentire. Muliebribus morbis medetur maxīe ī uniuerſum pæoniæ herbæ ſemē nigrū, ex aqua mulſa. Eadē et ī radice uis mēſes cit. Panacis ſemē cū abſinthio mēſes et ſudores. Scordotis potu & illitu. Betonica drachma in uini cyathis tribus bibitur contra oīa uuluarum uitia, aut quæ à partu fiunt. Mēſes nimios ſiſtit achillea impoſita, & decoctum eius inſidentibus. Mammis īponitur hyoſcyami ſemen ex uino: loti radix è cataplaſmate. Et mammis etiā chelidonia. Scd'as morantes, uel partus emortuos, radices panacis appoſitæ extrahunt. Ipſū panacis ſemē è uino potū, uuluas purgat, appoſitumq; cū melle. Polæmonia pota ex uino, ſecūdas pellit. Nidore purgat uuluas centaurij minoris ſuccus potus, fotuq; menſes cit. Itē maioris radix, ī uuluæ doloribus iiſdē modis ꝓdeſt. Deraſa uero et appoſita, extrahit partus emortuos. Plātago īponitur in lana in dolore uuluæ: in ſtrāgulatu bibitur. Sed præcipua dictamno uis eſt. Mēſes cit, partus emortuos uel tranſuerſos eijcit: Bibitur ax aqua foliorū obolo: adeo ad hæc efficax, ut ne in cubiculū quidē prægnantiū inferatur. Nec potu tantū, ſed & illitu & ſuffitu ualet. Proxīe pſeudodictamnū. Sed mēſes cit cum mero decoctū pondere denarij. Pluribus autem *modis & ariſtolochia ꝓdeſt, nam et mēſes et ſecun-

* Prior lectio molochis.

das cit. Et emortuos partus extrahit, myrrha & pi pere additis, pota uel ſubdita. Vuluas quoq; ꝓciden tes inhibet potu uel ſuffitu, uel ſubiectu, maxīe tenu- is. Strāgulatū ab his, menſiūq; difficultatē agaricū, tribus obolis tritū, ī uini ueteris cyatho potū, emen- dat: Periſtereos appoſita ī adipe ſuillo recēti. Antir rhinō cū roſaceo & melle: Itē appoſita nymphææ, theſſalæ radix pota dolori medetur. In uino pota ni gro ꝓfluuia inhibet. E diuerſo cit cyclamini radix, pota & appoſita. Et ueſicæ inſidentiū decocto mede tur. Scdas pota ciſſanthemos pellit, uuluā ſanat. Et xiphij radix ſupior mēſes cit, drachma ex aceto po ta. Peucedanū ſtrāgulatus uuluæ nidore uſtū recre- at. Mēſes aluosq; præcipue pſylliū, drachma in cya this tribus aquæ mulſæ. Semē quoq; mādragoræ po tum uuluam purgat: Mēſes cit ſuccus appoſitus, & emortuos partus. Nimia rurſus ꝓfluuia ſiſtit ſemen cum uino & ſulphure. Alui ꝓfluuia ſiſtit & contra hit batrachiō potu uel cibo ardēs, aliás (ut diximus) cruda. Sed cocta commendatur ſale & oleo, & cy- mino. Daucū & menſes & ſecūdas potum facillime pellit: Ladanum ſuffitu corrigit uuluas: dolori earū exulceratisq; imponitur. Emortua ſcamonium pel- lit, potum uel appoſitū. Menſes ciet hypericū utrun que, appoſitum. Ante alia uero (ut Hippocrati uide- tur) eryſimon è uino ſemine uel radice: Cortice tra- hit, & ſecundis ſuccurrit, & ſtrangulationibus ex

aqua

aqua pota: Item radix è geranio, peculiariter ſecun dis inflammationibusq́; uuluarum conueniens. Purgat hippuris pota & appoſita uuluas. Polygonus pota menſes cit: & altheæ radix. Folia plãtaginis pellunt, item agaricũ ex aqua mulſa. Artemiſia uuluæ medetur trita, ex oleo irino aut ſico, aut cum myrrha appoſita. Eiuſdẽ radix pota in tantũ purgat, ut partus enectos extrahat. Menſes & ſecundas cit ramorum decoctum inſidentibus: Item folia pota drachma. Ad eadem oĩa proſunt uel impoſita uẽtri imo cum farina hordeacea. Acoron quoq; utile eſt interioribus fœminarnm morbis: & coniza utraq;: & crethmos. Et anthyllides duæ uuluis utiliſſimæ, torminibusq́;, & ſecundarum moræ, in uino potæ. Callitrix fotu locis medetur, albugines ĩ capite tollit, capillos inficit oleo trita. Geranion in uino albo potũ, & hypociſthis in rubro profluuium ſiſtunt. Hyſſopũ ſuffocatiões laxat. Radix uerbenacæ pota ex aqua, ad omnia in partu aut ex partu mala, præſtãtiſſima eſt. Peucedano quidam miſcent in uino nigro ſemen cupreſſi contritum. Nam ſemen pſyllij deferuefactum in aqua, cum intepuerit, epiphoras omnes uteri lenit. Symphyton tritum in uino nigro euocat mẽſes. Partus accelerat ſcordotis pota, drachma ſucci in aqua mulſa cyathis quatuor. Dictamni folia præclare dantur ex aqua. Conſtat, unius oboli pondere, uel ſi mortui ſint in utero infantes, protinus red

di ſine uexatiōe puerpæ. Sil'r pdeſt pſeudodictamnū, ſed tardius: cyclaminos adalligata: ciſſanthemos po ta: itē betonicæ farina ex aqua mulſa. Arſenogonō et thelygonon herbæ ſunt, habentes uuas floribus oleæ ſil'es, pallidiores tamē, ſemē albū papaueris mō. The lygoni potu fœminā cōcipi narrāt. Arſenogonō ab ea ſemīe oleæ, nec alio, diſtat. Huius potu mares generari phibētur, ſi credimus. Alij utrāq; ocimo ſimi lem tradūt. Arſenogoni aūt ſemē geminum eſſe teſtibus ſil'e. Mammarū uitijs aizoū, qđ digitellū appel lauimus, unice medetur. Erigerō ex paſſo mām̄as hu beriores facit: Sonchū in farre coctū. Quæ uero maſtos uocatur, indita, pilos mammarū è partu naſcentium: & tineas aufert in facie, aliaq; cutis uitia emē dat. Gentiana, nymphæa heraclia illita, cyclamini radix, maclas oēs. Cacaliæ grana mixta ceræ liqdæ, extendūt cutem in facie, erugantq;: Vitia oīa acori radix emēdat. Capillū lyſimachia flauū facit: denigrat hypericon, qđ & corion uocatur: Item ophrys herba dēticulato oleri ſilis, folijs duobus. Nigritiam dat et polæmonia, in oleo decocta. Pſilothrū nos qdē in muliebribus medicamentis tractamus, uerum etiā uiris in uſu eſt. Efficaciſſimū aūt habetur archezoſtis. Itē tithymali ſucco, uel in ſole cū oleo illito cerebro, uel euulſis pilis. Quadrupedū ſcabiē ſanat hyſſopum ex oleo fotum. Anginas peculiariter ſideritis. Verum & reliqua genera herbarum reddamus.

C. Plinij

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XXVII.

PROOEMIVM.

Reliqua herbarum genera. Caput .I.

CReſcit apud me certe tractatu ipſo admiratio antiq̃tatis: quãtóq; maior copia herbarũ dicẽda reſtat, tanto magis adorare priſcorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatẽ ſubit. Nec *dubie ſuperata hoc modo poſſet uideri etiam rerum naturæ ipſius munificentia, ſi humani operis eſſet inuentio.* Nunc *uero deorũ fuiſſe eam apparet, aut certe diuinã, etiã cum homo inuenerit: eandemq; omniũ parentem genuiſſe hæc & oſtendiſſe, nullo uitæ miraculo maiore, ſi uerum fateri uolumus. Scythicam herbam à Mæotidis paludibus, & euphorbiã è monte* Atlante, *ultraq;* Herculis *columnas, & ipſo rerũ naturæ defectu, parte alia britannicam ex oceani inſulis extra terras poſitis: itemq; æthiopidẽ ab exuſto ſideribus axe, alias præterea aliunde ultro citroq; humanæ ſaluti in toto orbe terrarũ portari, immenſa* Romanæ *pacis maieſtate, non homines modo diuerſis inter ſe terris gentibusq;, uerum etiã montes, & excedentia in nubibus iuga, paſtusq; pecorum et herbæ quoque inuicem oſtentant.* Aeternum *quæſo*

quare & ſcorpion aliqui appellauere. Nec defuere, qui myoctonon appellare mallent, quoniam ꝓcul & è lõginquo odore mures necat. Naſcitur in nudis cautibus, quas aconas uocant. Et ideo aconitum aliqui dixere, nullo iuxtà, ne puluere quidem, nutriente. Hanc aliqui rationem nominis attulere. Alij, quoniã uis eadẽ in morte eſſet, quæ cotibus ad ferri aciẽ deterendam, ſtatimq; admota uelocitas ſentiretur.

De aconito eiusq; natura Vide Theo. li. 9. cap. 16. de quo præter alia hæc iibi dicit: Amat aũt loca potiſſimũ ſaxoſa, paſcitur eo neq; pecus neq; ullum animal.

De æthiopide, & agerato, & aloë, & alcea, & alypo, & alſina, & androſace, & androſemo, et ambroſia, & anconi, & anagyro, & anonymo.

Caput .IIII.

Aethiopis folia habet phlomo ſimilia, magna & multa, & hirſuta ab radice. Caulem quadrangulum, ſcabrum, ſimilem arcio, multis concauum alis, ſemẽ eruo ſimile, candidum, geminũ, radices numeroſas, lõgas, plenas, molles, glutinoſas guſtu. Siccæ nigreſcunt, duranturq; ut cornua poſſint uideri. Præterea in Aethiopia naſcuntur, & in Ida monte Troadis, & in Meſſenia. Colliguntur autumno, ſiccantur in ſole aliquot diebus, ne ſitum ſentiant. Medẽtur uuluis, potæ in uino albo, iſchiadicis, pleuriticis, faucibus ſcabris, decocta potu dantur. Sed quæ ex Aethiopia uenit, eximia eſt, atq; ilico ꝓdeſt. Ageratõ ferulacea eſt, duorũ palmorũ altitudine, origano ſimilis, flore bullis aureis. Huius uetuſtæ nidor urinã cit, uuluãq; purgat, tanto magis infi

dentibus.

dentibus. Cauſa nōis non hæc, ſed quoniā diutiſſime non marceſcit. Aloē *ſcillæ ſimilitudinē habet, maior, & pinguioribus folijs ex obliquo ſtriata. Caulis eius tener eſt, rubēs medius, nō diſſimilis antherico: radice una, ceu palo in terra dimiſſa, graui odore, guſtu amara.* Laudati*ſſima ex* India *affertur, ſed naſcitur & in Aſia: non tamē ea utuntur, niſi ad uulnera recentibus folijs, mirifice enim conglutinat, uel ſucco:* Ob *id in turbinibus cadorum eā ſerunt, ut aizoū maius.* Q*uidā & caulē ante maturitatē ſeminis incidunt ſucci gratia, aliq & folia.* Inuenitur *& p ſe lachryma adhærens.* Ergo pauimentandū *ubi ſata ſit, cenſent, ut lachryma non abſorbeatur.* Fuere, *qui traderēt in Iudæa ſuper* Hieroſolymā metallicā *eius naturā: ſed nulla magis improba eſt, neq; alia nigrior eſt, aut humidior.* Erit ergo *optima pinguis ac nitida, ruffi coloris, friabilis, ac iocineris modo coacta, facile liqueſcēs.* Improbanda *nigra & dura, harenoſa quoq; quæ & guſtu intelligitur.* Gummi *adulteratur & acacia.* Natura *eius ſpiſſare, denſare, & leuiter calfacere.* V*ſus in multis & principalis aluū ſoluere, cū penè ſit ſola medicamentorū quæ p ſe id præſtant.* Confirmat *etiā ſtomachū, adeo, ut non infeſtet ulla uis cōtraria:* Bibitur *drachma.* Ad *ſtomachi uero diſſolutionē, in duobus cyathis aquæ tepidæ uel frigidæ, cochlearis mēſura, bis térue in die ex interuallis, ut res exigit.* Purgationis *etiā cauſa pluri-*

mum tri

in uino data:ſtruthion in mulſo. Paſſim et in quacũq; parte ac maxĩo incõmodo naſcũtur, q furũculi uocantur, mortiferũ aliquãdo malũ cõfectis corpibus. Remedio ſunt pignocomi folia trita cũ polẽta, ſi non dũ caput fecerint. Diſcutiunt et folia ephydri illita. Fiſtulæ quoq; in oĩ parte ſerpũt, medicorũ uitio male ſectis corporibus. Auxilio eſt centauriũ minus, collyrijs cũ melle decocto additis: plãtaginis ſuccus infuſus: qnqucfoliũ cũ ſale & melle: ladanum cũ caſtoreo: cotyledon cũ medulla ceruina calefacta, impoſita: uerbaſci radicis medulla, collyrij tenuitate in fiſtulam additur: uel ariſtolochiæ radix, uel ſuccus tithymali. Collectiões inflãmationesq; ſanãt argemoniæ folia illita. Duritias & collectiões oẽs uerbenaca, uel qnquefoliũ, decoctũq; in aceto: uerbaſci folia uel radix: hyſſopũ è uino impoſitũ: acori radix, decocto eius herbæ fouentibus: aizoũ. Itẽ quæ cõtuſa ſint, duritiasq; et ſinus corpis, et tela oĩa infixa corpi extrahunt, folia tuſſilaginis, daucum, ſemen leõtopodij tritũ in aqua cũ polẽta. Suppurationibus imponũtur pignocomi folia trita cũ polẽta, uel ſemẽ: Itẽ orchis. Vitia quæ ſunt in oſſibus, ſatyrij radice impoſita, efficaciſſime ſanari dicũtur. Nomæ et collectiões oẽs, fuco maris priuſq̃ inareſcat, & altheæ radix collectiones diſcutit. Ambuſta ſanãtur plãtagine, arcio, ita ut cicatrix fallat. Folia eius in aqua decocta & cõtrita illinuntur: Radices cyclamini cũ aizoo. Herba ipſa

ba ipſa hyperici,qđ corion appellauimus. Neruis et articulis cõuenit plãtago trita cum ſale. Argemonia tuſa ex melle. Peucedani ſucco punguntur ſpaſtici, tetanici. Neruorũ duritiæ ægilopis ſucco. Doloribus erigerõ ex aceto illinitur. Epithymo ſpaſticis et opiſthotonicis pungi, ſemĩe hyperici, qđ coris uocatur, idemq́; bibere ꝓdeſt. Phrynion dicitur etiã abſciſſos ſanare neruos, ſi confeſtim ĩponatur trita uel manſa. Spaſticis, tremulis, opiſthotonicis altheæ radix bibitur ex aqua mulſa. Sic rigores excalfacit. Sanguinis ꝓfluuinm ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrum. Eadem et in radice uis. Cyclaminos uero, ſi ore ſanguis reijciatur, ſiue è naribus, ſiue aluo fluat, ſiue fœminarum utero: Item lyſimachia pota uel illita, uel naribus indita: Item plãtaginis ſemen: Quinquefolium potum & illitum. Cicutæ ſemen in nares, ſi inde fluat, tritum ex aqua & inditum: Aizoum. Aſtragali radix ſiſtit, & iſchæmon, & achillea.

De herba equiſeto, nymphæa, peucedano, ſiderite, alijsq́; pluribus ad ſanguinẽ ſiſtendũ utilibus, & ſtephanomeli, & eriſithale, et cõtra uermes.

Caput .XIII.

EQuiſetũ hippuris à græcis dicta, & in pratis naſcens, uitupata à nobis. Eſt aũt pilus terræ, equinæ ſimilis, lienem curſorum extinguit decocta fictili nouo ad tertias, quantum uas capiat, & per triduum ieiunis pota. Vnctis, eſculentis ante diem heminsi.

unum

unũ interdicitur. Græcorũ uaria circa hanc opinio. Alij pini folijs ſimilẽ, nigricantẽ, eodem nōīe appellant, uim eius admirabilẽ tradentes, q̃ etiã ſanguinis ꝓfluuia uel tacto eo tantũ hōīe ſiſtat. Alij hippurin, alij ephydron, alij anabaſin uocant: Traduntq; iuxta arbores naſci, & ſcandentẽ eas dependere comis iunceis multis nigris, ut eſt equorũ cauda, geniculatis ramis folia habere pauca, tenuia, exigua. Semen rotundũ, ſimile coriandro, radice lignoſa, naſci in arbuſtis maxīe. Vis eius ſpiſſare corpora. Succus ſanguinẽ in naribus fluentẽ incluſus ſiſtit: Itẽ aluũ. Medetur dyſentericis ĩ uino dulci potus cyathis tribus. Vrinã cit: Tuſſim, orthopnœã ſanat: Item rupta, et quæ ſerpunt. Inteſtinis & ueſicæ folia bibũtur. Enterocelen cohibet. Faciunt & aliã hippurin, breuioribus & mollioribus comis, cãdidioribusq;, perq̃ utilem iſchiadicis, & uulneribus ex aceto impoſitã, ꝑpter ſanguinẽ ſiſtendũ. Et nymphæa trita plagis imponitur. Peucedanũ cũ ſemine cupreſſi bibitur, ſi ſanguis ꝑ os redditus eſt, fluitq; ab infernis. Sideritis tantam uim habet, ut q̃uis recenti gladiatoris uulneri illigata, ſanguinẽ claudat: qđ facit & ferulæ cinis, uel carbo: Fungus uero etiã efficacius, q ſecundũ radicẽ eius naſcitur. Per nares aũt fluẽti, & cicutæ ſemen tritũ ex aqua inditumq;, efficax habetur: Itẽ ſtephanomelis ex aqua: Betonicæ farina è lacte caprino pota, ſiſtit ex ubere fluẽtẽ: Plantagoq; cõtuſa. Eiuſ-

ſa. Eiuſdẽ ſuccus uomentibus ſanguinẽ datur. Ad erraticũ autẽ radix pſolatæ cũ axungia uetere illita. Potatur à ruptis, cõuulſis, & ex alto deiectis centauriũ maius: Gentianæ radix trita uel decocta, uel ſuccus betonicæ. Et hoc amplius addo, iocineris aut lateris cõtorſionibus, panaces, ſcordiõ, ariſtolochia, pota cũ agarico: Itẽ cõtuſis et euerſis potũ duobus obolis ĩ mulſi cyathis tribus: aut ſi febris ſit, ĩ aqua mulſa uerbaſcũ, cuius flos ſimilis auro eſt: acori radix: aizoũ oẽ. Sed è maiori ſuccus efficaciſsime: Itẽ ſymphiti radices uel decoctũ: daucũ crudũ. Eriſithale eſt flore luteo, folijs acãthi: bibitur è uino: Item chamærops: Et in ſorbitione irio uel plantago oĩbus modis: Item phthiriaſi, quo Sylla dictator conſumptus eſt.

Naſcũtur quoq; in ſanguine ipſo hoĩs aĩalia, exeſura corpus. Reſiſtitur uuæ taminiæ ſucco, aut ueratri, cum oleo perũctis corporibus. Taminia quidem in aceto decocta, etiam ueſtes eo tædio liberat.

Ad ulcera & plagas, & ad uerrucas tollendas, & de polycnemo. Ca. .XIIII.

VLcera multorum ſunt generum, ac multis modis curantur. Panacis omnium generum radix, ex uino calido illinitur manantibus. Siccat priuatim quam chironiam diximus. Cum melle trita tubera aperit: ulceribusq;, quæ ſerpunt, deploratis auxilio eſt cum æris flore, uino tẽperata, omnibus modis, uel flore, uel ſemine, uel radice. Eadem cum po-

lenta uetuſtis uulneribus ꝓdeſt. Heraclion quoq; ſiderion, apollinaris, pſyllium, tragacātha, ſcordotis cum melle purgat. Farina eius carnes excreſcentes per ſe inſparſa conſumit. Polæmonia ulcera, quæ ca coëthe uocant, ſanat: Centaurium maius, inſparſum uel illitum: Item minoris coma decocta uel trita, uetera quoq; ulcera purgat et perſanat. Folliculi clymeni recentibus plagis imponūtur. Illinitur autē gentiana ulceribus quæ ſerpūt, radice tuſa, uel decocta in aqua ad mellis craßitudinem, uel ſucco uulneribus, ex ea factum lycium. Lyſimachia recentibus plagis medetur. Plantago omniū generū ulceribus, peculiariter fœminarū, ſenum, et infantiū. Igne mollita melior: & cum ceroto craſſa ulcerum labra purgat: nomas ſiſtit: & tritam ſuis folijs integere oportet: Suppurationes, collectiones, ſinus ulcerum. Chelidonia quoq; ſiccantur ulcera adeo, ut etiam ꝓ ſpodio utantur. Eadē iam deſperatis cum axungia imponitur. Dictamnum pota ſagittas pellit, et alia tela extrahit illita. Bibitur ex aquæ cyatho foliorū obolo. Proxime pſeudodictamnū. Vtraq; etiā ſuppurationes diſcutit. Ariſtolochia quoq; putrida ulcera exeſt: ſordida expurgat cum melle, uermesq; extrahit: itemq; clauos in ulceribus natos: & infixa corpori omnia, præcipue ſagittas, et oſſa fracta, cum reſina. Caua uero ulcera explet per ſe. Et cum iride, recentia uulnera ex aceto, Vetera ulcera uerbenaca, quequo-

queſoliũ cum ſale & melle. Radices perſolatæ, uulneribus ferro illatis recentibus imponuntur: folia ueteribus. Cum axũgia utraq; et ſuo folio opitur. Damaſonium aũt & in ſtruma: Folia uerbaſci ex aceto aut uino. Periſtereos ad oĩa genera, uel calloſorum, putreſcentiumq; ulcerũ facit. Manantia nymphææ heracliæ radix ſanat. Item cyclamini radix uel per ſe, uel ex aceto, & cum melle. Eadẽ & cõtra ſteatomata efficax, ſicut ad ulcera manantia hyſſopũ: Itẽ peucedanũ: cui ad recentia uulnera tãta uis eſt, ut ſanię oßibus extrahat. Præſtãt hoc & anagallides, cohibentq; quas uocãt nomas, & rheumatiſmos. Vtiles & recentibus plagis, ſed præcipue ſenũ corpori. Cũ ceroto apoſtemata & ulcera tetra, folia mãdragoræ recẽtia. Radix uulnera cũ melle aut oleo: Cicuta *cũ ſiligine mixta mero. Aizoũ herpetas quoq; et nomas, ac putreſcẽtia: ſicut erigerõ uerminoſa. Recẽtia aũt uulnera aſtragali radix. Et uetera quoq; ulcera purgat hypociſthis utraq;. Leontopodij ſemen tritũ in aqua, et cũ polẽta illitũ, ſpicula ſagittariorũ extrahit: Itẽ pycnocomi ſemen. Tithymalus charaçias ſucco gangrenas, phagedænas, putria, uel decocto ramorum cum polenta & oleo: Orchis radices. Hoc amplius & cacoëthe ex aceto cũ melle ſiccæ et recentes. Per ſe, onothera efferentia ſeſe ulcera ſanat. Scythæ uulnera ſcythica curant. Ad carcinomata, argemõia ex melle efficacißima eſt. Vulneribus

* Vel legẽdũ: Cicuta cõſiligini mixta ex mero. Sed prior lectio ꝓbabilior, ut quã ita legi in uetuſto exẽplari.

*præſanatis aſphodeli radix decocta, ut diximus, trita cum polenta & illita: quibuſcunq; uero apollinaris. Aſtragali radix in puluerẽ trita, humidis ulceribus ꝓdeſt: Item callitrix decocta in aqua. Priuatim uero ijs quæ calceamẽto facta ſint uerbenaca, necnõ & lyſimachia contrita, ac nymphæa arida infricata. Polytrix inueteratis ijſdẽ utilior. Polycnemõ cunilæ bubulæ ſimilis eſt, ſemine pulegij, ſurculoſa, multis geniculis, corymbo odorata, acri & dulci odore, quæ ferro factis uulneribus commanducata imponitur, quinto die ſoluitur. Symphyton ad cicatricem celerrime perducit: Itẽ ſideritis. Hæc imponitur ex melle. Verbaſci ſemine ac folijs ex uino decoctis ac tritis, oĩa corpori infixa extrahũtur: Itẽ mandragoræ folijs cũ polenta: Cyclamini radicibus cũ melle. Triſſaginis folia in oleo cõtrita, ijs maxime adhibẽtur ulceribus, quæ ſerpũt: Et alga ĩ melle trita. Betonica ad carcinomata. Et * melãdryas ueteres addito ſale. Verrucas tollit argemonia ex aceto, uel batrachij radix, quæ & ungues ſcabros aufert. Linozoſtidis utriuſque folia uel ſuccus illitus: Tithymali omnes genera uerrucarum omnium: Item oĩa pterygia, uarosq; tollunt. Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum.*

• Melenas fortaſſis rectius legitur, ut & ſuprà annotatũ eſt ex Hermo. l. 24. c. 8. quo noĩe medici appellãt q̃s noſtri nigricias uocant.

De pluribus expimẽtis ad mulierũ mẽſes et uuluæ morbos, et partus eijciẽdos et cõtinẽdos, et cutis ĩ facie uitia, et capillũ tĩgẽdũ et tollendũ, et q̃drupedum

A dum ſcabiẽ. Caput .XV.

ARtemiſiã et eleliſphacũ alligatas q habet uiator, negatur laßitudinẽ ſentire. Muliebribus morbis medetur maxĩe ĩ uniuerſum pæoniæ herbæ ſemẽ nigrũ, ex aqua mulſa. Eadẽ et ĩ radice uis mẽſes cit. Panacis ſemẽ cũ abſinthio mẽſes et ſudores. Scordotis potu & illitu. Betonica drachma in uini cyathis tribus bibitur contra oĩa uuluarum uitia, aut quæ à partu fiunt. Mẽſes nimios ſiſtit achillea impoſita, & decoctum eius inſidentibus. Mammis ĩponitur hyoſcyami ſemen ex uino: loti radix è cataplaſmate. Et mammis etiã chelidonia. Sed'as morantes, uel partus emortuos, radices panacis appoſitæ extrahunt. Ipſũ panacis ſemẽ è uino potũ, uuluas purgat, appoſitumq; cũ melle. Polæmonia pota ex uino, ſecũdas pellit. Nidore purgat uuluas centaurij minoris ſuccus potus, fotuq; menſes cit. Itẽ maioris radix, ĩ uuluæ doloribus ijſdẽ modis ꝓdeſt. Deraſa uero et appoſita, extrahit partus emortuos. Plãtago ĩponitur in lana in dolore uuluæ: in ſtrãgulatu bibitur. Sed præcipua dictamno uis eſt. Mẽſes cit, partus emortuos uel tranſuerſos eijcit: Bibitur ax aqua foliorũ obolo: adeo ad hæc efficax, ut ne in cubiculũ quidẽ prægnantiũ inferatur. Nec potu tantũ, ſed & illitu & ſuffitu ualet. Proxĩe pſeudodictamnũ. Sed mẽſes cit cum mero decoctũ pondere denarij. Pluribus autem * modis & ariſtolochia ꝓdeſt, nam et mẽſes et ſecun * Prior lectio

 das molochis.

das cit. Et emortuos partus extrahit, myrrha & pi pere additis, pota uel ſubdita. Vuluas quoq; ꝓciden tes inhibet potu uel ſuffitu, uel ſubiectu, maxie tenu is. Strãgulatũ ab his, menſiũq; difficultatẽ agaricũ, tribus obolis tritũ, ĩ uini ueteris cyatho potũ, emen dat: Periſtereos appoſita ĩ adipe ſuillo recẽti. Antir rhinõ cũ roſaceo & melle: Itẽ appoſita nymphææ, theſſalæ radix pota dolori medetur. In uino pota ni gro ꝓfluuia inhibet. E diuerſo cit cyclamini radix, pota & appoſita. Et ueſicæ inſidentiũ decocto mede tur. Sec̃das pota ciſſanthemos pellit, uuluã ſanat. Et xiphij radix ſupior mẽſes cit, drachma ex aceto po ta. Peucedanũ ſtrãgulatus uuluæ nidore uſtũ recre at. Mẽſes aluosq; præcipue pſylliũ, drachma in cya this tribus aquæ mulſæ. Semẽ quoq; mãdragoræ po tum uuluam purgat: Mẽſes cit ſuccus appoſitus, & emortuos partus. Nimia rurſus ꝓfluuia ſiſtit ſemen cum uino & ſulphure. Alui ꝓfluuia ſiſtit & contra hit batrachiõ potu uel cibo ardẽs, aliâs (ut diximus) cruda. Sed cocta commendatur ſale & oleo, & cy mino. Daucũ & menſes & ſecũdas potum facillime pellit. Ladanum ſuffitu corrigit uuluas: dolori earũ exulceratiſq; imponitur. Emortua ſcamonium pel lit, potum uel appoſitũ. Menſes ciet hypericũ utrun que, appoſitum. Ante alia uero (ut Hippocrati uide tur) eryſimon è uino ſemine uel radice: Cortice tra hit, & ſecundis ſuccurrit, & ſtrangulationibus ex

aqua

aqua pota: Item radix è geranio, peculiariter ſecundis inflammationibusq́; uuluarum conueniens. Purgat hippuris pota & appoſita uuluas. Polygonus pota menſes cit: & altheæ radix. Folia plătaginis pellunt, item agaricū ex aqua mulſa. Artemiſia uuluæ medetur trita, ex oleo irino aut ſico, aut cum myrrha appoſita. Eiuſdē radix pota in tantū purgat, ut partus enectos extrahat. Menſes & ſecundas cit ramorum decoctum inſidentibus: Item folia pota drachma. Ad eadem oīa proſunt uel impoſita uētri imo cum farina hordeacea. Acoron quoq; utile eſt interioribus fœminarnm morbis: & coniza utraq;: & crethmos. Et anthyllides duæ uuluis utiliſſimæ, torminibusq́;, & ſecundarum moræ, in uino potæ. Callitrix fotu locis medetur, albugines ĩ capite tollit, capillos inficit oleo trita. Geranion in uino albo potū, & hypociſthis in rubro profluuium ſiſtunt. Hyſſopū ſuffocatiōes laxat. Radix uerbenacæ pota ex aqua, ad omnia in partu aut ex partu mala, præſtātiſſima eſt. Peucedano quidam miſcent in uino nigro ſemen cupreſſi contritum. Nam ſemen pſyllij deferuefactum in aqua, cum intepuerit, epiphoras omnes uteri lenit. Symphyton tritum in uino nigro euocat mēſes. Partus accelerat ſcordotis pota, drachma ſucci in aqua mulſa cyathis quatuor. Dictamni folia præclare dantur ex aqua. Conſtat, unius oboli pondere, uel ſi mortui ſint in utero infantes, protinus red

di ſine uexatiõe puerpę. Siľr ꝑdeſt pſeudodictamnũ, ſed tardius: cyclaminos adalligata: ciſſanthemos po ta: itẽ betonicæ farina ex aqua mulſa. Arſenogonõ et thelygonon herbæ ſunt, habẽtes uuas floribus oleæ ſiľes, pallidiores tamẽ, ſemẽ albũ papaueris mõ. Thelygoni potu fœminã cõcipi narrãt. Arſenogonõ ab ea ſemĩe oleæ, nec alio, diſtat. Huius potu mares generari ꝓhibẽtur, ſi credimus. Alij utrãq; ocimo ſimi lem tradũt. Arſenogoni aũt ſemẽ geminum eſſe teſtibus ſiľe. Mammarũ uitijs aizoũ, qđ digitellũ appel lauimus, unice medetur. Erigerõ ex paſſo mãmas hu beriores facit: Sonchũ in farre coctũ. Quæ uero maſtos uocatur, indita, pilos mammarũ è partu naſcentium: & tineas aufert in facie, aliaq́; cutis uitia emẽ dat. Gentiana, nymphæa heraclia illita, cyclamini radix, maclas oẽs. Cacaliæ grana mixta ceræ liqdæ, extendũt cutem in facie, erugantq́;: Vitia oĩa acori radix emẽdat. Capillũ lyſimachia flauũ facit: denigrat hypericon, qđ & corion uocatur: Item ophrys herba dẽticulato oleri ſiľis, folijs duobus. Nigritiam dat et polæmonia, in oleo decocta. Pſilothrũ nos qdẽ in muliebribus medicamentis tractamus, uerum etiã uiris in uſu eſt. Efficaciſsimũ aũt habetur archezoſtis. Itẽ tithymali ſucco, uel in ſole cũ oleo illito cerebro, uel euulſis pilis. Quadrupedũ ſcabiẽ ſanat hyſſopum ex oleo fotum. Anginas peculiariter ſideritis. Verum & reliqua genera herbarum reddamus.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XXVII.

PROOEMIVM.

Reliqua herbarum genera. Caput .I.

CReſcit apud me certe tractatu ipſo admiratio antiqtatis: quãtó q; maior copia herbarũ dicẽda reſtat, tanto magis adorare priſcorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatẽ ſubit. Nec *dubie ſuperata hoc modo poſſet uideri etiam rerum naturæ ipſius munificentia, ſi humani operis eſſet inuentio.* Nunc *uero deorũ fuiſse eam apparet, aut certe diuinã, etiã cum homo inuenerit: eandemq; omniũ parentem genuiſse hæc & oſtendiſſe, nullo uitæ miraculo maiore, ſi uerum fateri uolumus. Scythicam herbam à* Mæ*otidis paludibus, & euphorbiã è monte Atlante, ultraq; Herculis columnas, & ipſo rerũ naturæ defectu, parte alia britannicam ex oceani inſulis extra terras poſitis: itemq; æthiopidẽ ab exuſto ſideribus axe, alias præterea aliunde ultro citroq; humanæ ſaluti in toto orbe terrarũ portari, immenſa* Roman*æ pacis maieſtate, non homines modo diuerſis inter ſe terris gentibuſq;, uerum etiã montes, & excedentia in nubibus iuga, paſtuſq; pecorum et herbæ quoque inuicem oſtentant.* Aeternum *quæſo*

deorum ſit munus iſtud: Adeo Romanos, uelut alteram lucem, dediſſe rebus humanis uidentur.

De aconito, & panthera, et quæ extinguitur aconito. Caput II.

SEd antiquorũ curã diligentiamq; quis poſſit ſatis uenerari, cũ conſtet oĩm uenenorũ ocyſſimũ eſſe aconitũ: & tactis quoq; genitalibus fœminini ſexus animaliũ, eodẽ die inferre mortẽ? Hoc fuit uenenum, quo interemptas dormiẽtes à Calfurnio Beſtia uxores M. Cæcilius accuſator obiecit. Hĩc illa atrox peroratio eius, in digito eas mortuas. Fabulæ narrauere è ſpumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule: Ideoq; apud Heracleã Ponticam, ubi monſtratur eius ad inferos aditus, gigni. Hoc quoque tamen in uſus humanæ ſalutis uertere, ſcorpionum ictibus aduerſari, experiendo aconitum datum in uino calido. Ea eſt natura ut hominẽ occidat, niſi inuenerit qđ in homine perimat. Cum eo ſolo colluctatur, uelut pari intus inuento. Sola hæc pugna eſt, cũ uenenum in uiſceribus reperit. Mirumq;, exitialia per ſe ambo cũ fuerint, duo uenena in hoĩe cõmoriuntur, ut homo ſuperſit. Imò uero etiã ferarũ remedia antiqui ꝓdiderunt, demonſtrando quõ uenenata quoq; ipſo ſanarentur. Torpeſcunt ſcorpiones aconiti tactu, ſtupentq; pallentes, et uinci ſe confitentur. Auxiliatur eis elleborũ albũ, tactu reſoluẽte: ceditq; aconitum duobus malis, ſuo et oĩm. Qđ ſi qs illa forte ab hoĩe

excogita

excogitari potuiſſe credit, ingrate deorũ intelligit munera. Tangunt carnes aconito, necantq; guſtatu earũ pantheras: niſi hoc fieret, repleturas illos ſitus. Ob id quidã pardalianches appellauere. At illas ſtatim liberari morte, excrementorũ hominis guſtu, demonſtratum: Quod certe caſu reptum quis dubitet? & (quotiẽs fiat) etiamnum ut nouum naſci, quoniam feris ratio & uſus inter ſe tradi non poſſit.

Quod omnium creaturarum conditor ſit deus.

Caput .III.

*Hic ergo caſus, hic eſt ille, qui plurima inuenit in uita deus. Hic habet nomen, per quem intelligitur eadẽ & parens rerũ oĩum & magiſtra natura utraq; cõiectura pari, ſiue iſta quotidie feras inuenire, ſiue ſemper ſcire iudicemus. Pudẽdumque rurſus, omnia animalia quæ ſint ſalutaria ipſis, noſſe ipſa, præter hominem. Sed & maiores, oculorum quoq; medicamentis aconitũ miſceri, ſaluberrime ꝑmulgauere: aperta ꝓfeſſione, * malum quidẽ nullum eſſe ſine aliquo bono. Fas ergo nobis erit (qui nulla diximus uenenata) nunc demonſtrare quale ſit aconitum, uel deprehendendi gratia. Folia habet cyclamini aut cucumeris, non plura quatuor, ab radice leniter hirſuta. Radicem modicam cammaro ſimilem marino. Quare quidam cammaron appellauere, alij ✠ thelyphonon, ex qua diximus cauſa. Radix incuruatur paulum ſcorpionum modo,*

** Aliâs legitur: Malũ qdẽ nullũ ſine aliquo bono dicere. Prior tamẽ lectio fide quorundã exẽplariũ non caret.*

✠ Siue potius theriphonõ, ut uult Hermo. in ſuo Corol.

quare &

quare & ſcorpion aliqui appellauere. Nec defuere, qui myoctonon appellare mallent, quoniam ꝓcul & è lõginquo odore mures necat. Naſcitur in nudis cautibus, quas aconas uocant. Et ideo aconitum aliqui dixere, nullo iuxtà, ne puluere quidem, nutriente. Hanc aliqui rationem nominis attulere. Alij, quoniã uis eadẽ in morte eſſet, quæ cotibus ad ferri aciẽ deterendam, ſtatimq; admota uelocitas ſentiretur.

De aconito eiusq; natura Vide Theo. li. 9. cap. 16. de quo præter alia hæc ibi dicit: Amat aũt loca potiſſimũ ſaxoſa, paſcitur eo neq; pecus neq; ullum animal.

De æthiopide, & agerato, & aloë, & alcea, & alypo, & alſina, & androſace, & androſemo, et ambroſia, & anconi, & anagyro, & anonymo.

Caput IIII.

AEthiopis folia habet phlomo ſimilia, magna & multa, & hirſuta ab radice. Caulem quadrangulum, ſcabrum, ſimilem arcio, multis concauum alis, ſemẽ eruo ſimile, candidum, geminũ, radices numeroſas, lõgas, plenas, molles, glutinoſas guſtu. Siccæ nigreſcunt, duranturq; ut cornua poſſint uideri. Præterea in Aethiopia naſcuntur, & in Ida monte Troadis, & in Meſſenia. Colliguntur autumno, ſiccantur in ſole aliquot diebus, ne ſitum ſentiant. Medẽtur uuluis, potæ in uino albo, iſchiadicis, pleuriticis, faucibus ſcabris, decocta potu dantur. Sed quæ ex Aethiopia uenit, eximia eſt, atq; ilico ꝓdeſt. Ageratõ ferulacea eſt, duorũ palmorũ altitudine, origano ſimilis, flore bullis aureis. Huius uetuſtæ nidor urinã cit, uuluãq; purgat, tanto magis inſi

dentibus.

dentibus. Cauſa nõis non hæc, ſed quoniã diutiſſime non marceſcit. Aloẽ ſcillæ ſimilitudinẽ habet, maior, & pinguioribus folijs ex obliquo ſtriata. Caulis eius tener eſt, rubẽs medius, nõ diſſimilis antherico: radice una, ceu palo in terra dimiſſa, graui odore, guſtu amara. Laudatiſſima ex India affertur, ſed naſcitur & in Aſia: non tamẽ ea utuntur, niſi ad uulnera recentibus folijs, mirifice enim conglutinat, uel ſucco: Ob id in turbinibus cadorum eã ſerunt, ut aizoũ maius. Quidã & caulẽ ante maturitatẽ ſeminis incidunt ſucci gratia, aliq & folia. Inuenitur & p ſe lachryma adhærens. Ergo pauimentandũ ubi ſata ſit, cenſent, ut lachryma non abſorbeatur. Fuere, qui traderẽt in Iudæa ſuper Hieroſolymã metallicã eius naturã: ſed nulla magis improba eſt, neq; alia nigrior eſt, aut humidior. Erit ergo optima pinguis ac nitida, ruffi coloris, friabilis, ac iocineris modo coacta, facile liqueſcẽs. Improbanda nigra & dura, harenoſa quoq; quæ & guſtu intelligitur. Gummi adulteratur & acacia. Natura eius ſpiſſare, denſare, & leuiter calfacere. Vſus in multis & principalis aluũ ſoluere, cũ penè ſit ſola medicamentorũ quæ p ſe id præſtant. Confirmat etiã ſtomachũ, adeo, ut non infeſtet ulla uis cõtraria: Bibitur drachma. Ad ſtomachi uero diſſolutionẽ, in duobus cyathis aquæ tepidæ uel frigidæ, cochlearis mẽſura, bis térue in die ex interuallis, ut res exigit. Purgationis etiã cauſa plurimum tri

mum tribus drachmis. Efficacior, *ſi pota ea ſumatur cibus.* Capillũ *fluentẽ cõtinet cũ uino auſtero, capite in ſole cõtra capillũ puncto.* Dolorẽ *capitis ſedat, tẽporibus & fronti impoſita, ex aceto et roſaceo:* Dilutiorq́; *infuſa, oculorũ uitia oĩa ſanari ea conuenit.* Priuatim *prurigines & ſcabiẽ genarũ:* Itẽ *inſignita ac liuida, illita cum melle, maxĩe* Pontico: Tonſillas, *gingiuas, et oĩa oris ulcera. Sanguinis excreatiões, ſi modicæ ſint, drachmæ pondere ex aqua: ſi minus, ex aceto pota. Vulnerũ quoq; ſanguinẽ, & undecunq; fluentẽ ſiſtit per ſe, uel ex aceto.* Aliâs *etiã eſt uulneribus utiliſſima ad cicatricẽ pducens.* Eadẽ *inſpergitur exulceratis genitalibus uirorũ, cõdylomatis, rimisq́; ſedis, aliâs ex uino, aliâs ex paſſo, aliâs ſicca per ſe, ut exigit mitiganda curatio, aut coërcenda.* Hæmorrhoidũ *quoq; abundantiã leniter ſiſtit.* Dyſenteriæ *infunditur.* Et *ſi difficilius concoquantur cibi, bibitur à cœna modico ĩteruallo.* Et *in regio morbo tribus obolis ex aqua.* Deuorãtur *pilulæ cum mellis decocto, aut reſina terebinthina, ad purgãda interiora.* Digitorũ *pterygia tollit.* Oculorũ *medicamẽtis lauatur, ut qđ ſit harenoſiſſimũ ſubſidat.* Aut *torretur in teſta, pennaq́; ſubinde uerſatur, ut poſſit æqualiter torreri.* Alcea *folia habet ſimilia uerbenacæ, quæ & periſtereon cognoĩatur.* Caules *tres aut quatuor, foliorũ plenos, florem roſæ, radices albas, cum plurimum ſex, cubitales, obliquas.* Naſcitur *in pĩgui*

ſolo, nec

ſolo, nec ſicco. Vſus radicis ex uino uel ex aqua dyſentericis, aluo citæ, & ruptis, conuulſis. Alypon cauliculus eſt molli capite, non diſſimilis betæ, acre guſtatu ac lentum, mordensq; uehementer & accendens. Aluū ſoluit in aqua mulſa, addito ſale modico. Minima potio duarū drachmarum, media quatuor, maxima ſex, ea purgatione quibus datur e gallinaceo iure. Alſine, quam quidam myoſoton appellāt, naſcitur in lucis, unde & alſine dicta eſt. Incipit à media hyeme. Areſcit æſtate media, cum prepit, muſculorum aures imitatur folijs. Sed aliam docebimus eſſe quæ iuſtius myoſotis uocetur. Hæc eadem erat quæ helxine, niſi minor minusq; hirſuta eſſet. Naſcitur in hortis, et maxime in parietibus. Cum teritur, odorem cucumis reddit. Vſus eius ad collectiōes inflammationesq;. Quin emendat omnia quæ helxine, ſed infirmius. Epiphoris peculiariter imponitur: Itē uerendis ulceribusq;, cum farina hordeacea. Succus eius auribus infunditur. Androſaces herba eſt alba, amara, ſine folijs, folliculos in cirris habēs, & in his ſemen. Naſcitur in maritimis Syriæ maxime. Datur hydropicis drachmis duabus tuſa aut decocta in aqua, uel aceto, uel uino. Vehementer enī urinas cit. Datur et podagris, illiniturq;. Idē effectus eſt & ſemini. Androſemon, ſiue (ut alij appellauere) aſcyron, non abſimile eſt hyperico, de qua diximus, cauliculis maioribus dēſioribusq;, & magis rubentibus.

Folia alba

Folia alba rutæ figura. Semen papaueris nigri. Comæ tritæ ſanguineo ſucco manãt. Odor ei reſinoſus. Gignitur in uineis. Ferè medio autũno effoditur, ſuſpenditurq́;. Vſus ad purgandã aluũ tuſæ cũ ſemine, potæq́; matutino, uel à cœna duabus drachmis in aqua mulſa, uel uino, uel aqua pura, totius potionis ſextario. Trahit bilẽ: ꝓdeſt iſchiadicis maxĩe. Sed poſtera die, capparis radicẽ reſinæ ꝑmixtã deuorare oportet drachmæ põdere iterũq́; quatriduĩ interuallo eadẽ facere. A purgatione aũt ipſa robuſtiores uinũ bibere, infirmiores aquã. Imponitur et podagris & ambuſtis, et uulneribus, cohibẽs ſanguinẽ. Ambroſia uagi noĩs eſt, & circa alias herbas fluctuans, fruticẽ unũ habens dẽſum, ramoſum, tenuẽ, triũ ferè palmorũ, tertia parte radice breuiorẽ, folijs rutæ. Circa imũ caulẽ in ramulis ſemẽ eſt uuis dependentibus, odore uinoſo: qua de cauſa botrys à q̃buſdã uocatur, ab alijs artemiſia. Coronãtur illa Cappadoces. Vſus eius ad ea quæ diſcuti opus ſit. Anonin quidã onotida malũt uocare, ramoſam, ſimilẽ fœnogræco, niſi fruticoſior hirſutiorq́; eſſet, odore iucundo. Poſt uer ſpinoſa. Eſtur etiã muria cõdita. Recens uero margines ulcerũ erodit. Radix decoq̃tur in poſca dolori dentiũ. Eadẽ cũ melle pota, calculos pellit. Comitialibus datur in oxymelite, decocta ad dimidias. Anagyros quã aliq acopon uocant, fruticoſa eſt, grauis odore, flore oleris, ſemen in cornicu

lis non

lis non breuibus gignit,ſimile renibus,qđ durescit ꝑ meſſes. Folia collectionibus ĩponuntur,difficulterq́; pariẽtibus adalligãtur, ita ut à partu ſtatim auferã tur. Qđ ſi emortuus hæreat, & ſecũdæ mẽſesq́; mo rentur,drachmæ põdere bibũtur ĩ paſſo folia. Sic et ſuſpirioſis dantur:& in uino uetere ad phalangiorũ morſus. Radix diſcutiẽdis cõcoquendisq́; adhibetur. Semẽ cõmanducatũ uomitiones facit. Anonymos à nõ inueniendo noĩe nomẽ inuenit. Affertur è Scythia,celebrata Hiceſio,non paruæ autoritatis medico. Item ariſtogeton,in uulneribus præclara,ex aqua tuſa & impoſita:pota uero, mãmis præcordiisq́; percußis:item ſanguinẽ excreantibus. Putauerunt et bibẽdã uulneratis. Fabuloſa arbitror q̃ adijciũtur:recẽte ea ſi uratur ferrũ aut æs,ferrumĩari.

De aparine,& arctio,et aſpleno,& aſclepiade,& aſtere uel bubonio,& aſcyro uel aſcyroide,& aphace,& de alcibio,& alectorolopho. Caput .V.

AParinen aliqui omphacocarpon,alij philanthropõ uocant,ramoſam, hirſutam,quinis ſeniſue in orbẽ circa ramos folijs per interualla: Semen rotundum, durũ, concauũ, ſubdulce. Naſcitur in frumẽtario agro, aut hortis pratiſue, aſperitate etiam ueſtiũ tenaci. Efficax contra ſerpẽtes,ſemine poto ex uino drachma,& cõtra phalangia. Sanguinis abundantiã ex uulneribus imprimũt folia impoſi

BB ta,ſuc

ta,ſuccus auribus infunditur. Arction aliqui poti *us arcturum uocant,ſimilis eſt uerbaſco folijs, niſi q̃ hirſutiora ſunt,caule lõgo,molli,ſemine cymini.* Na*ſcitur in petroſis,radice tenera,alba,dulciq́;.* Decoq*tur ĩuino ad dentiũ dolorẽ,ita ut cõtineatur ore de*coctũ. Bibitur *ꝓpter iſchiada et ſtrãguriam è uino, ambuſtis ĩponitur et pnionibus.* Fouetur *eadẽ cũ ra dice,ſemine trito ĩ uino.* Aſplenũ *ſunt q hemioniõ uocãt,folijs trietalibus multis, radice limoſa,cauer noſa,ſicut filicis cãdida,hirſuta:nec caulẽ,nec florẽ, nec ſemẽ habet.* Naſcitur *ĩ petris,parietibus opacis, humidis,laudatiſsima ĩ* Creta. *Huius foliorũ iure in aceto decocto,p dies.*XL.*poto,lienem abſumi aiũt:* Et illinũtur. Eadẽ *aũt ſedãt ſingultus, non dãda fœminis,quoniã ſterilitatẽ facit.* Aſclepias *folia ede ræ habet,ramos longos,radices numeroſas, tenues, odoratas,floris uirus graue,ſemẽ ſecuridacæ.* Naſci*tur in mõtibus.* Radices *torminibus medẽtur, et con tra ſerpẽtiũ ictus,non ſolũ potũ,ſed etiã illitũ.* A*ſter ab aliqbus buboniõ* appellatur, *quoniã inguinũ* præſentaneũ *remediũ eſt.* Cauliculus *folijs oblongis duobus aut tribus,ĩ cacumine capitula ſtellæ modo radiata.* Bibitur *aduerſus ſerpẽtes. Sed & ad ingui num medicinã,ſiniſtra manu decerpi iubẽt,& iuxta cinctus* alligari. Prodeſt *& coxendicis dolori adalli gata.* Aſcyrõ *& aſcyroides,ſilia ſunt inter ſe & hypico,ſed aſcyron maiores habet ramos,q aſcyroi*

des uocantur, ferulaceos, oino rubẽtes, capitulis par uis, luteis. Semen in cauliculis puſillum, nigrũ, reſi noſum. Comæ tritæ uelut cruẽtatæ. Qua de cauſa q dam hãc androſæmõ uocauere. Vſus ſeminis ad iſchi adicos, potus duabus drachmis ĩ hydromelitis ſexta rio. Aluũ ſoluit, bilẽ detrahit. Illinitur & ambuſtis.

Aphace tenuia admodũ folia habet, puſillo altior lenticula eſt. Siliquas maiores fert, in qbus terna aut quaterna ſemina ſunt nigriora, & madidiora, et minora lẽticula. Naſcitur in aruis. Natura ei ad ſpiſ ſandum efficacior q̃ lenti: reliquo uſu eoſdẽ effectus habet. Stomachi aluiq; fluxiones ſiſtit ſemẽ decoctũ.

Alcibion qualis eſſet herba, apud autores nõ rep peri. Sed radicẽ eius & folia trita, ad ſerpẽtis mor ſus imponi & bibi iubent: Folia quantum manus ca piat trita cum uini meri cyathis tribus, aut radicem drachmarum trium pondere cum uini eadem menſu ra. Alectorolophos, quæ apud nos criſta dicitur, folia habet ſimilia gallinacei criſtæ, plura, caulẽ te nuem, & ſemen nigrũ in ſiliquis. Vtilis tuſsientibus cocta cũ faba freſſa, melle addito, & caligini oculo rum. Solidum ſemen conijcitur in oculũ, nec turbat, ſed in ſe caliginem cõtrahit. Mutat colorem, ſed ex nigra albicare incipit, & intumeſcit, ac per ſe exit.

De alo. Caput .VI.

ALum nos uocamus, Græci ſymphyton petre um, ſimile cunilæ bubulæ, folijs paruis, ramis tribus

aut quatuor à radice, cacuminibus thymi, ſurculoſum, odoratum, guſtu dulce, ſaliuam ciens, longa radice, rutila. Naſcitur in petris, ideoq; petreum cognominatum: utiliſsimũ lateribus, lienibus, renibus, torminibus pectoris, pulmonibus, ſanguinem reijcientibus, faucibus aſperis. Bibitur radix trita, & in uino decocta, & aliquando ſuperlinitur. Quin & commãducata ſitim ſedat, præcipueq; pulmonem refrigerat. Luxatis quoque imponitur & cõuulſis, lieni, interaneis. Aluum ſiſtit coacta in cineres: Detractis quoque folliculis trita cum piperis nouem granis, et ex aqua pota. Vulneribus ſanãdis tãta præſtãtia eſt, ut carnes quoque cum coquuntur, cõglutinet addita: unde & Græci nomen impoſuere. Oſsibus quoque fractis medetur.

De alga, & actea, & de ampelo agria, & abſinthio. Caput .VII.

ALga ruffa & ſcorpionũ ictibus. Actea graui foliorũ odore, caulibus aniſi geniculatis, ſemine nigro ut ederæ, baccis mollibus, naſcitur in opacis & aſperis, & aquoſis. Datur acetabulo pleno interioribus fœminarũ morbis. Ampelos agria uocatur herba, folijs duris ciueracei coloris, qualem in ſatis diximus, uiticulis longis, calloſis, rubentibus, qualiter flos quem Iouis flammam appellauimus in uiolis, fert ſemẽ punici mali ſimile acinis. Radix eius decocta in aquæ cyathis ternis, additis uini Coi cyathis duo-

this duobus, aluum ſoluit leniter: ideo hydropicis da tur. Vuluæ uitia & cutis in facie mulierũ emendat. Iſchiadicos quoque uti hac herba prodeſt, tuſa cũ fo lijs, et illita cum ſucco ſuo. Abſinthij *genera ſunt plura: Sãtonicum appellatur à* Galliæ *ciuitate:* Pon*ticum à* Ponto, *ubi pecora pingueſcunt illo, & ob id ſine felle reperiuntur, neq; aliquod præſtãtius, multoq;* Italico *amarius, ſed medulla* Pontici *dulcis.* De *uſu eius conuenit dicere herbæ, facillimæ, atque inter paucas utiliſsimæ, præterea ſacris populi* Ro. *celebratæ peculiariter.* Siquidem Latinarũ *ferijs quadrigæ certant in* Capitolio, *uictorq; abſinthium bibit: credo ſanitatem præmio dari honorifice arbitratis maioribus.* Stomachum *corroborat, & ob hoc ſapor eius in uina transfertur, ut diximus.* Bibitur & *decoctum aqua, ac poſtea nocte et die refrigeratum ſub diuo, decoctis ſex drachmis foliorum cum ramis ſuis in cæleſtis aquæ ſextarijs tribus:* Oportet & *ſalem addi.* V*etuſtiſsime in uſu eſt.* Bibitur & *madefacti dilutũ:* Ita *enim appellatur hoc genus.* Diluti *ratio, ut (quiſquis fuerit modus aquæ) tegatur per triduum.* Tritum *raro in uſu eſt, ſicut & ſuccus expreſſi.* Exprimitur *autem cum primum ſemen turgeſcit, madefactum aqua triduo, recens, aut ſiccum ſeptem diebus.* Deĩde *coctum in æneo uaſe ad tertias.* X. *heminis in aquæ ſextarijs.* XLV. Iterumq; *percolatũ.* Herba *lente coquitur ad craſsitudinem mellis, quali*

ter ex minore centaurio quæritur ſuccus. Sed hic ab ſinthij, inutilis ſtomacho capitiq; eſt, cum ſit ille decoctus ſaluberrimus. Nanq; aſtringit ſtomachum, bilemq; detrahit, urinam cit, aluum emollit, & in dolore ſanat: uentris animalia pellit, malaciam ſtomachi & inflationes diſcutit cum ſili et nardo gallico, aceto exiguo addito. Faſtidia abſterget, concoctiones adiuuat. Cruditates detrahit cum ruta, & pipere, & ſale. Antiqui purgationis cauſa dabant, cũ marinæ aquæ ueteris ſextario, ſeminis ſex drachmis, cũ tribus ſalis, & mellis cyatho. Efficacius purgat duplicato ſale. Diligẽter autem teri debet, propter difficultatem. Quidam & in polenta dedere ſupradictum pondus, addito pulegio, alij contra paralyſin, alij pueris folia in fico, ſic ut amaritudinẽ fallerent. Facile thoracem purgat cum iride ſumptum. In regio morbo crudum bibitur cum apio, aut adianto. Aduerſus inflationes calidum paulatim ſorbetur ex aqua. Iocineris cauſam cum gallico nardo: Lienis cũ aceto, aut pulte, aut fico ſumitur. Aduerſatur fungis ex aceto: Item uiſco: Cicutæ ex uino, & muris aranei morſibus, draconi marino, ſcorpionibus. Oculorum claritati multum confert. Epiphoris cum paſſo imponitur: ſugillatis cum melle. Aures eius decoctũ uaporis, ſuffitu ſanat: aut ſi manat ſanies, cum melle tritum. Vrinam ac menſes ciunt tres quatuórue ramuli, cũ gallici nardi radice una, cyathis aquæ. VI.

Dioſcor. ſeſeli. Sed idem ſeſeli cum ſili eſt.

Menſes

Menſes priuatim cum melle ſumptum, & in uellere appoſitum. Anginis ſubuenit cum melle & nitro. Epinyctidas ex aqua ſanat: Vulnera recentia, priuſquã aqua tangantur impoſitum: Prætereaq́; capitis ulcera. Peculiariter ilibus imponitur, cum cypria cera, aut cum fico. Sanat & pruritus. Non eſt dandum in febri. Nauſeas maris arcet in nauigationibus potũ: Inguinum tumorem in uentrali habitum. Somnos allicit olfactum, aut inſcio ſub capite poſitum. Veſtibus inſertum tineas arcet. Culices ex oleo perunctis abigit, & fumo, ſi uratur. Atramentum librariũ ex diluto eius temperatum, literas à muſculis tuetur. Capillum denigrat abſinthij cinis, unguento roſaceóque permixtus. Eſt abſinthium marinum, quod quidam ſeriphium uocant, probatiſſimum in Tapho ſiri Aegypti. Huius ramum Iſiaci præferre ſolenne habent: anguſtius priore, minusq́; amarum, ſtomacho inimicum. Aluum mollit, pellitq́; animalia interaneorum. Bibitur cum oleo & ſale, aut in farinæ trimeſtris ſorbitione dilutum. Coquitur quãtum manus capiat, in aquæ ſextario ad dimidias.

De ballote, & botrye fruticoſa, et brabylla, & bryo, et bupleuro, & catanãce, & calla, & circæa, & cirſio, & cratægono, & thelygono, & crocodilio, & cynoſorchi, et chryſolachano, & cucubalo, & conferua. Caput .VIII.

BAlloten alio nomine melampraſion græci uocant, herbã fruticoſam, anguloſis caulibus, nigris, hirſutis, folijs ueſtientibus, maioribus q̃ marrubij, & nigrioribus, graue olẽtibus. Vis eius efficax aduerſus canis morſus, ex ſale folijs tritis impoſita: Item ad condylomata, coctis cinere, in folio oleris. Purgat & ſordida ulcera cum melle. Botrys fruticoſa herba eſt, luteis ramulis. Semen circa totã naſcitur, folia cichorio ſimilia. Inuenitur in torrentiũ ripis. Medetur orthopnoicis. Hoc Cappadoces ambroſiã uocãt, alij artemiſiã. Brabylla ſpiſſandi uim habet cotonei mali mõ, nec amplius de ea tradunt autores.

Bryon marina herba, ſine dubitatione lactucæ folijs ſimilis, rugoſa ueluti cõtracta, ſine caule, ab ima radice exeuntibus folijs. Naſcitur in ſcopulis maxĩe, teſtisq́; terra cõprehenſis. Præcipua ſiccandi ei ſpiſſandiq́; uis, & collectiones oẽs inflãmationesq́; cohibendi, præcipue podagræ, & qcquid refrigerare opus ſit. Bupleuri ſemen ad ictus ſerpentiũ dari reperio, foueriq́; plagas decocta ea herba, adiectis folijs mori aut origani. Catanancen theſſalã herbam qualis ſit, à nobis deſcribi ſuperuacuũ eſt, cũ ſit uſus eius ad amatoria tantum. Illud non ab re eſt dixiſſe, ad detegendas magicas uanitates electã ad hunc uſum, cõiectura, quoniã areſcẽs cõtraheret ſe ad ſpeciẽ unguiũ milui exanimati. Eadẽ ex cauſa & cemos ſilebitur

Quã herbam à nobis. Calla duorũ generũ eſt. Vna ſimilis cro.

Naſcitur

Naſcitur in arationibus. Colligitur antequam inareſcat. Vſusq́; eoſdem habet quos arum. Bibitur quoq; radix huius ad exinaniendas aluos, menſesq́; mulierum. Item caules cum folijs in leguminibus decocti, ſanant tenaſmon. Alterum genus eius quidam anchuſam uocant, alij rhinocliſiam. Folia lactucæ longiora, plumoſa, radice rubra, quæ ignes ſacros cum flore polentæ ſanat impoſita: iocineris autem uitia, in uino albo pota. Circæa ſtrychno ſatiuo ſimilis eſt, flore nigro, puſillo, paruo ſemine ut milij, naſcente in quibuſdam corniculis, radice ſemipedali, triplici fermè aut quadruplici, alba, odorata, guſtus calidi. Naſcitur in apricis ſaxis. Diluitur in uino, bibitúrque ad dolorem uuluæ & uitia. Macerari oportet in ſextarijs tribus quadrantem radicis tuſæ per noctem et diem. Trahit eadē potione ſecundas ſemine. Lac minuit in uino, aut mulſa aqua pota. Cirſion cauliculus eſt tener duûm cubitorū, trianguloſilis, folijs ſpinoſis circūdatus. Spinæ molles ſunt. Folia bouis linguæ ſimilia, minora, ſubcandida, & in cacumine capitula purpurea, quæ ſoluuntur in lanugines. Hanc herbā radicémue eius adalligatā, dolores uaricum ſanare tradunt. Cratæogonō ſpicæ tritici ſimile eſt, multis calamis ex una radice emicantibus, multorūq; geniculorū. Naſcitur in opacis, ſemīe milij, uehemēter aſpo guſtu: Quod ſi bibāt ex uino ante cœnā, tribus obolis in cyathis aquæ totidē, mulier, ac uir,

Plini. hoc loco callam uocat, eandē Dioſco. callyca appellare uidetur, ī uerbo anchuſæ.

ac uir, ante conceptum diebus. XL. *uirilis ſexus partum futurũ aiunt. Eſt & alia crateogonos, quæ thelygonos uocatur. Differẽtia intelligitur lenitate guſtus. Sunt q̃ florẽ crateogoni bibẽtes mulieres, intra* XL. *diẽ cõcipere tradant. Eadẽ ſanant ulcera uetera nigra cũ melle: Explent ſinus ulcerũ, & atropha carnoſiora faciunt. Purulenta expurgãt, panos diſcutiunt, podagras collectionesq́; oẽs leniunt, peculiariter mammarũ. Theophraſtus arboris genus intelligi uoluit crateogonõ ſiue crategona, quam Italia aquifoliũ uocat. Crocodilion chamæleõtis herbæ nigræ figurã habet, radice longa, æqualiter craſſa, odoris aſperi. Naſcitur in ſabuletis. Pota ſanguinem per nares pellit copioſum craſſumq́;, atq; ita lienem cõſumere dicitur. Cynoſorchin aliq orchin uocãt, folijs oleæ, mollibus, ternis, paruisq́;, ſemipedis longitudinis, in terra ſtratis, radice bulboſa, oblõga, duplici ordine, ſuperiore quæ durior eſt, & inferiore quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti, in uineis fere inuenti. Ex his radicibus ſi maiorẽ edãt uiri, mares generari dicũtur: ſi minorẽ fœminæ, alterum ſexũ. In Theſſalia molliorẽ in lacte caprino uiri bibũt ad ſtimulandos coitus, duriorem uero ad inhibendos. Aduerſatur alter alteri. Chryſolachanum in pineto, lactucæ ſimile naſcitur. Sanat neruos inciſos, ſi confeſtim imponatur. Et alibi genus chryſolachani tradẽtur, flore aureo, folijs oleris. Coctũ eſtur, ut olus molle.*

le. Herba

le. Herba hæc alligata morbũ regiũ habentibus, ita ut ſpectari ab his poſſit, ſanare id malũ traditur. De chryſolachano nec ſatis dici ſcio, nec plura reperio. Nanq; & hoc uitio laborauere ꝓximi utiq; herbarij noſtri, qđ ipſi notas uelut uulgares ſtrictim et nominibus tantũ indicauere, tanq̃ coagulo terræ aluũ ſiſti, ſtranguriã diſſolui, ſi bibatur ex uino aut aqua.

Cucubali folia trita cum aceto, ſerpentum ictibus & ſcorpionũ mederi. Quidã alio hanc nõie ſtrumũ appellãt, alij græce ſtrychnõ: Acinos habet nigros. Ex his cyathus ſucci cũ mulſi duobus, medetur lumbis: Item capitis doloribus cũ roſaceo infuſus. Ipſa ſtrumis illita ſanandis, peculiaris eſt alpinis maxime fluminibus, conſerua, appellata à conferruminando, ſpongia aquarum dulcium uerius q̃ muſcus aut herba, uilloſæ denſitatis atq; fiſtuloſæ. Curatum ea ſcio, omnibus ferè oſſibus confractis, prolapſum ex arbore alta putatorem, circundata uniuerſo corpori, aquam ſuam inſpergentibus quotiẽs inareſceret: raroq; , nec niſi deficientem herbam, mutationis cauſa reſoluentibus, cõualuiſſe, uix credibili celeritate.

De cocco gnidio, & dipſaco, & dryopteris, & dryophono, & elatine, & empetro ſiue calcifraga, & epipacti ſiue elleborine, & epimedio, & enneaphyllo, & filice, & de femore bubulo, & galiopſide ſiue galiobdolo, & glauce ſiue eugalacto. Caput .IX.

Cocco

Cocco gnidio color cocci, magnitudo grano piperis, maior uis ardens. Itaq; in pane deuoratur, ne adurat cum gulam tranſit. Huic uis præſentanea contra cicutam. Siſtit aluum. Dipſacos folia habet lactucæ, bullas ſpinoſas in dorſi medio, caulem duorum cubitorum, iiſdem ſpinis horridũ, genicula eius binis folijs amplectentibus, concauo alarũ ſinu, in quo ſubſiſtit ros ſalſus. In cacumine capitula ſunt echinata ſpinis. Naſcitur in aquoſis. Sanat rimas ſedis. Item fiſtulas decocta in uino radice, uſq; dum ſit craßitudo ceræ, ut poßit in fiſtula collyrium mitti. Item uerrucas omnium generum. Quidam et alarũ quas ſupra diximus ſuccum illinunt his. Dryopteris filici ſimilis, in arboribus naſcitur, tenui foliorum ſubdulcium inciſura, radice hirſuta. Vis ei cauſtica eſt. Ideo pſilothrũ eſt radix tuſa. Illinitur enim uſq; dum ſudores euocet. Iterumq; & tertio, ita ne ſudor abluatur. Dryophonon ſimilis herba eſt, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circundatis utrinq; folijs, pollicari amplitudine, et qualibus oxymyrſine, ſed candidioribus mollioribusq;, flore cãdido ſambuci. Edũt cauliculos decoctos. Semine uero eius pro pipere utuntur. Elatine folia habet helxinæ, puſilla, piloſa, rotũda, ſemipedalibus ramulis quinis ſenisue, à radice ſtatim folioſis. Naſcitur in ſegetibus. Acerba guſtu, & ideo oculorum fluxionibus efficax, folijs cum polenta tritis & impoſitis ſubdito linteolo. Eadem cum

dem cum lini ſemine cocta, ſorbitionis uſu, à dyſenteria liberat. Empetron, quam noſtri calcifragam uocant, naſcitur in mõtibus maritimis, ferè in ſaxo, quo ꝓpius mari fuerit minus ſalſa eſt, potaq́; bilem trahit ac pituitas: quò lõgius magisq́; terrena, amarior ſentitur. Trahit aquam. Sumitur autem in iure aliquo, aut in hydromelite. Vetuſtate uires ꝑdit. Recens urinas cit: Decoctũ in aqua uel tritum calculos frangit. Qui fidem ꝓmiſſo huic quærunt, affirmant lapillos, qui ſufferueſiant, unà rũpi. Epipactis, ab alijs elleborine uocatur, parua herba, exiguis folijs, iocineris uitijs utiliſſima, & contra uenena pota.

Epimedion caulis nõ eſt magnus, ederæ folijs denis atq; duodenis, nunq̃ florens, radice tenui, nigra, ſub graui odore. Naſcitur in humidis, & huic ſpiſſandi refrigerãdiq́; natura: fœminis cauenda. Folia in uino trita uirginũ mammas cohibent. Enneaphyllon, lõga folia nouena habet, cauſticæ naturæ. Imponitur lana circundata, ne urat latus, continuo enim puſtulas excitat, lumborũ doloribus et coxendicum utiliſſimũ. Filicis duo genera nec florẽ habẽt, nec ſemẽ. Pterin græci uocant, alij blechnõ, cuius ex una radice q̃plures exeũt filices, bina etiã cubita excedẽtes longitudine, nõ graues odore. Hanc marẽ exiſtimãt. Alterũ genus thelypterin græci uocãt, alij nymphæã pterin. Eſt autẽ non ſingularis atq; fruticoſa, breuior, molliorq́; & denſior, folijs ad radicem canaliculata.

naliculata. Vtriuſq; radice ſues pingueſcunt. Folia utriuſq; lateribus pinata, unde nomẽ græci impoſue re. Radices utriq; lõgæ in obliquũ, nigræ, præcipue cũ inaruere. Siccari aũt eas ſole oportet. Naſcuntur ubiq; ſed maxĩe, frigido ſolo. Effodi debẽt uergiliis occidẽtibus. Vſus radicis ĩ trimatu tantũ, neq; antẽ neq; poſtea. Pellunt interaneorũ aĩalia. Ex his tineas cũ melle. Cætera ex uino dulci triduo potæ. Vtraq; ſtomacho inutiliſſia. Aluũ ſoluit, prĩo bilẽ trahẽs, mox aquã. Melius tineas cũ ſcamonij pari pondere. Radix eius duũm obolorũ põdere ex aqua, poſt unius diei abſtinentiã bibitur, melle prægustato contra rheumatiſmos. Neutra danda fœminis, quoniã grauidis abortum, cæteris ſterilitatem facit. Farina earum ulceribus tetris inſpergitur. Iumẽtorum quoq; ceruicibus. Folia cimicem necant, ſerpentem non recipiunt. Ideo ſubſterni utile eſt in his locis ſuſpectis: Vſtæ etiã fugant nidore. Fecere medici huius quoq; herbæ diſcrimen. Optima Macedonica eſt, ſecunda Caſſiopica. Femur bubulũ appellatur herba, neruis et ipſa utilis, recẽs in aceto ac ſale trita. Galiopſis, aut ut alij Galiobdolon uel galion, caulẽ et folia habet urticæ leuiora, et quæ grauẽ odorẽ trita reddant: flore purpureo. Naſcitur circa ſepes ac ſemitas ubiq;. Folia cauleſq;, duritias et carcinomata ſanant ex aceto trita & impoſita: Item ſtrumas. Panos & parotidas diſcutiũt. Ex uſu eſt, et decocto ſucco fouere.

Ex Dioſco. Galiphon.

co fouere. Putreſcentia quoq; et grãgrenas ſanat cũ ſale. Glaux antiqtus eugalactõ uocabatur, cytiſo et lenticulæ folijs ſilis: auerſa, cãdidiora. Rami in terram ſerpunt quini ſeniue, admodũ tenues ab radice. Floſculi purpurei exeunt. Inuenitur iuxta mare. Coquitur in ſorbitione ſimilaginis, ad excitandũ hubertatẽ lactis: eãq; qui hauſerint, balneis uti conuenit.

De glaucio, & glycyſide, & gnaphalio ſiue chamæzelo, et galedrago, & holco, et hyoſiri, et holoſteo, & hypophæſto. Caput .X.

GLaucion in Syria & Parthia naſcitur, humilis herba, denſis folijs, ferè papaueris, minoribus tamẽ ſordidioribusq;, odoris tetri, guſtus amari cum aſtrictione. Granũ habet crocei coloris. Hoc in olla fictili luto circumlitum, in clibanis calefaciunt, deinde exempto ſuccum exprimunt eiuſdẽ nõis. Vſus eſt & ſucci & foliorum, ſi terantur, aduerſus epiphoras, quæ uniuerſæ uno impetu cadunt. Hinc temperatur collyrium, quod medici diaglaucion uocant. Lactis quoq; hubertas intermiſſa reſtituitur. Sumitur eius rei cauſa ex aqua. Glycyſide, quã aliqui pæoniam, aut pentorobon uocant, caulem habet duũm palmorum, comitantibus duobus aut tribus, ſubrutilum, cu'e lauri, folia qualia nucis, pinguiora, rotundioráq;, & minora. Semen in ſiliquis aliud grano rubente, aliud nigro. Duo autem genera ſunt. Fœia exiſtimatur, cuius radicibus ceu balani lon-

lani longiores, circiter octo aut ſex inhærent. Mas plures habet, quoniã nõ una radice nixus eſt, palmi altitudine, cãdidaq́; . Ea guſtu aſtringit. Fœmĩæ folia myrrhã redolent, & denſiora ſunt. Naſcuntur in ſyluis. Tradunt noctu effodiendas: quoniã pico martio impetũ in oculos faciente, interdiu periculoſum ſit. Radix uero cum effodiatur, periculũ eſſe ne ſedes ꝓcidat. Magna id uanitate ad oſtentationem rei fictũ arbitror. Vſus in his diuerſus. Rubra enim grana rubentis, mẽſes ſiſtunt. XV. ferè pota in uino nigro. Nigra grana uuluis medentur, ex paſſo aut uino totidẽ pota. Radix omnes uentris dolores ſedat in uino, aluumq́; purgat: Sanat opiſthotonum, morbũ regium, renes, ueſicam: Matricem aũt & ſtomachũ decocta in uino: aluumq́; ſiſtit. Eſtur etiã contra malũ mentis, ſed in medendo quatuor drachmæ ſatis ſunt. Grana nigra auxiliantur & ſuppreſſionibus nocturnis, in uino pota quo dictũ eſt numero. Stomacho uero et roſionibus, & eſſe ea & illinere ꝓdeſt. Suppurationes quoq; diſcutiuntur: recentes nigro ſemine, ueteres rubro. Vtrunq; auxiliatur à ſerpente percuſſis: Et pueris contra calculos, incipiente ſtranguria.

Gnaphalion alij chamæzelon uocant, cuius folijs albis mollibusq́; pro tomento utuntur: Sané & ſimilia ſunt. Datur in uino auſtero ad dyſenteriam: Ventris ſolutiones, menſesq́; mulierũ ſiſtit. Infunditur autem tenaſmo. Illinitur & putreſcentibus ulcerum.

Galedragon uocat Xenocrates leucacātho ſimilem, paluſtrem et ſpinoſam, caule ferulaceo, alto, cui ſummo capite inhæret ſimile ouo. In hoc excreſcente ætate uermiculos naſci tradunt, pyxide conditos ad alligari cum pane brachio ad eam partem qua dens doleat, mireq; ilico dolorē tolli. Valere non diutius anno, & ita ſi terrā non attigerit. Holcus in ſaxis naſcitur ſiccis. Ariſtas habet ī cacumine tenues, culmo quale hordeū reſtibile. Hæc circa caput adalligata, uel circa lacertum, educit ē corpore ariſtas. Hanc quidā ob id ariſtidā uocāt. Hyoſiris intubo ſimilis, ſed minor, et tactu aſpior: uulneribus contuſa præclare medetur. Holoſteō ſine duritia herba, ex aduerſo appellata à græcis, ſicut fel dulce, tenuis uſq; in capillamenti ſpeciē, longitudine quatuor digitorum ceu folijs anguſtis, aſtringens guſtu. Naſcitur in collibus terrenis. Vſus eius ad conuulſa, rupta, in uino pota. Vulnera quoque conglutinat. Nam & carnes ⚜ coguntur, addita. Hypophæſton naſcitur in ſpinis, ex quibus fiunt * æneæ fulloniæ, ſine cauliculo, ſine flore, capitulis tantum inanibus, & folijs paruis, multis, herbacei coloris, radiculas habēs albas, molles. Succus earum exprimitur æſtate, ad ſoluendam aluum, tribus obolis, maxime in comitialibus morbis, & tremulis hydropicis. Contra uertigines, orthopnœas, paralyſeis incipientes.

Legitur & pyxide conditos.

⚜ Coguntur, non coquūtur, legendum ex Dioſcoride: ubi ſic de holoſteo herba legitur: δύναται δὲ καὶ αὐτὴ κρέα συνάγειν συνεψομένη.

* Cortinæ.

De hippogloſſa, & hypicoo, Idæa, iſopyro,

lathyri, leõtopetalo, lycopſide, lithoſpmo, lapide uulgari, de limeo, leuce, et leucographi.

Caput .XI.

H*Ippogloſſa folia habet figura ſylueſtris myrti, cõcaua, & ſpinoſa, & in his ceu linguas, folio paruo excũte de folijs. Capitis dolorem corona ex his impoſita minuit.* Hypicoon *in ſegetibus naſcitur, folijs rutæ.* Natura *eius eadẽ quæ papaueris ſucco.* Idææ *herbæ folia ſunt quæ oxymyrſinæ: adhærent his uelut pampini, in quibus flos. Aluum menſesq́;, & omnẽ abundantiã ſanguinis ſiſtit. Spiſſandi cohibendiq́; naturã habet.* Iſopyron *uocant aliqui phaſeolũ, quoniã folium quod eſt aniſo ſimile, in pampinos torquetur. Capitula ſunt in ſummo caule tenuia, plena ſeminis melanthij. Contra tuſſim & cætera pectoris uitia, ex melle & aqua mulſa: Item iocineri utiliſſima.* Lathyris *folia habet multa, lactucæ ſimilia, tenuiora germina multa, ĩ quibus ſemen tuniculis cõtinetur ut capparis: quæ cum inaruere, eximuntur grana piperis magnitudine, cãdida, dulcia, facilia purgatu. Hæc uicena ĩ aqua pura aut mulſa pota, hydropicos ſanãt. Trahunt et bilẽ. Qui uehementius purgari uolunt, cum folliculis ipſis ſumunt eam. Stomachũ lædũt. Itaq; inuentũ eſt, ut cũ piſce aut iure gallinacei ſumerentur.* Leontopetalon *alij rhapeion uocãt, folio braſſicæ, caule ſemipedali, alæ multæ, ſemen in cacumine in ſiliqs ciceris modo,*

Idæa à Dioſc. nõ herbæ, ſed radicis nomĩe deſcribitur.

modo. Radix rapæ ſimilis, grandis, nigra. Naſcitur in aruis. Radix aduerſatur oĩm ſerpentiũ generibus ex uino pota, nec alia res celerius ꝑficit. Datur & iſchiadicis. Lycopſis longioribus ꝙ lactuca eſt folijs, craſſioribusq́;. Caule lõgo, hirſuto, adnatis multis cubitalibus, flore paruo, purpureo. Naſcitur ĩ cãpeſtribus. Illinitur cum farina hordeacea igni ſacro. Sudorẽ in febribus mouet, ſucco aquæ calidæ admixto. Inter oẽs herbas, lithoſpermo nihil eſt mirabilius. Aliq ægonychon uocãt, alij dioſpyron, alij heraclian. Herba qncuncialis ferè, folijs duplo maioribus ꝙ rutæ, ramulis ſurculoſis, craßitudine iunci. Gerit iuxta folia ſingulas ueluti barbulas, & earũ in cacuminibus lapillos cãdore et rotũditate margaritarũ, magnitudine ciceris, duritia uero lapidea. Ipſi qua pediculis adhæreãt, cauernulas habẽt, & intus ſemen. Naſcitur & in Italia, ſed laudatißimũ in Creta. Nec quicꝙ inter herbas maiore quidẽ miraculo aſpexi. Tãtus eſt decor, uelut aurificũ arte alternis inter folia candicantibus margaritis, tam exquiſita difficultas lapidis ex herba naſcentis. Iacere atque humi ſerpere autores tradũt. Ego uulſam nõ hærentem uidi. Iis lapillis drachmæ põdere potis uino albo, calculos frãgi, pelliq́; cõſtat, et ſtranguriã diſcuti. Neq; ĩ alia herbarũ fides eſt, uiſus ſtatim, ad quãcunq; medicinã nata ſit. Eſt autẽ eius ſpecies, ut etiã ſine autore uſus ſtatim noſci poſſit. Lapis uul-

*g*a*ris iuxta flumina fert muſcum ſiccū, canum.* Hic *fricatur altero lapide addita hominis ſaliua, illo lapide tangitur impetigo. Qui tangit dicit:* φεύγετε κανθαρίδες λύκος ἄγριος ὕμμε διώκει. Limeum *herba appellatur à Gallis, qua ſagittas in uenatu tingūt medicamēto, quod uenenum ceruarium uocant.* Ex *hac ī tres modios* * *ſaluiati additur, quantū in una ſagitta addi ſolet, ita offa demittitur in boum fauces in morbis.* Alligari *poſtea ad præſepia oportet, donec purgētur.* Inſanire *enim ſolent. Si ſudor inſequitur, aqua frigida perfundi.* *Leuce mercuriali ſimilis, nomen ex cauſa accepit, per medium foliū candida linea tranſcurrente: quare meſoleucon quidam uocant. Succus eius fiſtulas ſanat:* Ipſa *cōtrita, carcinomata.* Fortaßis *eadem ſit quæ leucas appellatur.* Contra *omnia marina uenena efficax.* Speciē *eius autores non tradūt, nec aliud quàm ſyluestrem, latioribus folijs, eſſe efficaciorē hanc ſemine acriorem.* *Leucographis qualis eſſet, ſcriptū non reperi: quod & magis miror, quoniam utilis proditur ſanguinem excreantibus, tribus obolis cum croco:* Item *cœliacis, trita ex aqua & appoſita:* Profluuio *fœminarum, oculorum quoq; medicamentis, & explendis ulceribus, quæ fiūt in teneris partibus corporis.*

De medio, & myoſota, & myagro, et natrice, et othonne, & onoſma, & onopordo, & oſyri, & oxye, & batrachio, & polygono, & leucanthemo, &

* *Sic q̄dē apud Col. paßi legitur l. 6. c. 9. et 10. et deīceps ꝑ quodā potionis genere. Dubitat tamen Hermol. utrū legendū ſit, ſaluiati, an ſaliuati, aut etiā ſalinati.*

mo, & phyteuma, & phyllo, et phellādrio, & phaleri, & polyrrhizo, et proſerpinaca, & de ✠ rhacoma, de reſeda, & ſtœchade. ✠ *Rhecoma.*

Caput .XII.

Vtraq; tamē uox corrupta eſſe uidetur.

MEdion folia habet iridis ſatiuæ, caulē tripedalē, & in eo florē grandē, purpureū, rotundū, ſemine minuto, radicē ſemipedalē. In ſaxis opacis naſcitur. Radix drachmis duabus cū melle menſes fœĩarum ſiſtit, ecligmate per aliquot dies ſumpto. Semen quoq; in uino tritū, contra abundantiā fœĩarum datur. Myoſota ſiue myoſotis, leuis herba, caulibus pluribus, ab una radice aliquatenus rubētibus, cōcauis ab imo, folijs anguſtis, oblōgis, dorſo acuto, nigris per interualla aſsidue geminatis, & tenuibus cauliculis ex alijs ꝓdeuntibus, flore cæruleo. Radix digitali craßitudine multis capillamētis fibrata. Vis ei ſtyptica et exulceratrix, ideoq; ægilopas ſanat. Tradunt Aegyptij, menſis quē Thiatin uocant, die. XXVII. ferè in Auguſto menſe incurrēte, ſiqs huius herbæ ſucco inungatur mane priuſq̄ loquatur, non lippiturū eo anno. Myagros herba ferulacea eſt, folijs ſil̄s rubiæ, tripedanea. Semē oleoſum, qđ & fit ex eo. Medetur oris ulceribus punctis hoc ſucco. Herba quæ uocatur nigina, tribus folijs lōgis ĩtubaceis, illita cicatrices ad colorē reducit. Natrix uocatur herba, cuius radix euulſa uirus hirci redolet. Hac in Piceno à fœĩs abigūt, quos mira pſuaſione fatuos uocant.

Septica.

eant. Ergo *ſpecies lymphantiũ hoc modo animorum eſſe credimus,qui tali medicamento iuuentur.* Odon*tites inter fœni genera eſt, cauliculis dẽſis ab eadem radice,geniculatis, triãgulis,nigris, in geniculis fo lia parua habet,longiora tamen q̃ polygonon.*Semẽ *in alijs hordeo ſimile, florẽ purpureũ,puſillum.*Na*ſcitur in pratis.*Decoctum *cauliculorum eius in uino auſtero quantum manus capiat, dentium dolori medetur,ita ut cõtineatur ore.* Othonne *in Syria naſcitur,ſimilis erucæ pſoratis crebro folijs,flore croci,quare quidam anemonen uocauerũt.* Succus *eius oculorũ medicamentis conuenit.* Mordet *enim leuiter & excalfacit,aſtringitq́; ſiccando.* Purgat *cicatrices & nubeculas,& qcquid obſtat.* Quidam *tradunt lauari,atq; ita ſiccatã digeri ĩ paſtillos.* Onoſma *longa folia habet ferè ad tres digitos in terra iacentia,tria, ad ſimilitudinẽ anchuſæ ĩciſa,ſine caule, ſine flore,ſine ſemine.* Prægnans *ſi edat eam,aut ſupgradiatur,abortũ facere dicitur.* Onopordon *ſi comederint aſini, crepitus reddere dicũtur.* Trahit *urinas & mẽſes,aluũ ſiſtit, ſuppurationes & collectiones diſcutit.* Oſyris *ramulos fert nigros,tenues,lẽtos,& in ijs folia nigra ceu lini:ſemenq́; in ramulis nigrũ initio,dein colore mutato rubeſcẽs.* Smegmata *mulieribus faciunt ex his.* Radicũ *decoctũ potum,ſanat arquatos.* Eædẽ *priusq̃ matureſcat ſemẽ, conciſæ,& ſole ſiccatæ,aluũ ſiſtunt.* Poſt *maturitatẽ*

uero

nero collectæ, et in ſorbitione decoctæ, rheumatiſmis uentris medẽtur, & p ſe tritæ ex aqua cæleſti bibuntur. Oxys *folia terna habet.* Datur *ad ſtomachũ diſſolutum.* Edunt *& qui enterocelon habẽt.* Polyanthemum, *quam quidã batrachion appellãt, cauſtica ui exulcerat cicatrices, & ad colorem reducit:* Eademq; *uitiligines cõcorporat.* Polygonõ *Græci uocant, quam nos ſanguinariã, non attollitur à terra, folijs rutæ, ſimilis gramini. Succus eius ĩfuſus naribus ſupprimit ſanguinẽ, & potus cum uino, cuiuſlibet partis profluuiũ excreationesq; cruentas inhibet. Qui plura genera polygoni faciũt, hãc marẽ intelligi uolunt, appellariq; à multitudine ſeminis, aut denſitate fruticis calligonõ. Alij polygonatõ à frequẽtia geniculorũ, alij teuthalida, alij carcinethrõ, alij clema, multi myrtopetalõ. Necnõ inueniuntur, q hanc fœminã eſſe dicãt: marem autem maiorem, minusq; nigrã, & geniculis denſiorẽ, ſemine ſub omnibus folijs turgeſcentẽ. Quocunq; hæc modo ſe habeant, uis earũ eſt ſpiſſare ac refrigerare. Semina aluum ſoluunt largius ſumpta, urinã cient, rheumatiſmos cohibent: qui ſi non fuere, non pſunt. Stomachi feruori folia imponũtur: ueſicæ dolori illinũtur, & ignibus ſacris. Succus & auribus purulentis inſtillatur, & oculorũ dolori per ſe. Dabatur & ĩ febribus ante acceßiones duobus cyathis ĩ tertianis, quartanisue præcipue: Itẽ cholericis, dyſentericis, et ĩ ſolu-*

tione ſtomachi. Tertiũ genus oreon uocatur, in montibus naſcens, arundini teneræ ſimile, uno caule, denſis geniculis, & in ſe farctis, folijs autem piceæ, radicis ſuperuacuæ, inefficacius q̃ ſuperiora. Peculiare iſchiadicis. Quartũ genus ſylueſtre appellatur, penè arboris modo frutex, radice lignoſa, ſtirpe cedri rubicundo: ramis ſparti, binũ palmorum, nigris geniculorũ ternis quaternisue articlis. Huic quoq; ſpiſſandi natura. Sapor mali cotonei. Decoqtur in aqua ad tertias, aut aridi farina inſpergitur et oris ulceribus, & attritis partibus. Propter gingiuarũ uero uitia ipſa commanducatur. Nomas ſiſtit, oĩaq; quæ ſerpunt, aut difficilẽ cicitracicẽ habẽt. Priuatim uero ſanat à niue facta ulcera. Herbarij & ad anginas utuntur illa: & in capitis dolore coronã ex ea imponunt: & cõtra epiphoras collo circũdant. In tertianis quidẽ ſiniſtra manu euulſam adalligãt: adeo contra ꝓfluuia ſanguinis, nec ullã magis aridã q̃ polygonũ ſeruãt. Pancration aliq ſcillã puſillã appellare malunt, folijs albi lilij lõgioribus craßioribusq;, radice bulbi magni, colore ruffo. Aluum ſoluit, ſucco cum farina erui ſumpto: ulcera purgat. Hydropicis ſpleniticisq; cũ melle datur. Alij decoquũt eam, donec aqua dulcis fiat. Eáq; effuſa, radicẽ terentes digerunt in paſtillos ſole ſiccatos, et poſtea utuntur ad capitis ulcera, & cætera quæ repurgãda ſunt: Item ad tuſſim quantum tribus digitis apprehenderint, in uino dan-

Farctis nõ fractis legẽdũ ex Dioſ. γόνατα συνεχῆ ἔχον ἐγκείμενα ἀλλήλοις.

uino dantes, & ad lateris dolores, aut peripneumonicis ecligmate. Propter iſchiada in uino bibendum, & ꝑpter tormina menſesq́; ciendos. Peplos, quam aliq ſycem, alij meconion aphrodes uocãt, ex una radice tenui fruticat, folijs rutæ paulo latioribus, ſemine ſub folijs rotundo, minore q̃ candidi papaueris. Inter uites ferè colligitur meſſibus: ſiccaturq́; cum fructu ſuo, ſubiectis aquis in quas excidat. Hoc poto aluus ſoluitur, bilis ac pituita detrahitur. Media potio eſt acetabuli menſura, in aquæ mulſæ heminis tribus. Et cibis inſpergitur obſonijsq́; ad molliendã aluum. Periclymenos fruticat & ipſa, ex interuallo duo folia habens, ſubcandida, mollia: In cacumine autem ſemen inter folia durũ, & quod difficile euellatur. Naſcitur in aruis ac ſepibus, conuoluens ſe adminiculis quibuſcunq́;. Semẽ eius in umbra ſiccatum tunditur, & in paſtillos digeritur. Hi reſoluti dãtur in uini albi cyathis tribus, tricenis diebus, ad lienẽ: cumq́; urina cruenta, aut per aluum abſumit, quod intelligitur à decimo ſtatim die. Vrinam cient & folia decocta, quæ & orthopnoicis proſunt. Partũ quoque adiuuant, ſecundasq́; pellunt pota ſimili modo.

Pelecinum in ſegetibus diximus naſci, fruticoſam cauliculis, folijs ciceris. Semen in ſiliquis fert, corniculorũ modo aduncis, ternis quaternisue, quale gith nouimus, amarum, ſtomacho utile. Additur in antidotis. Polygala palmi altitudinem petit, in caule

ſummo

ſummo folijs lenticulæ, guſtu aſtricto, quę pota lactis abundantiam facit. Poterion, aut (ut alij uocant) phrynion, uel neurada, large fruticat, ſpinis retorrida, lanugine ſpiſſa, folijs paruis, rotundis, ramulis lõgis, mollibus, lentis, tenuibus, flore longo, herbacei coloris, ſeminis nulli uſus, ſed guſtu acuto & odorato. Inuenitur in aquoſis collibus. Radices habet duas aut tres, binûm cubitorum in altitudine, neruoſas, candidas, firmas. Circumfoditur autumno & præciſo frutice. Dat ſuccum gummi ſimilem. Radix mira uulneribus ſanandis traditur, præcipueq; neruis uel præciſis illita. Decoctum quoq; eius cum melle potum, diſſolutiones neruorum, & firmitates, & inciſuras iuuat. Phalãgites, à quibuſdã phalãgion uocatur, ab alijs leucanthemon, uel (ut in quibuſdam exemplaribus inuenio) leucacantha. Ramuli ſunt ei nunq̃ pauciores duobus, in diuerſa tendẽtes: flos candidus, lilio rubro ſimilis, ſemine nigro, lato, ad lenticulæ dimidiæ figuram, multo tenuiore, radice herbacei coloris. Huius folio uel flore uel ſemine auxiliantur contra ſcorpionum phalangiorumq; & ſerpentium ictus: Item contra tormina. Phyteuma qualis ſit, deſcribere ſuperuacuũ habeo, cũ ſit uſus eius tantum ad amatoria. Phyllon à græcis uocatur herba in ſaxoſis mõtibus, fœmina magis herbacei coloris, caule tenui, radice parua, ſemine rotundo, papaueri ſimili. Hæc ſui ſexus facit partus. Mares aũt ſemine

tantum differunt, quod eſt incipiente oliua. Vtrunq; bibitur in uino. Phellandrion naſcitur in paluſtribus, folio apij. Bibitur ſemẽ eius propter calculos et ueſicæ incõmoda. Phalaris thyrſum habet longum, tenuẽ, ceu calamũ, in ſummo flore inclinatũ: ſemẽ ſimile ſeſamæ. Et hoc calculos frangit, potum ex uino uel aceto, uel cũ melle & lacte: Itẽ & uitia ueſicæ ſanat. Polyrrhizon folia habet myrti, radices multas. Hæ tuſæ dantur in uino cõtra ſerpentes: Proſunt & quadrupedibus. Proſerpinaca herba uulgaris eſt eximij aduerſus ſcorpiões remedij. Eadẽ cõtrita addita muria & oleo anginã eximie curari tradũt. Præterea in quãtalibet laßitudine recreari defeßos etiã cũ obmutuerint, ſi ſubijciatur linguæ. Si deuoretur, uomitionẽ ſeq ſalutarẽ. Rhacoma affertur ex his quæ ſupra Pontũ ſunt regiõibus. Radix coſto nigro ſimilis, minor et ruffior paulo, ſine odore, calfaciens guſtu & aſtringẽs. Eadẽ trita uini colorẽ reddit, ad crocũ inclinantẽ. Illita collectiones inflammationesq; ſedat, uulnera ſanat, epiphoras oculorũ ſedat ex paßo illita: Inſignita cum melle, & alia liuentia ex aceto. Farina eius ĩſpergitur cõtra cacoẽthe, & ſanguinẽ reijcientes, drachmæ pondere in aqua. Dyſentericis etiã & cœliacis, ſi febri careant, in uino: ſin aliter, ex aqua. Facilius teritur, nocte antecedente madefacta. Datur et decoctũ eius bibendũ duplici menſura ad rupta, conuulſa, cõtuſis, ex ſublimi deuolutis.

Apud Dioſco. in deſcriptiõe phylli legitur ἔχει γὰρ ὅμοιον ἄνθει ἐξανθηκυίας ἐλαίας βοτρυώδες. *hoc eſt, habet enim racemoſum quiddã (ut ita dixerim) ſile flori oleæ quæ defloruit, qđ Hermol. uertit, ſimile flori in oliuã incipiẽti trãſire. Ruellius uero ſic: habet enĩ uuas deflorentibus oleis non diſſimiles.*

deuolutis. Si pectoris ſint dolores, additur piperis aliquid & myrrhæ: ſi diſſolutio ſtomachi, ex frigida aqua ſumitur, ſiue intus ſiue extra purulẽtis excreationibus: itẽ hepaticis, ſpleneticis, iſchiadicis: ad renum uitia, ſuſpiria, orthopnœas. Arteriæ ſcabritias ſanat ex paſſo, tribus obolis potius trita, aut decoctum eius. Lichenas quoq; ex aceto impoſita purgat. Bibitur contra inflationes & perfricationes, febres frigidas, ſingultus, tormina, aſperitates, capitis grauitates, melãcholicas uertigines, laſſitudinẽ, dolores, & conuulſiones. Circa Ariminum nota eſt herba, quam reſedam uocant. Diſcutit collectiones, inflammationesq; omnes. Qui curant ea, addũt hæc uerba: Reſeda morbos reſeda, ſciſne ſciſne qs hic pũllos egerit? radices nec caput, nec pedes habeãt. Hæc ter dicunt, totiesq; deſpuunt. Stœchas in inſulis tantum eiuſdem nominis gignitur, odorata herba, coma hyſſopi, amara guſtu. Menſes cit potu, pectoris dolores leuat. Antidotis quoque miſcetur.

De ſolano, et ſmyrnio, & thelephio, et trichomane, & thalietro, & thlaſpe, & tragonia, & trogoni, & trago, & tragopogo, & ſpondyli. Et q̃ quidam morbi in quibuſdam nõ ſunt gentibus.

Caput .XIII.

Celſ. li.2.c.32. *SOlanum græci ſtrychnõ uocant, ut tradit Cor. Celſus. Huic uis reprimendi refrigerandiq;. Smyrnion caulẽ habet apij, folia latiora, & maxime circa*

xime circa ſtolones multos, quorum à ſinu exiliunt pinguia, ad terram infracta, odore medicato, & cũ quadam acrimonia iucũdo, colore in luteum langue ſcente, capitibus caulium orbiculatis, ut anethi ſemine rotundo, nigro, qui areſcit incipiente æſtate. Radix quoq; odorata, guſtu acri mordet, ſuccoſa, mollis. Cortex eius foris niger, ĩtus pallidus. Odor myrrhæ habet qualitatẽ, unde & nomen. Naſcitur et in ſaxoſis collibus, in terrenis. Vſus eius excalfacere, extenuare. Vrinam & menſes ciunt folia & radix. Aluum ſemen ſiſtit. Radix collectiones & ſuppurationes non ueteres, item duritias diſcutit illita. Prodeſt & cõtra phalangia ac ſerpentes, admixto cachry aut polline, aut meliſſophyllo, in uino pota, ſed particulatim, quoniã uniuerſa uomitionem mouet: Qua de cauſa aliquãdo cũ ruta datur. Medetur tuſſi et orthopnœæ ſemen, uel radix: Item thoracis aut lienis, & renũ et ueſicæ uitijs. Radix aũt ruptis, cõuulſis: Partus quoq; adiuuat, & ſecundas pellit. Datur iſchiadicis cum crethmo in uino. Sudores ciet & ructus, ideo inflationem ſtomachi diſcutit. Vulnera ad cicatricem perducit. Exprimitur ſuccus radicis utilis, & feminis & thoracis, præcordiorũq; deſiderijs: calfacit enim & cõcoquit, & purgat. Semen peculiariter hydropicis datur potu, quibus & ſuccus illinitur, & malagmate cortice arido. Et ad obſonia utuntur cũ mulſo et oleo, & garo, maxĩe in

elixis car

elixis carnibus ſimul. Concoctiones facit, ſapore ſimillima piperi. Eadem in dolore ſtomacho efficax.

Telephion portulacæ ſimilis, & caule et folijs. Rami à radice ſepteni octoniq; fruticant, folijs craſſis, carnoſis. Naſcitur in cultis, & maxīe inter uites. Illinitur lentigini, & cum inaruit teritur. Illinitur & uitiligini, ternis ferè menſibus, ſenis horis noctis aut diei, poſtea farina hordeacea illinitur. Medetur & uulneribus & fiſtulis. Trichomanes adianto ſimilis eſt, exilius modo, nigriusq; , folijs lenticulæ denſis, amaris, aduerſis in ſe. Decoctū eius ſtrāgurias ſanat in uino albo potū, addito cymino ruſtico. Succus cohibet capillos defluentes, aut ſi effluxerint reparat. Alopeciasq; denſat tritū & in oleo illitū. Sternutamenta quoq; guſtatu mouet. * Thalietrū folia coriandri habet, pinguiora paulo, caulē papaueris. Naſcitur ubiq; , præcipue in cāpeſtribus. Medentur ulceribus folia cū melle. ❉ Thlaſpe duûm generū eſt, āguſtis folijs, digitali lōgitudine et latitudine, in terram uerſis, in cacumine diuiſis, cauliculo ſemipedali, non ſine ramis, peltarum ſpecie, ſemīe incluſo, lenticulæ effigie, niſi quod infringitur, unde nomen. Flos albicat. Naſcitur in ſemitis & ſepibus. Semen aſperi guſtus, bilem & pituitam utrinq; extrahit. Modus ſumēdi, acetabuli menſura. Prodeſt & iſchiadicis infuſum, donec ſanguinem extrahat. Menſes quoque cit, ſed partus necat. Alterum thlaſpe aliqui

perſicum

* Vtrum thalictrum an thalictrū legēdum ſit, dubitari poteſt, quando apud Dioſ. θαλικτρον ſcribitur, et Ruellius uertit uerbū è uerbo, cū tamē Hermo. haliotron uerterit fortaſſis Plinij lectionē ſecutus: niſi puteneus errorē commiſſum in Dioſco. literæ mutatione, ut κ pro ν.

❉ Apud Dioſ. legitur thlaſpi, neutro genere

perſicũ napi uocãt, latis folijs, radicibus magnis. Et Dioſco. ſinapi: ipſum utile iſchiadicorũ infuſioni. Prodeſt & ingui quæ uerba uonibus utrunq;. Præcipitur, ut qui colligit, dicat ſume te tantũ apud re ſc contra inguina, & contra oẽs collectiones, & Græcos differ cõtra uulnera, unaq; manu tollat. Tragonia herba re putãt qdã. qualis ſit, non traditur. Credo & falſum eſſe ꝓmiſſum Democriti. Portentoſum enim eſt, adalligatam triduo abſumere lienes. Tragonis, ſiue tragion, naſcitur in Creta tantum inſula, in maritimis, iunipero ſimilis, & ſemine & folio & ramis. Succus eius lacteus in gũmi ſpiſſatus, uel ſemẽ, impoſitiõe ſpicula è corpore eijcit. Tunditur recens, et cũ uino illinitur, aut ſiccæ farina cũ melle. Eadẽ lactis abundantiã facit, mãmisq; unice medetur. Eſt & alia herba tragos, quã aliq ſcorpion uocãt, ſemipede alta, fruticoſa, ſine folijs, puſillis racemis rubentibus, grano tritici acuto cacumine, & ipſa in maritimis naſcens. Huius ramorũ. X. aut. XII. cacumina trita ex uino pota cœliacis, dyſentericis, ſanguinẽ excreantibus, menſiũq; abundantiæ auxiliantur. Eſt & tragopogon, quẽ alij comen uocãt. Caulẽ habet paruũ, folijs croci, radice lõga, dulci, ſuper caulẽ calyce lato, nigro. Naſcitur in aſperis ſine uſu. Et de herbis quidẽ memoria digna hactenus aut accepimus, aut comperimus. In fine earum admonere non ab re iudicamus, alijs alias uirium ætates eſſe. Longiſſimo tempore durat elaterium, ut diximus: Chameleon niger. XL.

ger. XL. annis: Centauriũ nõ ultra. XII. Peucedanum & ariſtolochia. V. aut. VI. Vitis ſyluestris anno ĩ umbra ſeruãtur. Et aĩalium qdem cæterorũ nullum aliud, radices à nobis dictas atĩigit, excepta ſpõdyli, quæ oẽs pſequitur: Genus id ſerpentis eſt. Ne illud quidẽ dubitatur, oĩm radicũ uim effectusq; minui, ſi fructus prius matureſcãt: itẽ ſeminũ, ante radice ꝓpter ſuccũ inciſa. Reſoluitur aũt oĩm uis conſuetudine. Et deſinũt ꝓdeſſe cũ opus eſt, quæ quotidie in uſu fuere, æque ꝗ nocere. Oẽs uero herbæ uehementiores effectu uiribusq; ſunt ĩ frigidis locis, et in aqlonijs: Itẽ ſiccis. Sunt & gentium differẽtiæ nõ mediocres. Sicut accepimus de tineis lumbricisq; ineſſe Aegypti, Arabiæ, Syriæ, Ciliciæ populis: è diuerſo Græciæ, Phrygiæ oĩno nõ naſci. Minus id mirũ, ꝗ ꝙ in cõfinio Atticæ Bœotiæq; Thebanis innaſcũtur, cũ abſint Athenieſibus: Quæ cõtẽplatio aufert rurſus nos ad ipſorũ aĩalium naturas, ĩgenitasq; ijs uel certiores morborum omnium medicinas. Enimuero rerum oĩm parens, nullũ animal ad hoc tantũ ũt paſceretur, aut alia ſatiaret, naſci uoluit: Quin artes ſalutares inſeruit et uiſceribus: quippe cum ſurdis etiam rebus inſeruerit. Tum uero illa animæ auxilia præſtantiſsima ex animalibus alia eſſe uoluit, contemplatione ante cuncta mirabili.

FINIS QVINARII QVINTI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE